






















TOPOGRAPHIA HISTORICA GALLO-BRABANTIÆ.

auctore

JACOBO BARONE LE ROY;
et S.R.I. Domino S. Lamberti &c.



TOPOGRAPHIA HISTORICA GALLO-BRABANTIÆ.

Quâ Romanduæ Oppida Municipia &
Dominia illustrantur,

ATQUE

Monasteria, Nobiliumque Prætoria Castellaque in æs incisa exhibentur.

AUCTORE

JACOBO BARONE LE ROY,
& S. R. I. Domino S. Lamberti &c.



AMSTELÆDAMI,
Typis HERMANNI ALLARDI.
ANNO M. D. C. XCII.

SERENISSIMO

PRINCIPI

MAXIMILIANO EMANUELI

D. G. UTRIUSQUE BAVARIÆ, ET
PALATINATUS SUPERIORIS DUCI.

COMITI PALATINO RHENI, S.R.I.
ARCHIDAPIFERO ET ELECTORI. &c.

BELGARUM GUBERNATORI.



Agnorum bellicosissimorumque Principum, Pipinorum, Caroli Martelli, & Gothofredi Bullonii, *natale solum*, Romandua: *veterum Lotharingiæ Ducum, sede & sepulturâ nobilis. Regio, si qua alia, antiquis præclarisque Monasteriis, multisque nobilium prætoriis & castellis conspicua. Elapso sæculo plurimum de pristino splendore amisit, Civilis belli Belgici malis, & hac tempestate agrum ejus, quotannis, variarum gentium, insederunt exercitus, inque eo, vario Marte, & incredibili strage, sæpius prœliatum fuit. Unde attritus passim, miseranda nunc rerum facies est.*

Verum, ominari nobis haud vanè liceat, Serenissime Princeps, *Ductu tuo ac Victrice dextrâ, quâ, plurimas in Pannoniis & Illyriis provincias, ingentesque terrarum tractus, subjugasti & Turcarum tyrannidi eripuisti,* Taurunumque *munitissimum atque celeberrimum Danubii emporium Ottomannicum, expugnasti, mox futurum ut quoque in Belgio, pari felicitate, debellatis atque depressis, irrequietis hostibus, sopitisque*

 per

per TE, *quæ Regna Regnis collidunt & exhauriunt dissidiis, non solum* Romanduam, (*quam à me descriptam* CELSITUDINI VESTRÆ ELECTORALI, *ad genua submissus præsento*) *sed* Belgium *universum*, *sperata Temporum* FELICITATE, *rerumque omnium* UBERTATE & SECURITATE *fruiturum. Ita voveo, ac me meaque omnia in devotissimi obsequii monumentum offero.* M. D. C. XCII.

JACOBUS BARO *LE ROY* & S.R.I.



LEC-



LECTORI.



Neunte hoc ſæculo, Joannes Baptiſta *Grammaye*, Belgij Principum, ac Provinciarum Hiſtoricus, pagatim Gallo-Brabantiam deſcripſit, tribus Libellis ſeparatim editis Bruxellis, typis Joannis Mommartij anno 1606. Conſcriptis, ut præfatur, *breviter & indiculi in morem.*

Hunc ſecutus Joannes *Blondeau* Syndicus ſeu Penſionarius urbis Nivellenſis, ampliori opere, idiomate Gallico; ſed morte præventus, Commentarij prælo parati, hactenus latuerunt: in quibus multa ſeria & accurata quoad antiquitates, progreſſus, ſucceſſiones familiarum Gallo-Brabantiæ, vicinarumque regionum, ex urbium archivis, epitaphiis, inſcriptionibus, & aliunde ſunt congeſta. Nos ab hæredibus nacti ipſum autographum, paſſim his in ſcriptis utimur. Verbaque ejus ipſa ponimus, ubi res locúſve requirit. Ambobus iſtis, idoneiſque auctoribus præviis, fulti, opus hoc aggreſſi ſumus.

Ad quod perpoliendum, multa quæ à ſcriptoribus iſtis intacta, neceſſe fuit adjungere, & quædam non ritè intellecta enodare: Inprimiſque cura eſt habita temporibus deſignandis, idque ex diverſis chronicis & hiſtoricis, non ſolùm typis excuſis, ſed manuſcriptis quoque, præſertim ex Rege-

 ſtis

ſtis ſupremæ Curiæ feudalis Ducatus Lotharingiæ ac Brabantiæ aliarumque, è quibus commodiſſimè toparchiarum origines quærendæ, earumque poſſeſſores eruendi, ſi veris documentis uti velimus, ſcireque an ſanguinis ductu, aliáve via ad Dominia pervenerint.

Cuncta verò (quod caput in hiſtoria eſt) teſtimoniorum firmamento, magno labore undique collecto, ſtabilire conamur, & ubique demonſtramus archiva, codices & tabularia, è quibus, ea quæ prodimus, hauſimus, ut non ſatiati lectores, ipſos fontes adire queant.

Hiſtoriæ hujuſmodi conſcribendæ, quanta ſit difficultas, ſi initio eſſet ignoratum, uſus docuit, inquirendo Dominia eorumque poſſeſſores, quibus potiſſimè hoc opus conſtat, atque in abſtruſis iſtis ſuperſtitiosè ſæpè ſudatum eſt, an vano labore; noſtrum dijudicare non eſt: ne Lector quidem facilè ſtatuat. Tempus aperiet, judex teſtiſque ſyncerus, obtrectatione & invidiâ ſublatâ. Siqua autem noſtros conatus ſubterfugerint, nobiſque quærentibus infeliciter reperta, in illa præſertim ſuperiorum temporum nocte (de quibus quod omnes ſciunt, plures fabulæ extant quàm Hiſtoriæ) aliorum diligentiæ optamus ut benè & cum felicitate reperiantur, ad caſtigandum noſtra: ſynceris tantùm animis fiat, & ſine contentionis ſtudio, uti viros decet memores humanitatis.

Cæterùm, Toparcharum alii aliis illuſtriores eſſe conſtat, de quâ generis inæqualitate dabo ſigillatim nihil, nedum familiam alteram alteri præpono, curis me mactem, & onerem invidiâ. Quid enim poteſt eſſe ſilentio innocentius, ubi odium paritura putatur manifeſta veritas, ſi palàm fuerit enuntiata, & ſcandalum paſſura credulitas pertinax, ſi contra ſe dubium moveri ſenſerit?

Si Deus nobis vitæ uſuram dederit, patriæque tranquilliora tempora, proximis annis dabimus agrum *Lovanienſem, Bruxellenſem* & *Sylvæducenſem*, tribus voluminibus comprehenſum, eademque quâ hoc, methodo concinnatum. Ideoque rogamus omnes quorum intereſt, tranſmittant nobis, ſiqua habeant operi iſti congrua, quæque optarent inſeri, ſed nulla niſi authentica, aut ſaltem fide digna, deſideramus. Idque claro & legibili charactere, ſine abbreviationibus, ſine

inuti-

inutilibus majuſculis, & fideliter invariato ubique textu, ſervato in omnibus ſtylo Scriptorum veterum. Quod ſi correctio aliqua aut obſervatio nobis videatur ſuggerenda, ſeorſim illa, & in alia charta ſcribatur.

Quidquid ſuper his ad nos ſcribere placuerit, poterit nobis inſcribi, & Antverpiam mitti per curſores ordinarios: ſimul autem indicetur, quâ viâ ac ratione poſſint ac velint ſcribentes reſponſum accipere.

Seriem Lotharingiæ ac Brabantiæ Principum, qui Regioni imperitarunt, Operi huic non adjecimus, cùm recenſeantur ſatis accuratè à *Franciſco Haræo*, in *Annalibus Ducum, ſeu Principum Brabantiæ*, ab anno Chriſti DC. XV. uſque M.DC. XXI. cujus Scriptoris Prolegomena ſi quis ſtudioſè conſideraverit, aſſentiri ei oportet, quidquid in contrarium apud recentiores legerit. Illorum utique Principum contextus conſtabiliri quoque poſſet ex eorum diplomatibus, in archivis Belgij etiamnum extantibus, vulgatiſque in operibus *Auberti Miræi*, & *Lucæ d' Achery*, aliorumque poſt editos prædictos Annales. Conſuli etiam poterit Chronologia noſtra Marchionum S.R.I. ſive agri Antverpienſis. Quippe jam olim Lotharingiæ ac Brabantiæ Ducatum poſſederunt, primumque hiſce in partibus, poſt Romanos principatum habuerunt, uti in *Notitia Marchionatus*, obiter à nobis oſtenſum, atque in opere quod concinnamus de excurſionibus Nortmannorum & Barbararum gentium in Belgium plenius nos demonſtraturos ſperamus, & quæ populationibus iſtis loca antiqua perierint, & vaſtata fuerint.

Pleraque Nobilium prætoria in loco ad vivum delineari, & ſumptibus noſtris, in æs incidi curavimus, paucis exceptis, quæ ad exemplaria pridem facta, efficta: ſcilicet *Revez*, *Ittre*, *Pieterbais*, *Clabecq*, *Thy*, *Bornival*, nullumque alicujus notæ, prætermiſſum foret: ſed ingruentibus bellis, regionemque hanc populantibus, ceſſatum in iſtis eſt.

Ne quis miretur, *Romanduam*, Nobilium arcium famâ claram, pars eſt Germaniæ inferioris, atqui Sebaſtianus Munſterus Lib. III. de Moribus & ritibus Germanorum recentiorum, de nobilibus ita fatur. *Prophanari & non parum minui generis ſui ſplendorem exiſtimant, ſi mercaturam artémve aliquam mechanicam exerceant, ſi uxorem plebeiam ut ſibi inferiorem ducant, ſi aliena urbe civium more habitent; ipſi urbanorum conſortia, commercia omnia*

perosi, arces & robustiora splendidioraque ædificia in montibus, sylvis & rure collocata, cum familia sua liberè habitant, &c.

Denique Erratorum Indicem nullum fecimus, quotusquisque tali utitur subsidio? etiamsi ad manum sit, Litterarum antitheses & metatheses, aliaque vitia typographica, studiosus Lector facilè deprehendet, & per se corriget.

Seneca Epist. lxxix.

PAucis natus est qui populum ætatis suæ cogitat. Multa annorum millia, multa populorum supervenient; ad illa respice, etiamsi omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit; venient qui sine offensa, sine gratia judicent.

Si quid feceris turpe cum voluptate, transit voluptas, manet turpitudo.
Si quid feceris honestum cum labore, transit labor, manet honestum.




Sche-

Schema metallorum et colorum, in insignibus obseruatorum quæ hoc opere continentur.








pag 1
GALLO-BRABANTIA
Sive
ROMANDUA
NAMURCUM
BRUXELLA
HALLE
NIVELLE
GEMBLACUM
WAVRE
HANUT
IUDOIGNE
PERWEZ
CHARLEROY
CHASELLET
Gosselies
Mosa Flu
Sonia Sylva
Tubize
Lonchamp
Ramelies
Marbais
Sombref
Froidmont
Jemeppe
Malogne Abbat.
Ohain
Planchenoit
Ernage
Walhain
Chaumont
Thienes
Hosdain
Opprebais
Incourt
Tombeek
Rosiers
Ligny
Liberchies
Bornival
Arkenne
Corbais
Grez
Nodebais
LANDES

LIBER PRIMUS TOPOGRAPHIÆ HISTORICÆ GALLO-BRABANTIÆ

Continet Præfecturam Nivellensem.

CAPUT PRIMUM.
De Religione, Situ, & Lingua.



ALLO-BRABANTIA, aut melius, veteri verbo Romandua: est omnis divisa in Præfecturas quindecim, quæ Patrio sermone nuncupantur, *Nivelle, Genappe, Mont S.Wibert, La Hulpe, Grez, Aincourt, Gemblours, Dongelberghe, Melaing, S. Jean Gest, Gest à Geronpont, Jauche, Orp le Grand, Jandrain, Hanut.*

De his Divæus Rerum Brabanticarum Lib. 8. *Adjacet*, inquit, *Lovaniensium ac Bruxellensium jurisdictionibus ad Meridiem Gallica Brabantia quam Romanduam appellant; in qua Nivellensium, Genapiensium, Montis S. Viberti, Hulpensium, Graviensium, Geldoniæ, Eycurianæ, Jandreniensis, Orpensis, Gestanæ, ac Hanutensium Præfecturæ sunt. Novem item Villæ Angiæ Domino subjectæ.*

Pars Districtui Lovaniensi, parsque Bruxellensi agro, jamolim subcensetur. Idcircò Legibus inter se differunt. Omnibus eadem lingua, & Romana Religio, quam à S. Materno acceptam, per manus traditum est, conditumque Templum etiamnum visendum, in pago *Mousty* ad Thiliam Flumen.

Verùm, in tempore memorabitur, hoc commentum esse eorum, qui vel in ipsis sacris nescio quam gloriam appetentes, ut vetustate acceptæ Religionis suprà vicinos esse videantur, eam sibi ab ipsis Apostolorum temporibus domesticam volunt.

Habet hæc Regio ad Septemtriones, agrum Lovaniensem & Thenensem, ad Meridiem Sabim Flumen, & Comitatum Namurcensem, ab Oriente Leodiensem Diœcesim, & respicit ad Occidentem Hannones & Sylvam Soniam.

Tractus non est montosus, neque etiam planus, sed collibus convallibusque hinc inde attumulatus, crebrisque fontibus irriguus. Nemora sparsim venationibus apta. Thilia & Gheta fluvii hinc emanant, influuntque in Demeram, fluenta verò Ornus & Pieton in Sabim.

Opida fossis mœnibusque firmata, numerantur, quatuor, Nivella, Geldonia, Gemblacum, Hanutum.

Imperium Regionis, jamolim Lotharingiæ ac Ducum Brabantiæ, quorum antiquissimi, eam sepulturâ suâ nobilitarunt.

Quantum ad Ecclesiasticam Jurisdictionem attinet, Paulus IV. Papa Anno M.D.LIX. Instituto Episcopatu Namurcensi, ei assignavit *Comitatum Namurcensem, & Gallo-Brabantiæ partem, longitudinis quadraginta, & latitudinis triginta millia passuum Italicorum, mensaq; Episcopali trium millium Ducatorum auri de Camera annuos reditus.* Rei tum gestæ diploma exhibet Aubertus Miræus, Donationum Belgicarum, Lib. 1. cap. 145.

Cæterùm, cùm hic tractus *Romandua* dicatur, non abs re erit, veterum testimonio enodare brevi, quodnam idioma, medii ævi Scriptores, intellexerint per *Linguam Romanam*, quam gentibus domitis, cum jugo ipso Romani imposuerunt, ait August. Lib. 17. de Civitate Dei cap. 7. Maximè verò ita nostri vulgarem, & quâ hodie utimur, appellarunt, quod à Romana puriore ortum habeat. Dudo Lib. 3. de Moribus Norm. *Rotomagensis Civitas Romana potiùs quàm Dacisca utitur eloquentia.* Albericus in Chron. anno 1177. *Multos Libros, & maxime Vitas Sanctorum, & Actus Apostolorum, de Latino vertit in Romanum.*

Romancium, etiam appellant Hispani vulgare suum idioma, quod ut Gallicum ac Italicum à *Romano*, seu Latino sumat originem.

Chronicon Monasterii S. Trudonis Lib. 1. pag. 348. *Nativam linguam non habuit Teutonicam, sed quam corruptè nominant Romanam, Teutonicè Wallonicam.*

Etiamnùm Belgæ *Linguam Romanam* vocant Wallonicam: & Brabantiæ & Flandriæ Regiones, ubi Lingua Wallonica obtinet, *le Roman Pays.*

Hunc igitur pagatim habitantem populum, ſeptem Libris complectar, & quàm maximâ brevitate percurram, neque enim inſtituti operis eſt, Prætoria viculoſque omnes perluſtrare; itaque quoſdam vel in transcurſu, & in aliorum mentione obiter nominaſſe ſatis erit, exceptis iis qui ad comitia vocantur, inque iis ſuffragium habent, qui omnes conveniet attingi, ſive extant, ſive bellorum injuriis, aliisve caſibus intercidêre.

CAPUT I.

De Dominio, Monaſterio, Collegio, & Oppido Nivellenſi.

MOnaſticus Status, qui præ ceteris in Eccleſia Romana ſemper floruit, eximia religione ac ſanctitate, ſuum qua Fundatorem, qua Reſtauratorem præcipuum, in Occidente noſtro agnoſcit, ſanctiſſimum Patriarcham *Benedictum*, qui in Monte Caſſino, ex hac vita migravit, an. 542. 21. Martii. Hic enim, cùm ſcripſiſſet *Monachorum Regulam*, laudatam à S. Gregorio Magno, *ut diſcretione præcipuam, & ſermone luculentam*, citò propagata fuit per omnes Europæ Provincias, innumeris utriusque ſexus Monaſteriis per Diſcipulos & Succeſſores ejus, ſæculorum paucorum decurſu fundatis, interque eos in Belgio primarius fuit S. Amandus.

Hujus hortatu, Itta ſeu Iduberga, Pipini Ducis & Majoris-domus Regis Auſtraſiæ, vidua, in ſui juris fundo. Monaſterium Nivellenſe conſtruxit anno 650. Rem narrat ſcriptor coætaneus in hiſtoria vitæ ſanctæ Gertrudis juſſu Dominicæ Abbatiſſæ Nivialenſis, conſcripta: *Contigit Amandum Epiſcopum in domum B. Ittæ deſcendere, ut luctum conjugis recenter extincti ſpirituali conſolatione abſtergeret. De cujus manibus religioſa matrona viduitatis habitum & caſtæ profeſſionis velamen excepit: Domumque ſuam ejuſdem Antiſtitis conſecratione commutans in Eccleſiam, ſanctimoniales ibidem ad ſerviendum Deo ordinari fecit.*

Atque hæc quidem fuit origo illuſtris Collegii Nivellenſis nobilium virginum Canonicarum. Quod inter Belgica antiquiſſimum eſt.

Illa fuêre celeberrimi Monaſterii Nivellenſis exordia, cujus prædiorum diviſionem, probans Lotharius Imp. diplomate dato Aquiſgrani anno 1136. vulgato ab Auberto Miræo lib. 1. Donationum Belgicarum cap. 57. ita fatur. *Quæ*, ſcilicet Eccleſia Nivellenſis, *in confinio Regni mei ſita, crebro tyrannorum graſſatione quaſſata, utpote Francorum Regno finitima.*

Non dubitamus quin iſtis populationibus perierint prima & antiquiſſima documenta, hujus nobiliſſimi Cœnobii ſiquidem ea deſiderantur: Hinc difficilè explicatu, quæ loci facies fuerit, ante Divæ Gertrudis tempora, veterum Scriptorum ignaviâ, publicorumque monimentorum inopiâ.

Cæterùm in Brabantia Canoniſſæ *Nivellenſes*: *Montenſes & Malbodienſes* in Hannonia, *Andennenſes & Monaſterienſes* in agro Namurcenſi, *Suſterenenſes* in Ducatu Juliacenſi, *Thorenſes, & Beliſienſes* in Diœceſi Leodienſi, pluresque aliæ, principiò fuêre Moniales Benedictinæ, quod indubiis notis validiſque documentis probare poſſemus, ſi operæ prætium foret, & refutare Gabrielem Pennotum, qui arguit, *Benedictinos*, quod ſuo, ſanctam *Gertrudem* Ordini adſcribant. Sed id abunde factum à *Luca d'Achery & Joanne de Mabillon* in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti in Præfat. ad ſæculum ſecundum pag. 23. *de Monacharum & Canonicarum origine in Belgio.*

Porro, poſtquam ex nimia rerum temporalium felicitate, prima illa *Benedictina* diſciplina facta fuit remiſſior, plurima *Benedictini* Ordinis Monaſteria, in Canonicorum & Canonicarum mutata ſunt Collegia: quæ ne vel umbram quidem priſtini inſtituti hodie habent. Quod movit Geldolphum à *Ryckel*, ut in Hiſtoria S. Gertrudis lib. 4. pag. 856. ſcriberet verba iſta:

,, *Difficile ſit ſtatuere quo potiſſimùm anno, Collegium hoc Nivellenſe, quod Miræus vocat antiquiſſimum, mutationem ſubierit: niſi quod ex diplomate Henrici IV. Imp. ſuſpicari licet, ab anno* 1059. *deſciviſſe ad aliud regimen. Nam eo anno prædia Eccleſiæ Nivellenſis in tres portiones diviſit: quarum prima Xenodochio: ſecunda Abbatiſſæ: tertia Capitulo utriuſque ſexus attributa fuit. Quam prædiorum diviſionem Lotharius Imp. anno* 1136. *diplomate alio confirmavit. Ab hoc igitur anno* 1059. *videtur clauſura, communisque vivendi ratio Nivellenſis aſceterii mutationem aliquam ſuſcepiſſe, quando nimirum abdicato priſtino illo victus & vitæ rigore, Henricus IV. (qui primum ac proprium Brabantiæ Ducem dederat anno* 1106. *Godefridum Barbatum, ut Lipſius vult) Eccleſiæ Nivellenſis Antiſtitam, novis honoribus, & propriis prædiis auxit. Porro quantum habitus ipſe ab illo evariaverit, quem in velata B. Itta & Gertrude, ſculptor ex fide variarum Eccleſiarum, in quibus tali cultu picta ſculptaque cernuntur, exhibuit ſuprà, vel ex hoc ſchemate hodierni habitus & cultus Abbatiſſarum diſcere licet.*

Nec pigebit audire etiam Ioannem Molanum, differentem de Canonicarum origine, qui rem iſtam ut cætera omnia accuratè inquirit. Is itaque Scriptor lib. 1. de Canonicis cap. 15. ita fatur.

Ex libera autem & ſoluta Canonicorum vita, nata eſt apud infirmiorem ſexum dignitas, ſeu potiùs præéminentia Canonicarum, quas Teutonia frequentes habet, & vulgari voce Canoniſſas nuncupat. Quamvis enim nonnulli earum nomen & originem, referant in Ludovici Pii tempora: inter quos eſt Gobelinus, Auctor vitæ S. Meinulphi: alii autem in anteriora tempora, eo quod Juſtinianus nominet mulieres Canonicas: certum tamen eſt liberam & privatam earum vitam ante defectum Canonicorum inauditam fuiſſe.

Joan-

Joannes enim Nider Ordinis Prædicatorum Theologus, & Concilii Basiliensis ad Bohemos Legatus, scribit se summam inquisitionem fecisse super secularium Canonissarum origine, nec invenire potuisse, nisi quod ex prima fundatione fuerint Sanctimoniales, Ordinis, vel Benedicti, vel alterius, exceptis paucis Collegiis recenter pro Nobilium sustentatione fundatis.

Quibus tamen verbis, si Niderus significare voluerit, eas, quæ nunc Canonissæ dicuntur, olim fuisse veri nominis Monachas, quæ tria vota monastica solemniter profiteri soleant, non ausim ei hac in parte consentire, eò quod animadvertam apud Veteres, sicut inter Canonicos & Monachos, sic etiam inter Monachas & Canonicas discrimen fuisse. Quo pertinet 46 Caput Parisiensis Concilii: Comperimus quosdam Canonicos, & Monachos posthabito Religionis suæ pudore, Monasteria Sanctimonialium, tam Monacharum quam Canonicarum, inconsulto Episcopo suo imprudenter atque irreverenter adire. *Puto proinde talem fere fuisse Canonicarum, tum temporis proportionem & collationem erga Sanctimoniales seu Monachas, qualis erat Canonicorum erga Monachos, licet sicut Canonici, à veteri illa Regulæ suæ disciplina plurimùm recesserunt, ita & Canonicas, hac in parte sequaces habuerint. Wolfgangus Episcopus, habebat intra urbem Ratisponensem duo Virginum Monasteria Canonici instituti, in quibus corrigendis frustrà longo tempore operam navavit: posteà tamen utrobique Canonicæ vitæ institutum in Monasterium commutavit, ut faci e intelligas Canonicas liberioris fuisse instituti quàm Monachas.*

Si autem primas Fundationes intueri velimus: sanè Meinulphus, à Carolo Magno de fonte susceptus, cùm esset Canonicus & Archidiaconus Paderbornensis, in suo Budicensi patrimonio, construxit Monasterium & Ecclesiam, instituitque illic congregationem Sæcularium, ut vocant Canonicarum: quarum Ordo, ait Gobelinus in Concilio Provinciali, apud Aquisgranum, recens institutus erat. Quam fundationem Ludovicus Imperator ratam habens, suo annulo obsignavit.

Quod autem Gobelinus ille scripserit, anno tertio Imperii Ludovici, Canonicarum Ordinem recenter institutum esse in Concilio Provinciali, fortassis significare vult Ordinem, qui anteà fuerit in Ecclesia Dei, tum primùm in Concilio Provinciali approbatum esse, aut innovatum esse Ordinis ejus Regulam, ut eo censu rectè institutus esse dicatur.

Aliqui non facilè admittent nostrates Canonicæ, vel Nivellenses, vel Andenenses, hunc Ordinem tum primùm cæpisse, cùm sese asserant: (quòd & claris documentis dicunt se probare posse:) ex institutione Fundatricum suarum, Gertrudis & Beggæ, Canonicæ esse institutionis, & ab initio laxam habuisse Regulam, distinctam à sancti Benedicti, & quacumque alia Monasticæ Professionis Regula. Has autem clarissimi nominis Fundatrices, cùm Pipini primi Brabantiæ Ducis, proles fuerint. Notum est Ludovici Imperatoris, cujus demum Pipinus, ejus nominis tertius, avus fuit, tempora multùm antecessisse.

Omnia autem hujusmodi Collegia habebant Regulam aliquam ex Augustino, Hieronymo, Benedicto, Canonicis constitutionibus, aut aliunde, conscriptam, secundùm quam regulariter, quamdiu in illa congregatione manere volebant, vivere cogebantur. Inde illud est in tertio Conciliorum tomo, Eugenio secundo, & Concilio Rhemensi ascriptum: Statuimus, ut Sanctimoniales, & mulieres, quæ Canonicæ nominantur & irregulariter vivunt. juxtà beatorum Benedicti & Augustini Regulam, vitam suam in melius corrigant, & emendent, superfluitatemq́ vestium, & inhonestatem deserant. Quod si non impleverint, si qua ipsarum mortua fuerit. Christianorum careat sepulturâ. Prohibemus etiam, ne in earumdem Collegia, aliqua, nisi quæ regulariter fuerit victura, recipiatur.

Sicut autem inter canonicos liberior & dissolutior vita, multis tantoperè displicuit, ut potiùs ad Monasticam eligerent transire Professionem, quàm in ea remanerent, ita etiam accidit inter Canonicas. Adelheidis, Berthradâ sorore suâ teste, Coloniæ in cœnobio Virginum, sub regulari institutione sancti Hieronymi, Deo mancipata erat, inde à parentibus ad Vilicense Monasterium evocata, eandem liberiorem regularem institutionem initio servavit, sed mortuâ matre, Regulam sancti Benedicti amplexa est.

Habebant autem Sanctimoniales canonicæ, sive, ut Sigebertus loquitur, clericales Sanctimoniales, quarum uberes erant proventus, subordinatos sibi Clericos, qui exequebantur, quod Ecclesiasticus Ordo fœmineo sexui non permittit. Hi quoque, ex communibus Monasterii bonis alebantur: sed cùm alii clerici in proprietaria vita passim prævalerent, voluerunt & isti sibi præbendas assignari. Hoc autem proprietatis venenum, etiam castimoniales, à Regulæ observatione deficientes, infecit. Quæ cum clericis suis in præbendis, pares esse volebant.

Ex quo Nivellense sanctæ Gertrudis Monasterium, cùm ad laxiorem anhelaret vitam, obtinuit quidem à Paschali secundo, brevem honestæ vitæ formulam, sine obligatione voti alicujus, manente tamen vitâ communi, sub regimine Abbatissæ. Sed non multo post, anno videlicet millesimo centesimo trigesimo sexto, Lotharius bona in tres partes divisit; unam hospitalibus, secundam, Dominæ Abbatissæ, tertiam verò, assignavit congregationi, in quo pro septuaginta duobus Fratribus, & Sororibus, totidem assignavit præbendas. Hunc in modum famosissimum sanctæ Gertrudis Monasterium, in capitulum utriusque sexus degeneravit.

Et passim hujus Ordinis Canonicæ, suos confratres, in præbendis pares, in dignitate, propter Sacerdotium, longè superiores, vix alio loco habere dignantur, quàm ut Sacellanos suarum generosarum dominationum, quamvis quædam inter eas sint nuptiarum expectatrices, & sollicitatrices. Quod ex eo capite fieri arbitror, quia Abbatissæ jurisdictioni subsunt.

Cæterùm Romana Sedes, ut doctè Claudius Espencæus tractat, hujusmodi Canonicas sæculares, non renunciantes proprio, nec Professionem aliquam facientes, Ordinario loci subjectas, tolerat, non tamen earum statum, Regulam, aut canonem approbat. De quo Bonifacius in Sexto, Capitulo, Indemnitatibus, *& Clemens quintus, in suo Opere, Capitulo* Attendentes, *sua Decreta jam olim tulerunt.*

Disquirit quoque J. B. Gramayus in Nivella, quid sentiendum de Canonicarum sæcularium initio: sed ea quæ habet, sunt ex Molano desumpta, ideoque hîc prætermissa.

Cæterum quod attinet ad Historiam Vitæ S. Gertrudis, reperitur in omnibus, non solùm novis, sed antiquis etiam Legendis typis excusis, seu manuscriptis, præterque præfatum Ryckelium, illam ætate

nostrà

noſtrâ præclarè digeſſerunt & illuſtrarunt, Godefridus Henſchenius, & Daniel Papebrochius, in Actis Sanctorum Martii, Tomo 2. ad diem 17. Docentque Ittam ſive Idubergam anno 658. & ſanctam Gertrudem anno 664. obiiſſe 33. ætatis ſuæ, die Dominicâ, 16. Kalendas Aprilis, ut ea ſcribit Auctor Vitæ, qui coram aderat. Vide præterea illa quæ habentur de prædictis Sanctis in Exegeſi præliminari eorumdem Scriptorum ad Tom. 3. Aprilis, de tribus Dagobertis Francorum Regibus, ubi in quibuſdam Chronotaxis innovatur.

Nacti ſumus S. Gertrudis Genealogiam Gentiumque conſanguinearum, oblatam olim Alberto Archiduci ab Auberto Miræo, propriaque manu ſcriptam ſignatamque, quæ ita habet:

In Libro iſto pergamenico continetur Vita S. Gertrudis, Abbatiſſæ Nivellenſis, quæ hactenus typis edita non fuit. Meretur typis excudi ſive imprimi, ſi ita Sereniſſimæ V. Celſitudini videatur: ad oſtendendam multiplicem Sanctorum progeniem ex Familia primorum Brabantiæ Ducum.

Nam ut in hoc Libro docetur, Carolomannus, Princeps illuſtris, genuit B. Pipinum I. Brabantiæ Ducem, & B. Amelbergam.

B. Pipinus & B. Itta ſeu Iduberga, genuit S. Gertrudem, S. Beggam, & Grimoaldum.

S. Gertrudis obiit Nivellis anno 664. prima Nivellenſis Monaſterii, ab Iduberga matre conditi, Abbatiſſa.

S. Begga ſoror S. Gertrudis, Anſegiſo nupta, genuit Pipinum II. Brabantiæ Ducem. Defuncto marito, totam ſe Deo tradidit, & fundavit Monaſterium Andennenſe, quod nunc eſt Nobilium Canoniſſarum collegium, in Comitatu Namurcenſi: ubi & quieſcit.

S. Amelberga, B. Pipini I. ſoror, quieſcit Binchii: & fuit mater S. Emeberti, Epiſcopi Cameracenſis, S. Gudilæ, S. Pharaildis, & S. Reyneldis.

De quibus ſingulis tractat Joannes Molanus, Doctor Theologus Lovanienſis, in libro de Natalibus Sanctorum Belgii, & Divæus lib. 1. cap. 3. & lib. 3. fol. 42. Rerum Brabanticarum.

Alii tradunt B. Amelbergam bis fuiſſe conjugatam, & ex poſteriore marito Witgero, peperiſſe S. Venantium & S. Gengulphum martyres.

Ex eadem proſapia fuerunt S. Waldetrudis, Patrona Montenſis ac Fundatrix, ejuſque quatuor Sanctæ proles, S. Landericus Epiſcopus Meldenſis in Francia; S. Dentelinus Reſæ quieſcens in Clivia, S. Madelberta & S. Aldetrudis Abbatiſſæ Malbodienſes.

Maritus S. Waldetrudis fuit S. Vincentius, Fundator collegii Canonicorum Sonegiis in Hannonia: ubi & quieſcit cum filio ſuo S. Landerico.

S. Waldetrudis ſoror fuit S. Aldegundis, Fundatrix collegii Canoniſſarum Malbodii in Hannonia, &c.

De his omnibus, & aliis Sanctis hujus ſanctæ Familiæ, tractant Molanus & alii.

In gratiam & obſequium Sereniſſimi Archiducis Alberti, ex iſto codice MS. jam citato ſuperiora deſumpſit & auxit Aub. Miræus, eidem à ſacris Oratorii & Bibliotheca.

A. MIRÆUS.

Petrus Divæus Rerum Brabanticarum lib. 1. cap. 6. Nivellæ ita meminit.

Brachbanti tractum à Sonia ſilva ad Sabis fluenta protenſum Veteres Romanduam appellarunt, ejus pars nunc in Namurcenſii nomen mutata. Nivigellam Regionis caput varia commendabile efficere. Sunt ibi Ducum aliquot ac Comitum ſepulchra. Pipini videlicet Landinienſis, Gertrudis ejus filiæ, Ottonis poſtremi ex Carolingis Lotharingiæ Ducis, Lamberti Barbati, Henrici primi, Lamberti Balderici, Henricorum II. ac III. Gerbergæ cœnobium Nivigella, ab Itta uxore Pipini Landinienſis conditum, Gertrudis eorum filia diu gubernavit, obiitque anno 664. quod magnam oppidi vetuſtatem arguit.

Advocatiam cœnobii, Imperatores per multa tempora ſibi retinuêre uſque ad Philippum Suevum, qui eam Henrico primo Duci anno 1204. donavit, beneficiario jure poſſidendam: diplomatis exemplar nos vidimus. Hactenus Divæus.

Verum enim verò, donationem illam, irritam fecit idem Imperator à quo emanarat: uti teſtatur diploma Ottonis V. Philippi, in Imperio ſucceſſoris, quod etiamnum integrum aſſervatur in Archivo Eccleſiæ Nivellenſis ejuſque verba ipſa ponemus.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex Auguſtus, &c. Notum facimus, quod accedens ad noſtram Majeſtatis præſentiam, fidelis noſtra Berta Nivellenſis Eccleſiæ Abbatiſſa, *flebili querimoniâ propoſuit, quod nos tempore diſcordiæ noſtræ, contra jus & libertatem Imperii, ipſam & Eccleſiam ſuam ab Imperio alienaverimus, & in manus Henrici Ducis Lotharingiæ contulerimus. Principum verò dictavit ſententia, quod nos eandem Abbatiſſam & Eccleſiam ſuam non potuerimus ab Imperio alienare, ſed quod in omni jure, honore & libertate ſicut ad nos devenit, ipſam conſervare tenemur; ad hanc itaque ſententiam, aſſenſu Principum Imperii legitimè approbatam, Regali authoritate caſſavimus, & irritam deduximus eandem donationem, quam aliquando prædicto Duci per ſcriptum noſtrum & privilegium, de ipſa Eccleſia feceramus &c. Datum apud* Spiram *anno Domini* 1209. *indictione duodecimâ, ſexto Kalendas Julii.* Vide infra capite LIV.

Aubertus Miræus in Cod. Donationum Piarum cap 13. *Canoniſſarum porro* (inquit) *Nobili ſtirpe progenitarum, quæque ad nuptias tranſire poſſunt: collegia, in Hannonia ſunt duo,* Montenſe & Malbodienſe, *totidem in Comitatu Namurcenſi,* Andennenſe & Monaſterienſe, *& unum in Brabantia,* Nivellenſe, *omnium apud Belgas, ut arbitror, antiquiſſimum. De quibus, ut & de Germanicis, in qua Provincia ſunt plurima. Vide libellum noſtrum de Collegiis Canonicorum, anno* 1615. *Coloniæ editum.*

Ludo-

LUDOVICUS GUICCIARDINUS ſuperiori Sæculo deſcripſit omnes Belgij Provincias idiomate Italico, meminitque Nivellæ in Deſcriptione Ducatus Brabantiæ, his verbis:

NIVELLE è diſtante da Bruſſelles cinque lehge: é terra aſſai forte, & per ogni qualita piu che ragionevole, ove ſi fa gran' quantita di belliſſime tele, al modo di quelle di Cambrai, ma queſte ſono ancor' piu belle & forſe migliori: Et é una delle quattro terre che fanno (ſecondo Paulo Emilio) il Marcheſato del ſacro Imperio: è anche una delle tre piccole terre capitali, le quali hanno come gia è detto, belliſſimi previlegi, & ha il paeſe all' intorno fertiliſſimo d' ogni bene; & non lungi di la molte cave di buone & belle pietre per edificare. Di queſta terra fu quel' felice Giovanni del Tintore, Arcicapellano & cantore di Ferdinando Re di Napoli, il qual' Giovanni è mentionato dal Tritemio fra li ſuoi huomini illuſtri per gran' litterato, per buono ſchrittore di varie coſe, per Muſico eccellente, & per buon Pittore. In queſta terra è ſepolto il primo Pipino figlivolo di Carlomanno, & padre di Gertrude quella, la quale per la ſua ſantiſſima vita, meritò d'eſſer aſcritta nel numero de Santi. Queſta ſanta Donna, fondò la chieſa di Nivelle, che da lei prende il nome: tempio grande & eccellente con ogni ſorte d'ornamenti dentro & fuora: la medeſima Santa, fondò & inſtitui in quella terra, quel' nobiliſſimo Ordine di Canonicheſſe, che inſino al preſente con tanta maeſtà, & buon' reggimento vi ſi vede. Queſto è un ordine d'un' certo numero inſino a quaranta due di Religioſe aſſai libere, Ordine veramente mirabile & bene inventato per ſuſſidio della Nobiltà, concioſia che in quella compagnia, non poſſano entrare, ſe non figlivole di Signori, o di gran' Gentilhuomini, nobili almeno de quattro Quartieri paterni & materni, che ſieno (come contiene l'inſtitutione legittime, franche, & generoſe Vergini, onde eſſendo qualche Signore carico di figlivole, & cercando di ſgravarſi, ne mette una in queſta Canoſia: benche per il paeſe ſieno ancora (come ſi dira) diverſi altri di queſti Ordini & Conventi illuſtri, le quali Madonne che ſi chiamano pur' Canonicheſſe & Damiſelle, hanno quaſi tutte ciaſcuna da per ſe caſa ſeparata intorno, & preſſo a quella chieſa di Santa Gertrude, nel qual' tempio elle fanno li loro uffici & cirimonie: la mattina, & a tutti li loro uffici di chieſa veſtono alla ſpirituale, ma nobilmente con abbigliamenti candidi, come loro, foderati d'ermini, o di ſimili pelletterie: & doppo deſinare, veſtono alla temporale con drappi di ſeta da Gentildonne, & ſe ſono pregate a convito, o a paſto ordinario, poſſono andare; poſſono quando venga l'occaſione maritarſi a lor' piacere, & ſe non ſi maritano, vivono religioſamente in quella nobiliſſima compagnia; & l'ordine medeſimo da loro tanta entrata, che elle convenientemente ſi poſſono intrattenere. Hanno per capo una Badeſſa, detta comunemente Madama di Nivelle, eletta con l'autorità & conſentimento del Principe da loro, di loro medeſime a vita, & confermata dal Pontefice: la qual' Madama è non ſolamente capo del Capitolo, ma è ancora Signora dello ſpirituale, & del temporale di Nivelle, & della ſua juriditione. E anche nella medeſima chieſa, un' divoto Collegio di trenta Canonici, ben' proveduti; & elletti a vicenda dal Pontefice, & da Madama. Coſi ſono poi in quella terra altre chieſe, & luoghi pij, & notabili. Hor' deſcriverremo ſecondo la promeſſa noſtra, le terre di titolo, & di ſuprema degnità, & prima il Marcheſato del Sacro Imperio.

Nunc etiam audiendus Ioannes Baptista Gramaye, siquidem satis accuratè de Nivella scripsit.

Locum hunc *confinem ubi Lotharingij iunguntur Francigenis in Brachbanto* situm olim Nivigellam, Nivigelam, Nivialum, denique Nivelliam, Niviellam, & Nivellam unitatis numero & Nivellas multitudinis numero accusandi casu video appellari.

Nomen unde deductum sit nec legi usquam, nec facilè conjectura assequar.

Locum olim silvestrem fuisse unica gloriosæ Gertrudis vita abundè docet.

Nec olim tantum, sed & venientibus ad famam Lovaniæ Comitibus.

Et amplius iisdem Ducatus Lotharingici titulum adeptis, Nivellam usque ingentes silvæ erant.

Planè ut crederem Romanos Francis Barbarorum metu junctos, & junctim in silvarum interiora relictis urbibus dilapsos Nivigellense castrum subitos hostium impetus facilè propulsaturum extruxisse & nominasse Nieu, id est novum, selle id est sedem, aut al aut geheel, id est totum; nisi Henrici Imp. diploma traderet, *locum proprijs divæ Gertrudis manibus excultum.*

Cuius partem esse firmiter mihi persuadeo, locum turri ædis primariæ subiectum ubi hodieque dat & recipit primum in inauguratione fidelitatis iuramentum Abbatissa: monumentorum, structuræ, & cubiculi vicini, de quo post, ductus argumento.

Castro subiecta erat *Villa* sive *Burgus* ab omni antiquitate ius *telonij*, *mercatus*, *monetæ* habens.

Quandò primò mœnibus cincta fuerit, definire necdum possum. Ligneis ante Normanorum in Gallias adventum cinctam fuisse, sunt qui putent. Lapideis authoritatem faciente Duce & Cæsare munitam & fossis instructam credo.

Et amplius longè maiore quàm nunc conspicitur ambitu urbem, aut suburbana saltem (cum vestigia mœnium nusquam appareant) se extendisse; quippe undecim, ut post dicam, parochias compræhendentem, quarum aliquot nunc extra urbem visuntur.

Nolim autem asserere mœnia, quæ nunc conspiciuntur ita vetera esse, sed bellorum iniurijs vastata putarem à 200. dumtaxat annis restituta: cum legam ex portis aliquot & nominatim Salicensem post annum 1417. exstructam.

Ita ut nunc urbs portis 6. patens vias publicas 50. & amplius numerans, præter alios rivulos Thienam amnem ex cognomini pago lapsum excipiens, vicorum, domuumque nitore, hortorum amænitate nulli vicinarum urbium facilè cedat.

Ædes operaque publica quæ notari mereantur pauca sunt, imminuta multum per hos bellorum turbines urbis maiestate.

Quoad civitatem & ius regimenque urbis, fateor quædam controversa esse, quæ nec meum decidere, nec fortassis penitius rimari. Dicam ergo tantum, quæ ex veterum historiarum & diplomatum fide didici, nec harum, nec illarum, nisi qua veritas cogit, partium.

Primo itaque loco *Comites* pono, non quod ullos hoc titulo solo usos noverim, sed quod lego *Comitatum Nivigellensem* nominari in dote Gerbergæ utriusque & eius quæ Carolo Duci Mater fuit & eius quæ Lamberto Comiti Lovaniensi enupsit.

Hinc est quod nonnulli tradunt hunc à Bruxellensi dependisse, quia nimirum Carolus, quem dixi, Bruxellam nativitate, habitatione & regia sua ornasse, & Nivellæ tacito calculo prætulisse dignoscitur.

Unde manifestum, Comitatum D. Gertrudi, quæ *Domina* tantum *Nivellarum* vocatur, non contraditum permansisse penes Lovanienses & devolutum ad eorum hæredes Brabantiæ Duces: Quorum fuit *defendere potius quàm possidere Nivellam.*

An autem sicut *Comes* ita & *Vice-Comes* Nivellensis fuerit vellem posse liquidò probare. Quamquam ego non ambigam *præfectum* hic olim Ducalem fuisse qui limitaneæ arcis, ut supra docui, aut arce in monasterium conversa, *limitis Francici* curam ageret.

Post Comitem tempore & titulo priorem Domina est iure & possessione alias maior constituenda.

An autem D. Gertrudis inter alia Nivellam hæreditariæ portionis loco nacta Dominium ad successuras sibi Abbatissas transmiserit, & rursus an utile, an directum ut I.Cti. loquuntur, meritissimò dubito.

Hoc scio Henricum primum Cæsarem *Burgi ius* Abbatissæ donasse, confirmante idipsum Clemente I. Romanæ urbis Antistite.

Invenio deinceps donationem Urbis Nivellensis; Henrico Lotharingiæ Duci factam, à Conrado Imp. revocatam, profitente non licere dependentes ab Imperio tractus alienare.

Ita ius in urbem summum mansit manetque nulli obnoxium, penes sæcularis collegij Abbatissam.

Quam & cuius bona iuraque Romani Pontifices immediatè suam in tutelam susceperunt.

Sicut & Imperatores expresse liberam esse voluerunt, *Imperij Principem* omnique Principum gaudentem prærogativa. Adeoque Regalia ab ipsis solent Cæsaribus de more accipere.

Nisi quod frequentia exempla habeam ab Augustis id demandatum Lotharingiæ sive Brabantiæ Duci, ob itinerum difficultates & sexus teneritudinem.

Quia

Quia autem Brabntiæ Duci (verba diplomatis sunt) *non subest Nivella, ideo si diris Ecclesiasticis illa involuatur; hanc non teneri* plurium Pontificum responsa declararunt.

Eadem-propter, si quando Duci bellum aut belli metus erat, eidem Nivellenses non implicabantur, nec Duci, nisi permittente Abbatissa licebat campanæ æris sonitu cives armare, aut militem conscribere, aut tributa imponere.

Cæterùm cum Patronatus sui ius Cæsar in Ducem, nuper transfuderit, exinde & Regalia ab eo & confirmationem obtineri mos obtinet.

Cum autem Dominam ab omni tributo & exactione liberam 3. Pontificum, 5. Imperatorum, Ducum ferè omnium fecerint privilegia, ob hæc & alia tuendæ Abbatissæ & collegio, Henricorum Cæsarum primi & secundi indulto permissum, quem vellet *Advocatum* eligendi.

Electum scio, & si temporis incertus, Ducem Lotharingiæ sive Brabantiæ qui nunc *terrarum Ecclesiæ*, nunc *Ecclesiæ Nivellensis* scribere se solet olim, hodieque in iuramento solenni, quod ad aram Gertrudis Virginis præstat, appellat, *Advocatum*.

Proximo post Advocatum gradu *Villicus* est ab antiquo per Dominam constitui solitus, iudex & executor iuris iustitiæque triplicis, imò *Banni imperiales* Collegio olim donati; Qui insuper in pagos, paucis exceptis, omnes ditionis Nivellanæ, aliquid iuris habet.

Eo, dum hæc scribimus, summo omnium applausu fungitur officio Paulus Roelsius Vir humanus & peritus rerum nostratum, cuius ex Musæo aliquot manuscriptorum habui usum & inspectionem quos hoc signo ab alijs secernam.

Hic cum *scabinis*, ita senatores vocant, primum civitatis aut verius senatus triparti membrum constituit.

Scabinos olim 4. fuisse lego ex totidem tribubus patricijs, id est nobiliori civium parte lectos à Domina, ut credo, nec Duci aliquatenus obligatos, nec ulli Domino.

Cæterùm cum hic magistratus perpetuus & ad vitam esset, ob seditiones abrogatus & constitutum 7. scabinorum à Domina collegium, quod hodieque perseverat.

Alterum curiæ membrum faciunt *quæstores* & *iurati* utrique à Duce creati ad vectigalia potissimum regenda; illi ad manus *Balivi Brabantiæ & deputatorum*, hi ad *commissariorum* fidelitatis iuramentum deponentes.

Quæstores incerto numero fuerunt, olim 4. mox 3. veniente olim in numerum *Pensionario* & *Clerico*.

Hos *Burgi-magistros* appellatos video ex eo, quod claves oppidi sub horum sint custodia.

Iurati etiam numero non eodem extiterunt olim decem, nunc octo sæpè plures raro pauciores.

Hi duo iunctim Iurati & quæstores, quicquid vectigalia, tributa, exactiones aut ius Principis tangi solent & possunt curare ordinare, elocare ad 40. pedum in urbe, 100. extra spatium reluctantes coërcere, punire &c. idque diversorum Principum ex lege. Adeoque exempla sunt multatorum per hos qui executoribus eorum reluctabantur.

Quod si his cum Domina oriatur aliquid controversum in Brabantiæ Concilio volunt decidi debere.

Iurati autem 2. cum uno quæstore, Pacificatores, ut eorum voce utar sunt & vocantur.

Cæterùm invenio sigillum antiquitùs Urbi nullum fuisse, adeoque in negotijs urbium Brabantiæ rarius Nivellenses subscripsisse; aut si subscripserint, Abbatem Gemblaci aut alium rogasse qui defectum sigilli Nivellensis suo suppleret.

Amplius, cum per tumultum communitas iunctis contra Dominam capitibus sigillum sibi proprium assumpsisset, interdicto Leodiensi & Ducis authoritate iussa sigillum obliterare.

Et novissimè cum scutum urbis (pedum Abbatiale præferens) insignibus Brabantiæ ornassent, Ducali sententia coërciti sunt: quod retinuerunt aliquatenus mutatum quæstores cum epigraphe tali, *Sigillum Receptorum & Iuratorum Ducis Brabantiæ ad causam.*

Nec omittendum quod observo, præter hunc rei Principis intendentem Magistratum, Procuratorem generalem viarum publicarum & refectionis earum curam habuisse.

Magnum etiam Brabantiæ Balivum statis diebus, ut nundinis, citari solitum ad providendum tuendumque ius Ducis.

Insuper solere Duces in Nivellensi curia iuramentum præstare, præstitisse Burgundici sanguinis Duces Anthonium, Ioannem, Philippum, Carolum, Philippum.

Ulteriùs solere Brabantiæ Archiva antequam Vilvordiam transferrentur, hic custodire.

Et Nivellam inter secundi ordinis urbes loco tertio in Ordinum concilio advocari & præsto esse.

Tertium in Senatu ordinem faciunt Decani 16. annales ex plebe & singulis opificum collegijs bini, quos eligit plebs & Decani defuncti, confirmant reliqua 2. membra.

Magistratui subijcitur civitas sive cives, quorum pars opulentior in tribus iuratis sagittariorum contubernijs uni nomen dat; aut etiam 2. poëtarum collegijs, quæ iam propè interierunt.

Vilior in certa opificum collegia, ex quibus 8. duntaxat sunt quibus aditus est ad Senatum. In omnes iuridicem citatos, non nisi post triduum agere licet.

Qui nondinas annuatim liberas, & Hallam, ut vocant à Principe obtinuerunt.

Fata sive adversitates præcipuæ obvenerunt Nivellis Ab igne: cum fortuito incendio *Claustrum* cum *Burgi* parte absumeretur, visa à quibusdam gloriosa Gertrudis peplo suo flammarum impetus avertere.

Et novissimè bellis civilibus combusto undique suburbio.

 A peste,

A peste. Cum in tantum serperet contages ut mortuis efferendis vivi non sufficerent.

A bellis Intestinis quidem sæpius civitate Dominarum & Capituli Imperium gravatim ferente nominatim anno 1263. & Vicinorum Hannoniæ quater, Flandriæ ter, Namurci semel senserunt Nivellæ injurias notabiles.

Captaque adeo Nivella à Flandro Brabantiam sibi vendicante, sed mox Duci restituta.

Iterumque à Saxonum Duce tumultuantes Brabantos ulturo.

Novissimè in communi Belgarum naufragio à Bruxellensibus Regi & religioni rebellibus circumventa, sacris profanatis, suburbijs vastatis, tandem advenienti Ioanni Austriaco victas manus dedit Regi suo conciliata.

Eodemque anno à Casimiri milite iterum spoliata & profanata & exhausta multum de pristino remisit splendore; ut ex relatu diversorum intellexerim, ultra duo ædium millia in suburbano eversa.

Rei sacræ & religionis apud Nivellas initium non altius quàm ab Antistite Amando & Itta Pipini primi coniuge.

Illius consilio hæc *Nivigellensem cellam* sive cœnobium instruxit, exstructoque Gertrudem filiam præfecit.

Cæterùm ubi monasterium illud vetus fuerit, & cujusmodi in eo Religiosæ, æquè controversum est.

Sunt qui primitùs extructum putent Abbatiam loco qui adhuc nomen retinet in pago vicino & subjecto Nivellis.

Alij ex cubiculo D. Gertrudis quod in æde urbis primariâ visitur solemni peregrinorum concursu, aliter conijciunt.

Quoad religiosarum qualitatem hoc disco ex diplomatibus utriusque sexus ab antiquo fuisse collegium dictos *fratres & sorores Nivelli cœnobij* & alibi *Beginas* solas, *de Nivella* tamquam prius & potius Capituli membrum nominari.

Nec mirum videri debet, cum Beginæ nomen olim Augustum & nobilibus medium illud vitæ genus inter cœnobiticam & sæcularem professis proprium fuisse docere possim.

Quod interjecto tempore, velut obliteratum, Leodij à quodam cui *le Begge* cognomen fuit, resumptum fuit, instituto ad hoc non Collegio, ut olim vocabatur, sed Curia Beginarum.

Addam hoc, etiamsi D. Gertrudis votum castitatis emisisse legatur, non videri tamen id univresale omnibus Canonicabus; utar hoc ad distinctionem vocabulo, fuisse; cum in vetustis diplomatibus appelletur semper *Abbatissa sæcularis Collegij Nivellensis & Princeps Imperij.*

Certus interim & Abbatissam cum suo collegio, & bona, & vitam & habitationem communem habuisse. Cujus rei vestigia in literis & memoria supersunt, nomina & loca Dormitorij, cœnaculi, claustri ambitus, &c. & regula ex diversis collecta quam eas habuisse testatur Molanus.

Et quod in actis D. Gertrudis lego profugisse ex claustro incendij grassantis metu & periculo virgines.

Quibus Carolus M. Henrici tres, Ottones duo Augusti, bona, immunitates, privilegia, dederunt, auxerunt, confirmarunt: accedente permissu Clementis 2. Leonis, Urbani, Innocentij, Gregorij Pontificum.

Esto itaque hic primus Collegij hujus Virginalis status. Quod jurisdictionem suam temporalem & tribunal Abbatissæ in totum transcripsit: adeoque *rogatus Lotharius Imperator bona congregationis, Abbatissa & Præpositi Capellani sui perpetui à Clericorum* (sic tum dicti qui ante fratres) *& sanctimonialium bonis separavit.*

Quod magis speciatim factum & exinde servatum Abbatissæ & Præposito sua legitima, ut sic dicam, assignata. Abbatissa, dum hæc scribo, Margareta de Hennin. Præposita Catharina de Honsbroeck, quarum beneficio & codicis antiqui, & diplomatum inspectionem habui quæ hoc (o) signo separabo ab alijs, quæ ex archivo oppidi per Pensionarium mihi sunt communicata, quæque (8) sic prænotabo.

Interjecto tempore ex *Fratribus* & *Clericis* factum Canonicorum collegium, à virginali non nisi sexu divisum & choro.

Invenio institutionem presbyteralium præbendarij factam à Capitulo, Benedicti Pontificis accedente consensu. Cum biennio ante Decani per Adulphum Episcopum Leodicensem inveniatur confirmatio.

Ita ut nunc universim promiscui sexus in Ecclesia Nivellensi sunt præbendæ 72.

Quarum possessoribus Abbas Cisterciensis, totius ordinis sui merita communicavit.

Ad laudem hujus Collegij facit, quod nullum tota Gallo-Brabantia cœnobium sit, quod non inter fundatores suos Abbatissam Nivellensem debeat numerare: ut taceam & Thenis, & in Leodiensi patria exempla ejusmodi infinita.

Parochiam sive curæ animarum destinatam Ecclesiam unicam ab antiquo, Nivella habuit Virgini Matri inscriptam.

Et hinc est quod in diplomate Caroli M. & alibi; leges cœnobium conditum in honorem S. Mariæ, ubi gloriosa *Gertrudis corpus requiescit.* Quamquam aliàs illud ipsum *Cœnobium S. Petro dicatum* scribatur, aliàs Gertrudi.

Cæterùm cum loci & sanctitatis fama in infinitum cresceret incolarum multitudo, ita ut alibi legam in *Beginasio Nivellensi fuisse Virginum duo millia*, necesse fuit partito animarum onere plures institui Parochias, institutæ undecim.

Gotaliæ }
S. Cyri } Nunc in suburbano conspiciuntur, sed dirutæ per has turbas.

De

De Tinis extra urbem adhuc perseverat.

Apostolorum { Ioannis, Andreæ, Iacobi }
Martyrum { Mauritij, Georgij }
Antistitis Nicolai
} In urbe nunc sunt & solæ sunt parochiæ ab anno .....

S. Sepulchri nunc parochia esse desijt.

Ulterius publica & privatorum aliquot munificentia Franciscanis fratribus templum & cœnobium extructum.

Qui procurante D. Margaretâ gubernatrice reformanti *observantia*, quam vocant regulam, assumpserunt.

Et iterùm collapso aliquantisper temporum licentia fervore, nuper resumpto spiritu *Recollectarum* instituta secuti sunt, in quo etiamnum 30. & amplius fratres perseverant.

Innotuit conventus iste, potissimum inter alios Provinciæ Flandriæ ob studium Theologicum illic doceri solitum.

Denique ob alumnos suos P. Franciscum qui per 15. annos à sacris Concionibus fuit Carolo 5. author perfecti egregio opere templi.

Et Petrum qui Reginarum 2. Franciæ & Hungariæ, Leonoræ & Mariæ confessor extitit.

Et Franciscum à *Welloncapelle*, qui parato D. Ioanne Austriaco insignem urbis cladem, sua avertit prudentia,& Henricum Willot qui evectus ad Episcopalem cathedram Namurci. Cuius Diœceseos nunc est Nivella, olim Leodiensi subdita. Episcopo insuper fuit olim promiscui sexus collegium servientium in Xenodochio pauperibus qui in certo olim numero ad senarium viri, ad quaternarium fœminæ sunt reductæ.

Hoc Xenodochium Nivellense propriè vocatur D. Nicolao sacrum, ubi hodieque à Martinalibus usque ad Bacchanalia idque à quinta matutina ad nonam usque serotinam luculentus ad usum quorumcumque pauperum focus extruitur, pro quo omne Hospitalis peculium obligatum invenio.

Præterea in tractu S. Cyri Beginæ olim nunc pauperculæ, coëmptam in urbe domum habitant, institutæ cum Dux eis permittit acquirere proventus ad summam usque 100. librarum Lovanij.

Similes,sed quæ olim pauperes cognominatæ sunt in *Gothalia* per Beatricem *Velbette* primum dotatæ. Est & aliud receptaculum pauperum & Beginarum S. Sepulchri.

Invenio & authoritate Gregorij Papæ confirmata bona *Hospitalis frigidi montis* in Nivella.

Amplius in usu & ore est urbis hospitale, cui secundus Senatus membrum præest, de qua litteras & constitutiones inveni.

Locus autem ubi exiguum hospitale Betphages titulo olim erat Virginibus, tertiam D. Francisci professis regulam Brusleto advenientibus à Senatu permissus est, templumque Ioannes *Bourgeois* Chorepiscopus Leodiensis dedicavit Virgini Matri & Sodalitio Ursulano Martyrique Christophoro.

Integritatis nomine Virgines optimè solent audire ,adeoque per has Geldoniense cœnobium fundatum est.

Cæterùm, Sombreffæ Dominium atque Baronatum hodie possidet N. *de Lannoy* Comes de *la Mottrie*, connubio iunctus N. *de Gavre* filiæ Marchionis *d'Aysfeau*; constatque dictus Baronatus ex prædijs subiectis partim Brabantiæ Duci, partimque Namurcensium Comiti. Hincque ratione terrarum, quas in ambabus ditionibus tenet, ad utriusque Principatus Statuum Comitia vocari solet.

CAPVT VIII.

De Origine & progressu Monasterij Villariensis, Ordinis Cisterciensis, in Brabantia Gallica, & Reformatione Fuliensis in Gallia.



Villarium Ord. Cist. Abbatia.

CUm Celeberrimus Sancti Patriarchæ Benedicti Ordo, ætatem iam agens quatuor sæculorum, ex nimia rerum temporalium, felicitate, aut temporum vetustate, quæ interitum rebus etiam firmissimis afferre solet, aliquam in Gallia avitæ disciplinæ iacturam fecisset; dati fuere divinitus, sanctitate ac zelo insignes viri, qui depravatos sensim mores, ad primi instituti leges ac rigorem reformarent. Primam in

tam ſancto ac utili negotio operam anno Domini DCCCCX. B. Berno poſuit: qui fundato in territorio Matiſconenſi ſuper Graunam fluvium Cluniacenſi cœnobio, primus dicti inde novi quaſi Ordinis, Pater. Quam reſtituendo vetus inſtitutum Benedictino Ordini utilis fuerit, plurima propagata à Cluniaco optimè conſtituta cœnobia, multi inde & ſancti & Principes in Eccleſia profecti viri docuerunt. Hunc ſecutus, ſub initium ſæculi undecimi, B. Bernardus de Tironio fuit, qui felicitate pari, progreſſu tamen minore, reformationem in diœceſin Carnotenſem invexit. Sed nulla celebrior ea extitit, quam S. Roberti auſpicijs fundatum ab eo Ciſtercium primo admiſit, cœpta anno M.XCVIII. latiſſime enim patens, non ſola ſe Gallia concluſit illa, (quamquam *Firmitatem* in ea, *Pontiniacum*, *Claram-Vallem* & *Morimundum* ampliſſima cœnobia, quæ Ciſtercium filias appellat ſuas, molita) ſed totam brevi Europam peruagata, Italiam, Hiſpaniam, Germaniam, Poloniam & Angliam innovavit. Authores *Sanmarthani* ſunt, virorum olim cœnobia ſupra mille octingenta, mulierum ſupra mille quadringenta numeraſſe. Adeo ut mirum non ſit, complures ſummos Pontifices, alioſque ſpectatos in Eccleſia viros, in Ciſtercij & propagati ab eo Ordinis laudes tantopere effuſos fuiſſe.

Huius igitur inſtituti, primarium in Belgio, eſt Villarienſe Monaſterium, Henrici II. & Ioannis III. Brabantiæ Ducum, multorumque nobilium virorum ſepulturis inclytum, quorum munificentiâ ditatum, immenſum viguit, debetque originem ſuam Sancto Bernardo, qui cum juſſu Eugenij III. diſcipuli olim ſui, tum vero Romani Pontificis, Cruciatam contra Saracenos expeditionem hîc in Belgio circumcirca prædicaret, à plurimis rogatus eſt, ut ſui inſtituti Religioſos aliquot in Brabantiam emitteret, qui mox, prout erat vitæ monaſticæ augendæ intentiſſimus, duodecim Monachos cum Laurentio Abbate tertio decimo, & Converſis quinque ex Clara-Valle huc tranſmiſit. Hi in *Boveria* ad fontem Goddiarch ſubſiſtentes, Monaſterium rudi opra conſtruxerunt anno Domini M.C.XLVI. *cum autem in loco illo per aliquod tempus ſtetiſſent, tantam ibidem penuriam pertulerunt, quod domum Claræ-Vallis repetere deliberarent.* Sed S. Bernardus huc peregrinatus & loco oportuniore delectatus, duxit eos in Vallem quam nunc inhabitant, *annihilato, & renunciato omni jure, quod in loco iſto, tamquam in libero allodio, Abbas de Florines, Walſelinus nomine, & alij ſe habere dicebant.*

Porro jamolim non modo hîc loci, ſed ferè ubique terrarum, remiſſior facta eſt, prima illa Ciſtercienſis Ordinis diſciplina, etiam ex nimia rerum temporalium felicitate perinde ut ſupra ediſſerui, de occaſu priſtini Benedictini Ordinis, quod ſæculo ſuperiori animadvertens Ioannes Barrerius Gallicè *de la Barriere*, vir nobili genere natus, cui cum Abbatia Fulienſis, inſtituti Ciſtercienſis, in Diœceſi Rivenſi, provinciæ Toloſanæ, ſita, in Commendam eſſet collata, animum revocans, cœpit de monaſticâ vitâ amplectenda ſerio cogitare, & ex *Commendatario* factus Abbas regularis, ſuos primum monachos ad veteris diſciplinæ obſervantiam, exemplo ac monitis revocavit, ſecuti mox alij: adeo, ut Henricus III. Galliæ & Poloniæ Rex, increbreſcente Fama commotus, ipſum Barrerium, ad ſe evocaverit, qui Lutetiam veniens cum ſocijs ſexaginta, anno 1587. à Rege ipſo in ſaltu Vicenarum, die xj. menſis Iuly (qui S. Benedicti tranſlationi ſive venerationi ſacer eſt) humaniſſime exceptus eſt. Inde cum ſuis octavo Septembris (qui Dei-paræ Natalis) migravit ad monaſterium ipſis ab eodem Rege extructum in Pariſienſi S. Honorati ſuburbano, haud procul à Cœnobio Capucinorum.

Obijt autem Barrerius Romæ anno Chriſti M.DC. ætatis ſuæ ſexto & quinquageſimo, non ſine opinione ſanctitatis. Multa vir bonus à ſuis paſſus fuit, ut olim Sanctus Benedictus, & Sanctus Robertus Abbas primus Ciſtercienſis, alijque monaſticæ vitæ piarumque familiarum reformatores. Geſtant autem Fulienſes habitum prorſus candidum, nudis incedunt pedibus, ut Capucini & Carmelitæ Diſcalceati, abſtinent ab eſu carnium & piſcium, quod primi Benedictini & Ciſtercienſes quoque fecerunt. In hæc divertiſſe non fuerit alienum, vulgata, ut obſervemus quod ſemper res monaſtica à præclaro initio degenerare conſueverit, ex nimia rerum temporalium felicitate, quoniam rerum affluentiam delitiæ, delicias autem comitatur Dei mandatorum oblivio.

Henricus I. Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ Dux, an.1184. auget dotem Abbatiæ Villarienſis, Ordinis Ciſtercienſis, & poſſeſſiones omnes confirmat, uti legitur apud Aubertum Miræum lib.ij. Diplo. Belg. cap.liij.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dux Lotharingiæ præſentibus & futuris notum facio, quod poſſeſſiones *Villarienſes*, & quæcumque bona eadem Eccleſia ſub poteſtate mea vel in præſenti poſſidet, vel poſtmodum, preſtante Domino, poterit adipiſci, ſub mea protectione ſuſcipio, ſervata Ordinis, quem fratres eiuſdem loci profeſſi ſunt, libertate.

Præſenti itaque privilegio ſtatuo, ut in tota terra mea memorati fratres, & eorum animalia, ſeu quælibet ad uſus eorum pertinentia, nullam in paſcuis aut vijs ceteriſque eiuſmodi beneficijs patiantur moleſtiam, nullo graventur jugo ſervitutis, nulla ſæculari exactione perturbentur, ſed in ea libertate, quam Claræ-Vallenſis ordo habere dignoſcitur, quæcumque illis divino beneficio collata ſunt, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus illibata permaneant; in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis,

Alodium de Villari, ſicut illud poſſident ſæpedicti fratres, uſuaria in ſilvis & paſcuis Bayſenſis alodij, ſeu quidquid ex dono Nivellenſis Eccleſiæ. . . . . . . grangias de *Gemiontrau*, & *Berniſart*, & *Boveria*, cum omnibus pertinentijs illarum, vel quidquid habent in *Cheſſart*, quod ad me vel homines meos jure aliquo ſpectare dignoſcitur.

Grangiam

Grangiam de *Stoyfij*, cum omnibus pertinentijs fuis, quæ de manu mea defcendere, & à priftinis exactionibus nofcitur effe liberrima, Grangias de *Emelemont*, & de *Lompret*, cum pertinentijs earum, Grangiam de *Scotis*, & quidquid in ipfo poffident alodio:

Alodium de *Thorembais*, quod Sigerus & Godefridus fratres, & eorum foror Ermetrudis, fine ulla diminutione eiufdem alodij, in eleemofynam contulerunt.

Alodium quod habent in *Rehorfart*, & in *Ramelies*, & in *Hardorp*, alodium de *Opperbais*, ficut illud poffident liberrime, ex multorum donatione & mea pariter affirmatione.

Actum *Geldoniæ*, anno ab incarnatione Domini millefimo centefimo octogefimo quarto decimo octavo kalendas May. Indictione fecunda, fub teftibus quorum fubfcripta funt nomina.

De Clericis.
Albertus frater meus.
Richo de Tenis.
Arnolphus Notarius Ducis.
Gerardus de Nethen, & Magifter Daniel.
De Nobilibus.
Ægidius de Duras, & Petrus frater eius.
Wilelmus de Birbais.
Godefridus & Walterus frater eius, & Renerus Ruffebolch.
De Familia.
Arnulphus de Bigardis.
Arnulphus de Walehem.
Alardus Rox, Confiliarij Ducis, & alij complures.

Nec prætermittenda Anniverfaria quædam felecta, ex obituario Villarienfi, mihi communicato per Abbatem N. van Stralen, quod in Capitulo & refectorio legi folebat, fed abolitum ob caufas haud fufficientes.

In Ianuario.

25. Commemoratio Adæ Dñæ de Perweys, fiat pitantia de vino & pifcibus.
26. Anniverfarium Domini Jacobi Militis Domini de Walhem, qui dedit Conventui annuatim 2. modios cum dimidio bladi menfuræ Lovanienfi pro pitantia facienda.

In Februario.

1. Anniverfarium Henrici Ducis Brabantiæ apud nos fepulti.
10. Anniverfarium Margaretæ Comitiffæ Flandriæ, quæ dedit conventui annuatim 10. libras Parifienfes pro pitantia: datæ anno 1294. Abbas recepit has pecunias.
14. Anniverfarium Domini Nicolai de Heyda militis, qui dedit &c.
22. Commemoratio Henrici Prepofiti Lovan. à quo manfionem noftram Lovanij accepimus.
26. Anniverfarium parentum Nonni Ioannis de Brania.

In Martio.

25. Commemoratio Henrici Ducis Brabantiæ apud nos fepulti.
30. Commemoratio Nicolai militis de Herda.

In Aprili.

8. Anniverfarium Lamberti militis de Ifca.
11. Anniverfarium Odæ de Halt uxoris Walteri militis, qui nobis contulerunt omnia bona fua; & prædicta Oda quamdiu vixit annuatim 25. modios fru nti.
16. Anniverfarium Arnoldi militis de Wilhain, qui d . Conventui nemus juxta Curtim S. Stephani, quod vendidimus 60. . . . pro pit.
18. Anniverfarium Domini Everardi de Revia.

In Maio.

1. Anniverfarium Ioannis Ducis Brab. fepulti apud Minores Bruxellis.
13. Anniverfarium Dominæ Margaretæ dictæ de Rode de Lovanio.

In Iunio.

1. Anniverfarium Godefridi militis de Ripenftert (*Rixenfart*) qui dedit Conventui decimam de Liemale valet annue 15. mod. bladi, & 15. mod. avenæ menfuræ Waurienfis pro pitantia facienda.
2. Anniverfarium Domicellæ Rixæ de Sombreffe Canonif. Nivell.
9. Anniverfarium Dominæ Clementiæ Filiæ Domini Reyneri militis de Malevia.

In Iulio.

1. Anniverfarium Roberti militis de Brifetefte.
3. Anniverfarium Goffuini militis de Houtain.
6. Anniverfarium Henrici militis de Irchenne (*Archenne*) qui dedit Conventui annuatim 18. mod. frum. pro 2. pitantijs unam hic, alteram in Anniverfario uxoris fuæ.

19. Anniversarium Guisonis militis de Lathem & uxoris suæ.
22. Commemoratio Lamberti militis de Ilca.
25. Anniversarium Henrici militis de Houtain.

In Augusto.

1. Anniversarium Domini Godefridi Præpositi Lovaniensis, qui nobis remisit 400. lib. Lov. in fructibus decimæ de Ligny.
24. Anniversarium Petronellæ Dominæ de Marbais.

In Septembri.

1. Anniversarium Godefridi militis de Ripenstert (*Rixensart*)
15. Anniversarium Dominæ Odæ de Malevia.

In Octobri.

11. Anniversarium Reyneri militis de Malevia.

In Novembri.

6. Anniversarium Dominæ Franciscæ, Dominæ de Ranst, quondam Canonissæ Nivel.
7. Anniversarium Ioannis de Revia, qui dedit conventui multa bona.
10. Commemoratio Domini Gerardi de Wesemal.
16. Anniversarium Dominæ Adæ de Perweis.

In Decembri.

4. Anniversarium Walteri de Namurco, qui dedit Conventui multa bona pro pit.
23. Commemoratio Domini Reyneri de Malevia.
31. Commemoratio Comitis de Zenes fratris Domini R.

CAPUT IX.

De Dominio & Pago Promelles.



Castellum Promelle

HENRI.

HENRICUS Dux Lotharingiæ & Brabantiæ, exiſtens Genapiæ anno M. CC. LV. Nobili Viro conſanguineo ſuo, Domino *Goberto de Perweys* Præpoſito Nivellenſi, hæreditariè contulit commune ſive Waſtinam, jacentem inter villam de Promelles & ſtratam publicam (verba ſunt diplomatis) euntem uſque Genapiam, uti inde faciat ſuam voluntatem; de qua ſcilicet Waſtina ſex denarios ad cenſum apud Genapiam in feſtum Natalis Domini Duci ſolveret annuatim. Diploma exhibet Chriſtophorus Butkens in probationibus ad lib. VIII. Trophæorum Brab. pag. 226.

Prædictus Gobertus filius erat Guilielmi de Lovanio, filij Godefridi III. Ducis Lotharingiæ Comitis Lovanienſis.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, tradit iſta:

Les Prevoſts de Nivelle ſont encor a preſent Seigneurs Fonciers de Promelles, & relevent de la Dame de Nivelle, y commettent Mayeur, Eſchevins & Sergeant, y ont Cens & Rentes, & de tres-belles Terres labourables, & dixieſme denier des lots ou congez de tous heritages qui s'y vendent. Chaque maiſon à Promelle doit une pouille par an au Ducq de Brabant: la hauteur at appartenu au Ducq qui l'at donné en engagere à Philippe de Ghilenghien dit de Promelles.

L'an 1440. Iean de Ghilenghien dit de Promelles relevoit un plain Fief du Prevoſt de Nivelle.

L'an 1469. je trouve auſſi dans les livres Feodaux Iean de Ghilenghien Seigneur de Promelles.

L'an 1554. Damoiſelle Catherine de Tinſoulx, Veve de Iean de Ghilenghien Seigneur de Vieu-genappe, partie de Glabays & de Promelles, avec Philippe ſon fils Seigneur deſdits lieux, renouvella ſon Terrier par Octroy de l'Empereur.

L'an 1587. je trouve Noble homme Philippe de Ghilenghien, Seigneur de Promelles.

Iean Bertholt Comte de Wonsheim au Duché de Nieubourg, & Grand Chancellier du Ducq de ce nom, en eſt Seigneur par l'alliance qu'il a fait avec Ermengarde de Ghilenghien, & y a fait baſtir un tres-beau Chaſteau, ayant laiſſé deux filles, dont l'une at eſpouſé N. Caſſina Baron de Boulers en Flandre, & l'autre le Baron de Walrode, dont la fille at eſpouſé le Comte de la Marck.

Ce Village eſt de la Paroiche de Vieu-genappe, & toute la diſme groſſe & minue, appartient à l'Abbaye d'Afflighem, qui y poſſede plus de mil & trois cent bonniers d'heritage. Vers l'an 1370. Dame Marguerite de Promelles fille de Gillion avoit eſpouſée Meſſire Iean del Houſſiere fils d'Henry.

L'an 1465. Germain de Promelles fils de Iean releva par la mort de ſon Pere trois bonniers de Terre, ſituez à Nobiwez; & Iean fils de Germain vivoit l'an 1475.

L'an 1440. Damoiſelle Iehanne de Froidecourt releva de Madame de Nivelle un plain Fief à Promelle venant de ſa Mere, comprennant dixſept chappons, & dixſept ſolz de rente heritable, & droit de congez.

L'an 1444. le releva du gré de Iean du Bois ſon mary, Ienne du Bois de Bourdial au profit de Iean Seigneur del Noeverue, Chlr. Pere d'Iſabeau. Ex Reg. Feudorum Eccleſiæ Nivellenſis.

Iſtis conſentiunt pro parte, collectanea quædam V. N. idiomate etiam Gallico conſcripta, mihique amicâ manu tranſmiſſa, quæ ita habent.

Les Seigneuries de Promelle, de Vieu-Genappe & de Glabais, ont eſtées dans l'ancienne & Noble Famille de Ghilenghien plus de deux ſiecles; dont la derniere de laditte famille, eſtoit Dame Erimgarde de Ghilenghien, Dame de Promelle, Vieu-Genappe & Glabays, qui eſpouſa Meſſire Jean Bartholt Comte de Wonsheim, Seigneur Allemand, Gentilhomme de la Chambre de ſa Majeſté Imperiale, Conſeiller de ſon Conſeil de guerre, Lieutenant General de ſon Alteſſe le Ducq de Neubourgh, Gouverneur de la Duché & Ville de Juliers & de Duſſeldorp, Chevalier de l'Ordre Militaire de S. Jaeques, lequel a procrée avec laditte Erimgarde ou Ermengarde de Ghilenghien, deux filles, à ſçavoir Dame Marie Madelaine Juliane Montane, & Dame Catharine Charlotte Marguerite; La ſuſdite Dame Magdaleine qui fut l'aiſnée & heritiere de toutes les Seigneuries & biens Feodaux, tant Paternels que Maternels, eſpouſa Meſſire Hugues Jean François Caſſina Baron de Boulers, Pair de Flandre, Seigneur de Scendelbecq, Colonel d'un Regiment de Cavallerie pour le ſervice de Sa Majeſté Catholique, & Eſcuyer de ſon Alteſſe Sereniſſime le Prince Cardinal Infante d'Eſpagne. Dame Catharine Charlotte ſeconde fille, eſpouſa Meſſire Erneſt Comte de Wallenrode ou Walrode, Seigneur Polonois, Gentilhomme de la Chambre de ſon Alteſſe Sereniſſime le Ducq & Electeur de Saxe, & ſon Lieutenant General. Et a preſent leſdites Seigneuries ſont poſſedées par P. G. Comte de Wonsheym, Baron de Boulers, par ſucceſſion de la ſuſditte Dame Marie Magdaleine Iuliane Montane, Comteſſe de Wonſheim, qui fut ſa Mere, & Meſſire Hugues Iean François, Baron de Boulers ſon Pere.

CAPUT X.

De Dominio & Pago Vieu-Genappe.

V*Eteris Genappæ Parochia*, inquit Gramaius; *latè quaquaverſum patet. Portio cenſetur nomine* FRANCISIÆ *& gaudet immunitate non contemnendâ.*

PROMELIA *Præpoſitum Nivellenſem in parte*, GENOPERELIA *Ranſtios olim Dominos agnoſcere ſolet.*

Subſunt

Subſunt Parochiæ Veteris-Genappæ *Promelia*, *Genoperelia* & *Vieumanant*; de Promelia egimus capite præcedenti.

Porrò *Genoperelia* Gallicè *Genpioux* diminutivum eſt Genappæ, cuiuſque cenſetur appendix, diſtinctum tamen Dominium, peculium olim gentilium de *Ranſt*, Dominorum de *Hautain le Val*, ex his, in antiquis Feudorum Codicibus, legitur *Daniel de Ranſt*, cuius fratris erat hereditas.

Cæterùm Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs M. S. de Gallo-Brabantia, habet de Veteri-Genappa ſequentia.

L'an 1559. Philippe de Ghilenghien, Seigneur de Promelles, acquit du Roy a perpetuité la Cour & Seigneurie de Vieu-genappe, avec Mayeur, Cens, Rentes, &c. haute moyenne & baſſe juriſdiction, à tenir en Fief de Brabant, laquelle fut relevée l'an 1590. par Godefroy ſon frere & heretier Droſſard de Raveſteyn, avec chaſſe, peſche & amendes &c.

CAPVT XI.

De Dominio & Pago Glabbais.

GLabbiacum olim attinuit ad gentiles *de Bouſies*, ex parte, & ad Joannem *de Schoonhoven*, & hæredes Godefridi *de Toulifaut*, quem vixiſſe comperio ſub Wenceſlao Duce, interque nobiles eius aulæ recenſitum. Toparchia de *Toulifaut*, juris eſt N. de Heriſſem, Baronis de Waignies.

Unaquæque domus Glabbiaci, tenetur ſingulis annis pro foco, Principi præſtare, gallinas duas, totidemque mitas ſolvere pro communibus paſcuis, quæ ingentia ſunt & herboſa.

Legimuſque in ephemeridibus Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, de Dominijs pigneratis, repigneratis ac venditis, Glabbiaci Pagi Juriſdictionem atque Dominium undecima Auguſti anno 1626. pignori à Principe accepiſſe N. Baronem de Wonsheim, pro mille ducentis florenis; manſit penes hæredes.

Porrò oppigneratio poſtmodum aucta ad 5200. florenorum millia.

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de hoc loco commemorans, ait: Dame Ermingarde de Ghilenghien, vefve de Jean Bertholt, Comte de Wonsheim, à pris par engagere de la communauté partie de ſes bruyeres & communes.

L'Abbaye d'Affleghem y at la Diſme, & confere la Cure. Et je trouve dans les Livres & Regiſtres des Fiefs de la Dame de Nivelle: que *Demiſelle Doreta* (*Dorothée*) fille du Seigneur de Schoonhove, femme de Jean Seigneur de F. . . . . . releva deux plains Fiefs ſituez à Glabbais: qui l'an 1443. furent relevez par moitie, par Emerick Pinnock, & Meſſire Simon ſon frere, reſervé les humiers audit Jean, leſquels l'an 1460. les vendirent à Robert de Thy, pour & au nom de Damoiſelle Marguerite Hincaert ſon eſpouſe.

Laditte Damoiſelle Dorothée avoit encor audit Glabbais un autre plain Fief Seigneurial, ou elle avoit Mayeur & Tenaux, Droit de congez, & divers Cens Seigneuriaux, qu'au meſme an leſdits Pinnock vendirent au predit Robert; & l'an 1501. Philippe de Thy, les releva au nom de Philippe & Eliſe de Thy ſes Niepces.

Cæterùm Gramaius in Genappia pag. 31. *Cum frequenter*, inquit, *in donationibus antiquis occurrat mentio* FRANCORUM HOMINUM, *addo ex archivis Villarij nomen loci* NOVILE FRANCORUM HOMINUM, *in Gallo-brabantia & quidem hoc tractu ſitum*, *ex Diplo. an.* 1223. *ubi bona loci confirmantur.*

Porrò Scriptor ille, in dictionibus nominibuſque ad libitum interpretandis & effarandis ingenioſus, quid hîc velit, fateor me neſcire, nec conjecturâ aſſequi poſſe, ſcimus *Novelletum* ſumi pro vinea ex novellis vitibus conſita, & *Novellare*, novum agrum colere, quid autem ſit Novile Francorum hominum inquirendum utique.

CAPVT XII.

De Dominio & Pago Bouſval.

BVſvallis Parochia, longè lateque extenditur, ſub ea Dominia de *la Baillerie*, *Bourdeau*, *la Motte*, *Wez*, *les Alloux* aliaque de quibus ſingulis memorabitur.

Collatio Curæ paſtoralis, ſpectat alternis vicibus ad Dominos de Bouſval & de la Baillerie; quique cum Paſtore dividunt ex æquo decimas, feſto Dedicationis templi, equi Bailleriencſes jus habent vehendi feretrum Reliquiarum S. Bertholomei loci Patroni.

Gentiles

Gentiles *vander Spout*, à Wallonibus dicti *del Spout & del Spotte*, possederunt olim *Bousval*. Sub Duce Ioanne III. anno 1355. defuncto, floruit Bernardus vander Spout Dominus de Bouseval recensetur que inter nobiles istius ævi lib. 4. Troph. Brab. pag. 461. subque Ducibus Wenceslao & Ioanna; recensentur *Bernardus & Engelbertus vander Spout Domini de Bouseval, Petit Reux, &c. pag.* 539.

In descriptione parvi Rodij, produximus è Codice feudorum Gallo-Brabantiæ Bernardum vander Spout Dominum de *Bouzeval.*

In choro templi, Fani S. Lamberti, quod Dominium post Sombreffios tenuerunt gentiles *vander Spout*, legitur. *Cy gist Meßire Bernard del Spotte Chevalier Seigneur de Bousval qui trespassa l'an* 1435. In medio tumuli visuntur insignia *vander Spout* inque scuti dextero latere leo, quaterna ibidem consanguinearum gentium arma.

Hodie Dominium Pagi Busvallensis spectat ad Ioannem Franciscum Goubau Equitem Topharcham de Beveren-Trieft, connubio junctum N. *Gerardi*, filiæ Maximiliani *Gerardi* & N. *Coxie.*

In Rescriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1552. leguntur ista.

Busvaux dimidia Ecclesia, Rector est Dñs Ioannes Langelle, personaliter deserviens sub onere dimidiæ Ecclesiæ, valet xx. modios siliginis.

Altare S. Nicolai, cuius rector est Dñus Stephanus Tesin, personaliter deserviens, valet iv. modios speltæ.

Altare B. Mariæ, cuius rector est Dñs Augustinus Cocqueau, personaliter deserviens, valet v. modios.

Infra metas.

Altare S. Nicolai in Bordello, cuius Rector est Dñs Guibertus Damiens, personaliter deservit, sub onere unius Missæ in hebdomada, valet vj. modios.

Adhuc infra metas Ecclesiæ prædictæ habetur altare & Capella B. Mariæ Virginis, in manerio de Weys, cuius rector est Dñs Henricus Dasonville, absens deservitur per Dñum Simonem Heule, valet vij. modios siliginis.

Matricularius est Ioannes Iacobi conjugatus.

CAPVT XIII.

De Dominio la Baillerie.

Dominium *la Baillerie* olim attinuit ad Familiam quæ loci nomen induerat, legiturque *Malferius de Baillerie* & *Gerardus del Baillerie*, & anno 1452. *Isabella del Baillerie*: unde transijt ad gentem *Brecht*, & anno 1587. Henricus t'Seraerts Prætor Antverpiensis, contulit Pastoratum de Bousval, jure uxoris suæ N. Brecht Dominæ de la Baillerie.

A Brechtanis, emptionis jure acquisivit *Theodorus le Ieune* circa annum 1610. Condiditque inibi sacellum dote pro duabus Missis hebdomadatim celebrandis constituta, legiturque ante aram, Noble & genereux Seigneur Thiery *le Ieune* Seigneur de la Baillerie, Capitaine d'une Compagnie de Cuirasses, au service de sa Majesté, ayant porté les armes pour la Foy & le Roy, l'espace de trente ans, & esté delivré de plusieurs perils, par l'intercession de nostre Dame de Hallé, en signe de gratitude at fondé cette chapelle à son honneur.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit illius his verbis.

Thiery le Ieune Seigneur de la Baillerie laissa de N. de Maucourt sa premiere femme, Thiery qui fut Doyen de Fleuru & Elysabet, & de N. de Castaigneda se seconde espouse procrea Lovis le Ieune Lieutenant entre les Bendes d'Ordonnance qui espousa N. de fumal, & Ioachim le Ieune Capitaine au service du Roy, qui print pour femme N. de Lescaille, ils portent pour leurs armes argent au lion de gueule à une espée d'argent qui luy perce le gorge.

Elysabet sa Fille porta la terre de la Baillerie pour dote & espousa Alexandre Cupis Capitaine de Cavallerie, de ce mariage sont issuz trois fils, Thiery Seigneur de la Baillerie decedé le 21. Ianuier 1675. Iean & Maximilien mort sans hoirs en la guerre, Thiery avoit espousé Marie Dorothee le Groz, de laquelle il at laissé une belle posterité, qui suit les armes en divers employz au service de la Majeste Catholique.

La Baillerie se releve en plain fief de la terre & Seigneurie d'Assche avec moyenne & basse jurisdiction, & la hauteur at asté acquise vers l'an 1610.

CAPVT XIV.

De Dominio Bourdeaux.

Bourdeaux vel *Bourdeal* utrumque enim legitur, in valle situm ad rivum, qui non procul inde se exonerat in Thyliam flumen, conspiciuntur inibi veteris Castelli rudera, quod dum hæc scribimus instauratur ab I. Michiels Domino de *Bourdeaux* Graphiario Curiæ Feudorum Brabantiæ, à quo accepi illud teneri

in feudum à Domino de *Rumpst*, cum media & infima jurisdictione, supremam autem Brabantiæ Ducis beneficium esse pridemque ab eo emptionis jure acquisitam. Constat cognominis loco jam olim usurpatum, & pristinos Dominos cum præstantissimis familijs conjugio affinitatem contraxisse; floruerunt sub Wenceslao & Ioanna Brabantiæ Ducibus, Bernardus de *Bordeal* & Godefridus de *Bourdeau*. Philippus du Chesne eques Dominus de Rognon fiduciario jure, cum conjuge sua Beatrice de Voort, emit superiore sæculo Dominia de *Bourdeau* & de *la Motte*; & reliquerunt filios duos, Ludovicum & Adolphum, Ludovicus duxit Mariam de Wachtendonck & genuerunt Paulum ingenio debilem & sine prole defunctum: Adolphus Burdigalæ Dominus, secutus cum fratre castra Auriaci Principis & rebellium anno 1572. illorum bona, jussu Ferdinandi Toletani Albæ Ducis, fisco addicta, postmodum præbuere materiam, unde legulei & rabulæ victitarent. *Vide suprà cap.* 12.

CAPVT XV.

De Dominio la Motte.

LA *Motte*, salubri & amœno loco ex adverso Burdigalæ in colle situm, unde fluxit nomen *la Motte*: hæreditas olim Ragnulphi de *la Motte*, nunc jure emptionis Familiæ *Rousseau* feudumque Rumpstæ Domini, perinde ac Burdigala, cum jurisdictione media & infima, supremam autem, ab Hispaniarum Rege, tamquam Lotharingiæ ac Brabantiæ Duce acquisitam scribit Ioannes *Blondeau* in suis Commentarijs de Gallo-Brabantia, nullo anno expresso, aut temporis charactere, inquirendum utique.

CAPVT XVI.

De Dominio VVez.

W*Ez* cum summa jurisdictione & Capella castrali Toparchia, sita inter sylvas ad septentrionalem oram Busvallis parochiæ, per quamdiu possessa à gentilibus de Ghilenghien, nunc peculium Alexandri Iacobi Hoefnagel. Dominorum seriem, transcriptam ex Codice feudorum Bierbecani Baronatus, subjungimus. *Vide suprà cap.* 12.

Extract vanden denombremente vande Heerelijckheyt Weez by Iennap, mette successive Mannen die de selve Heerelijckheyt hebben verheven, respectivelijck getrocken uyt het Leen-register van Bierbeeck, dependerende vanden Leen-hove van Aerschot, ten selven Register aengeteeckent fol. 32.33.34.35.36. *ende* 37.

ITem Ian van Ghillengheen gheheeten van Weez, Man vander Heerlijckheyt van Weez, by Genepen, huyse ende hoeve, bosschen, bempden, winnende lande, ende heyden, met allen sijnen toebehoorten, te wetene een huys ende hoff metter cappellen ende winnende lande daer toe hoorende, ende ontrent liggende, houdende ontrent achthien boinderen.

Item vyft boinderen bempden, viertich boinderen bosch, xliij. capp.

Item ij.ᶜ xcviij.D. viij. vate evenen Nyvelscher maten, vier sisteren corens Waverscher maten, met Meyer, Schepenen, veteren, ende boeyen, ende alderhande aentaste, succeffie van bastaerde, ende alderhande Heerelijckheyt totter leveren toe vanden ghenen die't lyff, ende leet verbeert hebben, de welcken als hy die gevangen heeft, hy als Heer van Weez, schuldich es te leveren binnen der derde daege den Heer van Aerschot ende der naester banck den lande van Aerschot toebehoorende.

Op den 24. September anno 1453. heeft Rennier van Gillenghεen, als naeste oir, ende erffgen. van Ian Gillenghεen sijnen neve verheven de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez.

Op den 28. Iunij anno 1474. heeft Ian van Gillenghεen alias Weez, naer doode van Renniers Gillenghεen sijns Vaders, verheven de voorsz. Heerelijckheyt en goederen van Weez.

Op den 27. Iannuarij 1494. is totte voorsz. Heerelijckheyt ende goederen gecomen Heer Hendrick van Gillenghεen alias Weez.

Op den 4. November anno 1523. heeft Hendrick van Gillenghεen neve des Hendrick getransporteert de voorsz. Heerelijckheyt, ende goederen van Weez tot behoeff vanden voorsz. Hendrick van Gillenghεen.

Op

Op den 20. Iunij anno 1536. sijn totte voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez gecomen by houwelijck voorwaerde, Andries alias Adriaen van Gillengheen ende Iouff. Annen was alias Siere.

Op den 26. October anno 1536. heeft Iouff. Ioanna Collaes weduwe wylen Henrick van Gillengheen uyt cracht van testament ontfangen die tocht inde Heerelijckheyt ende goederen van Weez.

Op den 29. October anno 1571. heeft Ian van Gillengheen naer doode Adriaens van Gillengheen sijns Vaders verheven de Heerelijckheyt, ende goederen van Weez.

Op den 15. October anno 1586. heeft Ian de Meester als Man ende momboir van Barbara Huwelet sijne Huysvrouwe weduwe was van Ian van Gillengheen, te Leene verheven Ians van Gillengheen tot behoeff van Ian van Gillengheen alsdoen oudt sijnde vijf Jaeren Sone des voorsz. Ians, de Heerelijckheyt ende goederen van Weez.

Op den 29. Meert anno 1596. heeft Iohan du Cheisne, Sone wylen Ians, als Man en momboir van Iouff. Francoise van Gillengheen, verheven de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez, naer doode Ian van Gillengheen.

Op den 9. Meert anno 1598. heeft Vincent Pinchaert als Man ende momboir van Anna vander Meeren erfgen. van wylen Ioncker Ian van Gillengheen, verheven de Heerelijckheyt ende goederen van Weez soo verre sy daer in gericht was.

Op den 3. Julij 1598. heeft Iouff. Francoise van Gillengheen, ten over staen van Iohan du Cheisne, haers Mans, getransporteert ten behoefve van Vincent Pinchaert.

Op den 27. November 1600. heeft den voorsz. Vincent Pinchaert soo voor hem als voor sijne Huysvrouwe Iouff. Anna vander Meeren gerenontieert aende voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez, ten behoeve Iouff. Francoise van Gillengheen ende Iohan du Cheisne.

Op den selven dach, maent ende Iaere als boven hebben Iohan du Cheisne, Iouff. Francoise Gillengheen, met Vincent Pinchaert gecommitteert sijnde van Iouff. Anna vander Meeren sijns Huysvrouwe getransporteert de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez, ten behoeve van Sr. Ieroen de Serfontaine, ende Iouff. Anna de Mayre.

Op den 24. Augusti 1607. heeft Iouff. Anna de Mayre weduwe wylen Hr. Ieroen de Serfontaine naer doode de selfs Ieroens te Leene verheven ten behoeve van haer, voor de tocht ende ten behoeve van Ieronimus de Serfontaine Sone Ieroens out ontrent negen Iaeren.

Op den 29. Januarij 1629. hebben Heer Ieronimus de Serfontaine, ende vrouwe Antonette Daxson, getransporteert de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez, ten behoeve van Ioncker Iacques Sanglier.

Op den 18. December 1656. heeft de vrouwe Douagiere van wylen Ioncker Iacques Sanglier naer doode des selfs Iacques Sanglier verheven de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Weez.

Op den 20. Junij 1661. heeft Iouff. Margrita van Gindertaelen Douagiere van Ioncker Iacques Sanglier by donatie inter vivos, die hellicht vande voorsz. goederen, ende Heerelijckheyt van VVeez getransporteert aen Ioncker Alexander Hoeffnagel.

Ende dander hellicht der voorsz. Heerelijckheyt ende goederen heeft verheven Sr. Guilliam Geubels als procuratie hebbende van Iouff. Catarina vanden Bosch sijne wettige Huysvrouwe ende dat naer doode van Ioncker Iacques Sanglier als erfgen. van Iouff. Anna Swets sijne ierste Huysvrouwe ende halve suster was vande voorsz. Iouff. Catharina vanden Bosch.

Op den 26. Julij 1685. heeft Heer Francois Valdillo naer doode Iouff. Catharina vanden Bosch, uyt cracht van procuratie gepasseert binnen Madrid, verheven die hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt, ende goederen van VVeez.

Op den selven dach, maent ende Iaere voorsz. heeft Sr. Ignace Tibant uyt cracht van procuratie hem gegeven by den voorsz. Heer Francois Valdillo, ende Iouff. Maldonado getransporteert die hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van VVeez, ten behoeve van Sr. Maximiliaen Hoyvelde.

Op den selven dach, maent ende Jaere als voor heeft Sr. Maximiliaen Hoyvelde den Jongen naer doode van Maximiliaen Hoyvelde den ouden verheven die hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van VVeez.

Op den 4. Augusti 1685. hebben Srs. Maximiliaen van Hoyvelde met Francois van Hoyvelde getransporteert de voorsz. hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van VVeez, ten behoeve vande Heer Alexander Iacques Hoeffnagel.

Dese Gecollationeert tegens de voorsz. denombremente, ende Mannen van Leene, is mette selve accorderende *Quod attestor*, I. Franc. van Buggenhoudt Greffier. 1691.

Allaudia seu *les Alloax* ad Orientalem pagi plagam cum jurisdictione infima Toparchia, cujus alta justitia spectat ad Dominos Busvallis & Bailleriæ.

Cæterum Gramaius Busvallis Toparchiæ vicinarumque meminit his verbis.

Restant Vallis Bonsia *&* Francorum *itemque* Glabbiacum, *hoc Abbatiæ Affligemensis in sacris Ecclesiæ. illa....*

Hoc plures minoris notæ Domicellos habet; qua Glabbiolum se extendit nuper cedente Rege supremæ compotem jurisdictionis accepit Petrum Boisot Equitem, anno 1558. ab eoque aut saltem heredibus, Philippus Besuts emit anno 1597.

Vallis Bonsia *Spontinos longo tempore habuit Dominos, nisi qua* Bordeala *pars Parochiæ proprios habuit Toparchas, cujus titulum à Rege Philippus* du Chesne *Eques nuper acceperat anno 1550.*

Altera Monfortium aliquando habuit Dominum anno 1513. sed nescio quem nunc habeat.

 CAPUT XVII.

CAPUT XVII.

De Dominio & Pago Houtain le Mont.

HOUTANIUM *porrò, hic loci duplex est*; inquit Gramaius, *montanum & campestre, utrumque qua facta gubernationis præsentatio, & temporalis se extendit iurisdictio à Dominis suis pendens.*

Qui fuerunt ante annos ter centum ex inclyta Ranstiorum *familia.*

Eorumque hæreditas cum ad unicam Ioannam devoluta esset, per eius nuptias ad N. de Zoete & natos inde filios devenit.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribit de Houtain le Mont, sequentia:

Je m'immagine que c'est ce Village qui at donné le nom à l'ancienne famille de Houtain, à cause que jusques aux derniers siecles, elle est demeurée en son patrimoine, en la personne d'Everard de Houtain, & que le Ducq y avoit la hauteur. Soub le Ducq Henry III. vivoient Henry & Wautier, soub Jean III. Gossuin, & soubs la Duchesse Jenne, Willaume & Thiery, qui portoient tous le surnom de Houtain.

L'an 1211. Noble homme Henry Chlr. de Houtain, donna la Disme dudit lieu, au Chapitre de S. Gertrud à Nivelle, en consideration de sa fille qui y estoit Chanoinesse, à condition que si elle venoit a prendre autre estat, qu'elle n'en auroit la jouissance que sa vie durante.

L'an 1370. se trouve aux Reg. de la Dame de Nivelle, Monsieur Gobert de Houtain, Mambour de Dame Marguerite de Promelles.

L'an 1557. Antoine Seigneur de Houtain, Neufville &c.

L'an 1580. Philippe Seigneur de Houtain le Mont. *Ex Reg. de Lothier.*

L'an 1586. Dame Anne de Wyngaerde estoit Doüariere de Houtain, vivoit encor l'an 1610.

Iacques de Glymes Viscomte de Jodoigne & de la Wastine, Seigneur de Boneffe, Colonel d'Infanterie, grand Bailly de Nivelle, & du Wallon-Brabant, espousa Dame Jacqueline de Houtain, Dame de Francquenies, & de ce mariage est issu Charles de Glymes Viscomte & Seigneur desdits lieux, qui en premiere nopces espousa Jenne de Houtain, Dame heretiere de Hollebeke, Houtain, VVyngaerde &c. qui entre autres enfants procréerent VVinand Comte de Glymes, & Jean Charles de Glymes, Seigneur de la VVastine, & de Houtain le Mont, Colonnel de Cavaillerie, & Sergeant Mayor de Bataille au service de Sa Majesté, qui n'ayant laissé aucuns enfants d'Anne Marguerite de Linden, fille du Comte de Rechem, est mort l'an 1675. ayant denommé pour heretier Philippe Comte de Glymes &c. fils du Comte VVinand son frere.

L'an 1240. VVautier de Houtain Chanoine de Nivelle, fonda la Chapelle de S. Jean Evangeliste en l'Eglise de S. Gertrud.

L'an 1440. Thirion de Houtain fils de Iean de Houtain, dit de Stoissy, releva le Fief de Stoissy.

Ie trouve que l'an 1496. Antoine Flameng Seigneur de Houtain, estoit Mayeur de Nivelle, mais peutestre que c'est Houdain, car quelques Seigneurs du nom de Flameng sont qualifiez Seigneurs de Houdain & de Neufville, par Carpentier fol. 557. cependant la Seigneurie de Neufville fait croire qu'il s'abuse.

In Codice Diplomatum Prioratus B. Mariæ in VVavera, extant litteræ Ioannis de Houtaing, de jure Patronatus Ecclesiæ de *Lopaing* &c. anni 1251. Porrò cum bini Pagi sint nominati *Houtain*, & hic nulla addatur distinctio, nescio ad quem referendæ, gnarus tamen teneri ab *Hautain le Mont*, Toparchia *Hazoy* Luponiæ sita.

Extraict du Cheff Registre du quartier Wallon-Brabant, reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant, ou que se trouve soubs la Capitulation de Houthain Amont & Aval, entre-autres folio xxxix. recto & verso ce que s'ensuit:

IEan Charles de Glymes fils de Messire Charles de Glymes, vivant Viscomte de Judogne & de feüe Dame Ieanne de Hautain xxix. Aprilis 1625. par le trespas & suivant le Testament de Dame Anne Marie de Hautain sa Tante soubsescrite.

Messire Jean de Couatesme Seigneur de Landelies, comme Mary de Dame Anne Marie de Haukain sa compaigne xxviij. Martij 1620. par le trepas de Pierre de Hauthain son frere soubsescript.

Pierre de Hauthain xxv. Iunij 1588. par la trespas de feu Philippe de Hautain son Pere soubsescript.

Philippe de Hauthain xix. Augusti xv.c lxvij. par le trespas de feu Anthoine le Flameng dit de Houthain son frere soubsescript.

Anthoine de Flameng ultima Octobris xv.c xlix. par le trespas de feu Maistre Guillaume le Flameng son Pere soubsescript.

Maistre Guillaume le Flameng le premier jour de Septembre l'an xv.c xxv. par le trespas de feu Maistre Anthoine son Pere soubsescript.

Maistre

Maiſtre Anthoine le Flameng le xxviij. jour de May l'an xiiij.^{c} iiij.^{xx} & xiij. par achat fait alencontre de Dame Marie de Berlo, & Meſſire Iehan Triva ſon Mari & mambour.

Dame Marie de Berlo Fille de feu Meſſire Guillaume, avec Meſſire Iehan de Triva Chlr. ſon Mary & mambour le xxviij. jour de May l'an xiiij.^{c} iiij.^{xx} xiij. par le treſpas de feüe Dame Jooſſe de Houtaing ſa Mere.

Guillaume de Pruyſt, Pour & au nom de Damoiſelle Jooſſe de Houthain ſa Compaigne le ij. jour de Novembre l'an xiiij.^{c} lvj. par le treſpas de feu Ernoul de Houthain ſon Pere ſoubseſcript.

Ernoul Hermit de Houthain ſon filz.

Guillaume Hermit de Houthain ſon frere.

Iehan filz Meſſire Guillaume de Hermit. Tient la Terre & Seigneurie de Hauthain le Mont, avec la forteresse giſant aſſez pres de l'Egliſe de Houtain, avec le baſſecourt avec environ lxxj. bonniers de terre ahannable Joindans de tous coſtez aux terres de ceulx de Ranſt, de Reſves, de Valianpont & de Symon Crohin. Item appartienent encores à laditte Seigneurie, environ de vingt bonniers de bois. Appartient encor à Icelle Seigneurie ung moulin. Item encor une braſſine. Item encores ung vivier conten. trois Journaulx. Item appartienent encores à laditte Seigneurie de ſept à viij. bonniers prez Ioindans aux Seigneurs de Reves, de Ranſt & de Loppoing. Appartient encor à laditte Seigneurie ung cens S.aul montant chacun an à viij.^{xx} vielz gros vj. d. ob. vj.^{xx} xvj. chappons les trois parts d'un chappon & huit vaſſeaulx d'avaine. Appartient à laditte Seigneurie encores ung Mayeur & ſept Eſchevins qui ont cognoiſſance Juſques à relivrer en chemiſe, à Monſieur le Duc, ou à ſon Bailly de Brabant. Appartienent encores à laditte Seigneurie pluſieurs hommes de Fieff qui tiengnent certains biens feodaulx de laditte Seigneurie.

CAPVT XVIII.

De Dominio & Pago Houtain le Val.



Castellum Houtain Le Val.

INter filias naturales quas Ioannes III. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux genuit *ex Iſabilla de Vene dicta Ermengardis* Vilvordienſis, fuit Ioanna, à patre donata *Villá de Houthain*, quondam *Goſvini de Houtheyn*, cum omnibus ſuis attinentijs & pertinentijs, & cum omni Dominio alto & baſſo, in juriſdictione, mero & mixto honore & imperio ad eamdem Villam de Houthain pertinentibus prout dictus *Goſvinus* poſſedit, tenuit

 & habuit

& habuit, & præfatus Dux post dictum *Gosvinum*; cum domo & mansione quondam dicti *Gosvini*, stantibus in dicta Villa de Houthain cum eius attinentijs & pertinentijs universis, & cum omnibus dictæ Villæ redditibus & proventibus, sive in pecunia, censibus, caponibus, anseris, gallinis, porcis, cera, pratis, pascuis, silvis, molendinis, trecensibus, sive in quibuscumque rebus seu bonis tam in humido sive in arido consistant, nihil juris actionis, nihil proprietatis in Dominio prædicto, jurisdictione, honore mero & mixto, imperio, domo, mansione, redditibus, proventibus, honoribus, feodalibus, dictæ Villæ de *Houthain* cum omnibus suis attinentijs & pertinentijs prædictis sibi suisque hæredibus & successoribus reservando: hactenus verba diplomatis dati anno M.CCC.XLV. octava Aprilis, quodque integrum exhibetur in Trophæis Brabantinis, in prob. ad lib.4. pag.145. Nupsit præfata Ioanna Costino de Ranst Domino de Canticrode VValteri filio, mansitque Dominium de *Houtain* in Familia de *Ranst* donec stirpe mascula deficiente, hæreditas ad unicam Ioannam devoluta esset, perque eius nuptias ad N. de Zoete & natos inde filios devenit: uti clarè demonstratur ex subjuncto instrumento desumpto ex primario Codice feudorum Gallo-Brabantiæ.

Extraict du Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Houthain Amont & Aval fol.38. ce que s'ensuit:

S.r & Maistre Godefroy Mutsenich Licentié es loiz xxj. Julij 1674. par transport du S.r Herman Schuyl soubsescrit.

S.r Herman Schuyl de VValhorn Escuyer xx. Julij 1674. par retrocession de Messire Pierre Ferdinande Roose soubsescrit.

Messire Pierre Ferdinande Roose Seigneur de Ham, Froidmont, Haultain le Val, Sart Dam Avelines &c. Conseillier du Conseil de Brabant, par decret opere en la Souveraine Cour Feodale de Brabant le xxij. de Juin 1673. & transport du xxij. du mesme mois.

S.r Arnoult Schuyl Seigneur de VValhorn xv. September 1635. par transport de Damoiseau Henry Charles de Zoete soubsescrit.

Henry Charles de Zoete fils du Seigneur de Villers x. December 1616. par donation de la mesme Dame contenue en son Testament, & à condition que ledit Henry Charles doibt estre de la Religion Catholicque Romaine.

Philippe de Haultepenne le Jeusne xv. Juin xvj.c & seize, en vertu de la donation à luy faitte, par le Codicil de Dame Charlotte de Zoete soubsescritte.

Dame Charlotte de Zoete, dict de Haultain le dernier de Septembre 1586. par la mort de Dionys de Zoete son frere soubsescript.

Dionys de Zoete le xij. jour de Septembre xv.c lxj. par le trespas de feu Dionys Zoete son Pere soubsescript.

Dionys Zoete viij. Septembris anno xv.c lvij. par le trespas de Damoiselle Iehanne de Ranst sa Mere soubsescript.

Damoiselle Iehanne de Ranst le xix. jour de Mars l'an xv.c xxv. par le trespas de feu Iehan de Ranst son Pere soubsescript.

Jehan de Ranst le viij. jour de Fevrier l'an xiiij.c iiij.xx & deux, par le trespas de feu Costen de Ranst son frere soubsescript.

Costin de Ranst moindre d'age, avec Lenart du Bois son Mambour le xxvj. jour de Janvier l'an xiiij.c lxxj. par le trespas de feu Guillaume de Ranst son Pere soubsescript.

Guillaume de Ranst le xxvj. jour de Septembre l'an xiiij.c lxj. par le trespas & ens.t le Testament de feu Daniel de Ranst son Pere.

Daniel de Ranst son frere par Renunche.

Iehan de Ranst son frere.

Guillaume de Ranst son fils.

Damoiselle Iehanne de Ranst. Toutte la Terre & Seigneurie de Houthain à Val, avec la justice moyenne & basse, avec le Chasteau, Bassecourt, granges, estableries, avec un moulin a ban. Item appartient à laditte Seignourie une Cambe. Item environ de trois cens vielz gros chacun an. Item environ trois cens quatrevingts deux chappons, quatre muys d'avaine, que les maisurers de laditte Seigneurie doibvent. Item un petit vivier contenant environ un journée. Item de terres ahannables environ cent douze bonniers. Item sept & demy bonniers de Prets. Item vingt & six bonniers de bois. Item appartiennent à laditte Seigneurie un Mayeur, sept Eschevins & un Sergeant, la collation de la Cure, de trois Autelz & del mallerie d'icelle Esglise. Item encore le dixiesme denier de conges des vendaiges, des heritaiges estans dessoubs laditte Seigneurie. Item appartiennent encores à laditte Seigneurie certains hommaiges.

Ioannes Carpentier Parte 3. Histor. Cameracensis pag. 687. producit Olympiam de Hertaing conjugem Guilielmi de Zoete Domini de *Hautaing* Præfecti maris Zelandiæ, Sluzæque Gubernatoris.

CAPUT XX.

CAPUT XIX.

De Dominio & Pago Sart Dame Aveline.

S*Artum Dominæ Avelinæ*, ſic dictum, inquit Gramaius, *ab heroina Houtanienſi, adeoque quantum codices meminerunt ab Houtanij campeſtris Domino poſſeſſum.*

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ſcribit Withemios anno 1370. hoc in Pago Dominatos, & Toparchiæ jura eſſe hæc.

Premierement appartient à la Seigneurie de Sart Dame Aveline, haute moyenne, & baſſe juſtice, l'on y juge ſelon la Loy de Louvain. Elle releve immediatement du Roy comme Ducq de Lothier & de Brabant.

Le Seigneur eſt unique & ſeul Collateur de la Cure & de la Clergie.

Item le Seigneur reçoit annuellement en Cens Seigneuriaux à Noël, cent vingt neuf, deux tiers chappons.

Item ſe paye encore au Seigneur tous les ans deux neppes & deux pouilles.

Item en avoine ſix muyds, quatres vaſſeaux deux tiers & demy.

Item en minues cens d'argent, y compris une rente de quinze ſolz. vj. flo. xiiij. ſols.

Item un chariau de foing, qui ſe paye par le fermier de la haute cenſe de Nœuf-Cour appartenant au Monaſtere de Villers, & ſe livre par ledit fermier à Hautain-le-Val.

Item à le Seigneur droict de chaſſe, & droit de congé par toute ſa juriſdiction.

Item droit de cincq corruwez ſur les inhabitans.

Item le Seigneur a droit de la troiſieſme part de l'offrande au jour de Paſques, Noël, & Pentecoſtes, & au trois jours des Feſtes ſuivantes, comme a le Seigneur de Hautain le Val.

CAPUT XX.

De Dominio, Baronatu & Pago Lanne.

L*Anna* à præterlabente amne nomen ſortita, tres habet fundi ſui Dominos, quibus annuæ ſolvuntur Dominicales præſtationes ſive cenſus non contemnendi, ſcilicet Præpoſito Nivellenſi, Toparchæ Lanneburgi, & Toparchæ Fani Sancti Lamberti: hique jura ſua in feudum accipiunt ab Eccleſia Nivellenſi, videlicet Præpoſitus Nivellenſis, & Toparcha Fani S. Lamberti ab Abbatiſſa Nivellarum Domina, Toparcha Lanneburgi à Præpoſito, à quo etiam pagi Præturam tenet eodem comprehenſam feudo: ex quibus patet præfatam Eccleſiam habere Dominium directum fundi ſeu territorij Lannienſis. De Origine Præturarum Feudalium memoravimus lib. primo in deſcriptione Arkennæ.

Dominorum Lanneburgi ſeriem ab anno 1371. exhibet Butkens in Trophæis Brabantiæ in genealogia Brantiana fol.653. verſo.

Summa Lannienſis pagi juriſdictio, manſit penes Brabantiæ Duces, donec ſæculo ſuperiori, emptionis jure, eam à Principe acquiſivit Ioannes de *Berlaymont* Præpoſitus Nivellenſis tranſmiſitque ad heredes; è quibus Carolus Egmundæ Comes, illam nuperis annis, ſimili modo tranſcripſit Antonio Xavier Toparchæ de Fiſchermont, legionis militum Tribuno.

Cæterum Gramaius hujus loci meminit his verbis: SUCCEDUNT PAGI BAYSIUM *capituli*, LANNA *Præpoſiti Nivellenſis peculium.* FRANESIA *Abbatiæ Affligimenſis peculium: Prius ab Aquirienſi cœnobio Paracum accipiens, alteræ ſupremæ juriſdictionis honore aucta per Ioannem Barlamontium Præpoſitum.*

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatur.

LE PREVOST DE NIVELLE eſt de toute ancienneté Seigneur Foncier dans le Village de Lanne, & y à la collation de la Cure, & la Diſme dudit lieu, en conſideration de la quelle, il eſt obligé de livrer le pain d'Autel, le vin, le luminair de l'Egliſe, & le baſton de la cloche: & en outre de payer ce qui eſt deu à la venerie ou chiens de Boutsfort: Il at auſſy ſa garenne & divers fiefs qui relevent de luy, & autres droits & amendes. Chaſque maiſon ou l'on fait feu, luy paye chaſque année à Noël cincq deniers petit, pour le paſturage.

En l'an 1676. Lanne fut erigé en Baronnie en faveur de Dame Marie Catharine Cools & ſucceſſeurs de feu ſon mary, le Maiſtre de Camp Don Antonio Xavier, qui quelque temps auperavant avoit acquit par achapt du Comte d'Egmont la Hauteur de Lanne, en laquelle Seigneurie il poſſedoit le Chaſteau & cenſe de Fiſchermont.

Pour monſtrer la rarité de l'argent & la vilité du prix des biens qu'il y at eu cy-devant en ce quartiere, je ne peu omettre ce que j'ay trouvé dans le Regiſtre de la Dame de Nivelle, qui eſt que l'an 1534. Iean de Serclaes

claes Seigneur de Tilly arrenta en ce lieu le bois *Lionnet* contenant quinze bonniers pour huit pattars le bonnier à tousiours & sans rachapt.

Carolus Judocus de Buyle VValhovæ Dominus, Florentij & Mariæ Charlé filius possidet hîc loci prædia non exigua veteri prætorio ornata, quod fuisse olim comperio Gentilium *vander Kele*, post Theodori de Buyle, dein Henrici de Buyle & Ioannæ de VVinne.

In Rescriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. leguntur ista.

Lanna dimidia Ecclesia, Rector est D. Antonius Fabri deserviens personaliter sub onere vij. Missarum in quindena valet xxvij. modios speltæ. Bona consistunt in aliqua parte decimarum loci, & in terris arrabilibus.

Altare B. Mariæ Virginis ibidem, Rector est Dñs Ludovicus Ludovici de Marbasio deserviens personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet vj. modios siliginis mensuræ Wavriensis. Clericus est conjugatus.

In Rescriptionibus autem anni 1558. & 59. habetur insuper ibidem, Altare sancti Nicolai, Rector Robertus le Maignier, absens, deservitur per D. Theodorum Kynon (*seu Rynon*) sub onere unius Missæ in quindena, valet duos modios siliginis mensuræ Wavriensis, &c.

CAPUT XXI.

De Dominio & Pago Maransart.

M*aransari* aquibusdam creditum scribi deberi *Maria in Sarto.* Gramaius de hoc loco scribens eique vicino. *Succedit*, inquit, *Cultura S. Germani cum vicis* Sarto Mariano *&* Monte Ferarum *quæ sacrum, quæ temporale ius patet Abbatiæ Aquiriensis peculium.*

Ab omni memoria Abbatissæ Aquirienses non solum mediam & infimam jurisdictionem, sed & summam, solo ictu seu jure gladij excepto, hîc loci habuêre, ex dono ut credo pristinorum Castellanorum Bruxellensium; siquidem etiamnum ab hodiernis tenetur in feudum.

Legimus nihilominus in Codicibus Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, Dominia pagorum de *Maransart* & *La Coulsture* cum summa jurisdictione, fuisse vendita à Philippo IV. Hisp. & Indiarum Rege, Thomæ Lopez de Ulloa, Baroni de Limale, pretio sexcentorum florenorum, decima sexta Junij anno M. D. C. XLVI. Idque in auctione publica in Concilio Finantiarum habita.

Cæterùm subnectere visum diploma Decani Flerucensis, siquidem spectat ad Ecclesiam de *Maransart.* Cujus exemplar ad authographum collatum asservo in meis collectaneis.

Rudolfus Dei Gratia Decanus & quod cum eo est Capitulum Flerucense, Willelmo Abbati & Conventui Monasterij Haffligeniensis, æternam in Domino salutem.

Super oblationibus & decimationibus Ecclesiæ de Malransart, quæ filia est Ecclesiæ de Genapia. Inter vos & Gerelinum Personam Genapiæ, controversia verti cognovimus. Et tam vos quam eundem G. super hac controversia in magistrum Sigerum Archidiaconum Cameracensem, & Gerelinum Canonicum Bruxellensem compromisisse. Ipsi autem arbitrati sunt, quod universæ Decimationis de Malransart, duæ pertes vobis cedere debeant: Tertia vero Gerelino. Oblationis & minutæ decimæ quarta pars primum contingat Sacerdotem, duæ partes vobis cedant, & tertia sæpe dicto Gerelino Personæ.

Nos itaque arbitrium virorum prænominatorum ratum habentes, nostra auctoritate corroborantes, præsentem paginam sigillorum nostrorum appensione dignum duximus communire. Datum Anno Domini M. C. XC. VII.

CAPUT XXII.

De Dominio & Pago Coulture S.t Germain.

C*ultura S. Germani*, ita dicta quia locus isti sancto Sacer, templumque ei dicatum, visiturque inibi Fons S. Germani, jam olim crebris prodigiis celebris, & frequenti peregrinatione undequaque languentium adiri solitus, qui se puerosque in eo abluunt & identidem celestibus beneficijs compensantur.

In hujus Parochiæ ambitu Monasterium Aquiriense de quo mox dicetur.

Sauvagemont, Appendix hujus Parochiæ, Gramaio *Monsferarum.*

Beaumont, quoque Appendix hujus aut Parochiæ de Marensart.

In Rescriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur de Cultura S. Germani.

Georgius

Georgius de Clercy Decanus Christianitatis Concilij Gemblacensis, & Rector Ecclesiæ Parochialis seu quartæ Capellæ de Cultura S. Germani, Leodiensis Diœcesis, absens, deservitur per D. Nicolaum Sacrez, sub onere Dominicis diebus & semel in septimana Miss. Bona consistunt in decimis grossis & minutis & terris arrabilibus. Valet annuatim xvj. modios speltæ, mensuræ Namurcensis. Clericus est solutus.

CAPVT XXIII.

De Origine & Progressu Monasterij Aquiriensis, Ordinis Cisterciensis, in Brabantia Gallica.



Aquiria Ab: Cister. ad Septemtrionem.

PRimam Ordinis Cisterciensis sedem & incunabula, atque omnium ejusdem instituti cœnobiorum caput, descripsimus suprà, cap.VIII. quando egimus de Villariensi asceterio, nunc sese offert *Aquiria*, de quo loco, Aubertus Miræus in Chronico Cisterciensis Ordinis, excuso Coloniæ Agrippinæ anno M. DC. XIV. fol. 191. & seq. ista tradit:

,, Quarto ferè milliari à Bruxella sita est *Aquiriensis* virginum Abbatia. Fuit ea primum fundata anno M. ,, CC. II. in vico *Aquiria* sive *Aviria* nuncupato, secundo milliari ab urbe Leodiensi: Cumque annis ibi quatuor stetisset, bellis inter Antistitem Leodiensem, & Comitem Namurcensem exortis, in Brabantiam tunc ,, pacatam, sese moniales contulerunt, & in vico *Allodiensi* vulgò Aloux primo à Nivella lapide anno M.CC.X. ,, domicilium collocarunt. Sed cum aquarum ibi penuria laboraretur, inde ad locum, quem hodieque obtinent anno M. CC. XVII. commigrarunt, subsuntque in spiritualibus Alnensi Abbati. Hæc ex monumentis ,, ejus loci.

Vixit & obiit in hoc Monasterio sancta Lutgardis, de qua Molanus, in *Natalibus sanctorum Belgij* ad diem decimam sextam Iunij, ex Thoma Cantipratensi & litteris Margaretæ de *Marbais* Abbatissæ, ita scribit.

,, In Brabantia obitus beatæ Lutgardis Virginis, quæ Abbatissa præfuit Monasterio quod Aquiria dicitur, ,, Gallicè *Aywiers*, Ordinis Cisterciensis, duobus milliaribus à Viridis-Vallis Monasterio. Ubi quantum claruerit virtutum splendore, prophetiæ spiritu, & miraculorum donis, cognosci potest ex tribus libris qui de ,, eius vita extant, authore Thoma de Cantiprato Dominicano Lovaniensi, qui virgini familiarissimus fuit.

„ Obijt ipsa anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Non est tamen juxta meritorum suorum, ut „ creditur, exigentiam, Sanctorum Catalogo à Romana sede inscripta, aut ex loco sepulturæ ad decentiorem „ levata. Hæc Molanus.

Fuit quidem Molanus fidissimus scriptor & integerrimus, porrò hic exerravit, asserens, quod memorata Lutgardis *Abbatissa præfuerit monasterio quod Aquiria dicitur.* Quod ante me etiam notavit Miræus loco supra citato, his verbis, *fallitur autem Molanus alijque eum secuti, qui ipsam* (Lutgardem scilicet) *Aquiriæ Abbatissam fuisse existimant, ut ex eius loci monumentis mihi constat.*

Hæc duorum gravium scriptorum discrepantia, diu me suspensum tenuit, utrum illorum sequi vellem, præsertim cum ambo documentis lôci usi sint: Molanus *Thomæ Cantipratensi & litteris Margaretæ de Marbais:* quæ vigesima tertia Aquiriensis Abbatissa fuit, rexitque cœnobium annos tredecim, defuncta anno M.D.XCIII. XI. Febr. Ille coævus scriptor extitit vitæ S. Lutgardis eique familiarissimus fuit, quam Laurentius Surius suis tomis de Vitis Sanctorum inseruit, sed ut præfatur, stylo non nihil aliquot locis elimato. Porrò in illa Surij editione, non legitur quod fuerit Abbatissa Aquiriensis, sed quod Priorissa fuerit monasterij S. Catharinæ Ordinis S. Benedicti, in agro Leodiensi juxta Trudonopolim, ex quo migravit Aquiriam tranquillioris vitæ avida. Nos ut certiores essemus, rem in loco examinavimus, atque manu propria ex cœnobij schedis nobis communicatis, ab Abbatissa Benedicta de la Motte, descripsimus subjunctam Abbatissarum Seriem à cœnobio condito, unde clarè liquet, quod S. Lutgardis, earum numero adscribi non debeat, cum obierit anno M.CC.XLVI.

Series Abbatissarum Aquiriensium.

Maria prima Abbatissa creata anno 1202.
Woaris obijt 1238.
Agnes.
Hawidis 1258.
Beatrix 1263.
Margareta Itterensis 1271.
Lutgardis 1275.
Benedicta.
Maria 1341. 3. Martij.
Extranea 1365. 18. Martij.
M.
Maria del Haye 1371.
Iohanna del Haye 1389.
Iohanna.........1401.
Catharina Halbaizo 1413.
Catharina Alpus 1414.
Catharina Marike 1422.
Margareta Bertenchampt 1437.
Maria du Bray 1437. 13. Junij.
Catharina Camprenoille 1510. 15. Febr.
Iohanna Bernaige 1533.
Maria Marbecque 1593. 11. Febr.
Margareta de Marbais 1593. 11. Febr.
Ludovica de Blaton 1632. 28. Febr.
Iohanna Bourlart.
Lutgardis de Lonchin 1670. 28. Octob.
Iohanna Marsille 1675. 10. Julij.
Benedicta de la Motte quam Deus diu conservet.

Quod attinet ad scriptorem historiæ vitæ S. Lutgardis, scripsit eam uti Molanus tradidit, Thomas Cantipratensis, qui & aliarum, sui sæculi, Sanctarum Virginum vitas edidit. *Christina cognomento Mirabilis*, cujus unum tota vita portentum, *Margareta Iperensis*, *& Mariæ Ogniacensis.* Porrò multa in vita Sanctæ *Christinæ* apocrypha inserta esse videntur, veremur ne in vita S. Lutgardis nonnulla exaggerata forsan possint videri, an rectè judicabunt eruditi, qui illam apud Surium legent.

In loco quo condita creditur, visitur (non tumulus ut Gramaius scribit) sed ara nomini suo dicata, inque ea asservantur, præter sacrum Caput, exigua illa, quæ de corpore supersunt, nec non reliquiæ *Sybillæ de Gages*, S. Lutgardis familiaris, in eodem cœnobio cum opinione sanctitatis defunctæ.

Cæterum, situm est hoc monasterium haud procul à fonte qui Lauam fluvium emittit, ditatum ut inquit Gramaius *nobilium vicinorum aliquot munificentia*: quorum nomina & donationes, in Necrologio Aquiriensi à multis retro sæculis annuè legi solebant, sed vetus illud bonumque institutum, Abbas quidam Alnensis abrogavit, arbitratus lectionem istam supervacuam: factum improvidum & ingratitudinis plenum, quo, benefactorum memoria, æternis inscribenda monimentis, piæque donationes, meliorumque temporum eleëmosynæ, obscurantur, multique à fundandis anniversarijs deterrentur.

Speraveram Necrologium illud manibus contrectare, sed non licuit mihi in illud habere prospectum, aliunde tamen didici quod præcipui hujus cœnobij benefactores fuerint Castellani Bruxellenses, quibus monasterium debet, Jurisdictionem & Dominia, quæ habet in locis sibi vicinis conterminisque *Conlutre & Maransart* quos

quos pagos hodieque ab illis in feudum tenet, viſunturque in cœnobij templo ante aram maximam duo prægrandia ſepulchralia cerulia marmora, inque ijs imagines, habitu priſco effigiatæ, & circumcirca hæc epitaphia antiquis litteris teutonicis exarata.

Chi giſt Meahaus Caſtelaiene de Broucielle / et Dame de Marbais dou. Bruec ki trepaſſat en l'an de grace m.cc.lxxxviij. le nuict ſeiente Biertreimed.

Chi giſt Henris Cheval: Caitelains de Brucelle Sr. de Marbais et de Bruec. ki treſpaſſa en l'an de grace m.cc...... priez por l'aime.

Vide Chriſtophorum Butkens Trophæorum lib.viij. pag.633.

Meminit prædictæ *Machtildis*, Aub. Miræus in Not. Eccl. Belgij cap.cc.iv. aſſerens in monaſterio Cameræ prope Bruxellam, extare diploma, â Machtilde Caſtellana Bruxellenſi, anno 1289. Gallica lingua ſcriptum.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ſcribit: Le Chapitre de Nivelle donna à l'Abbaye d'Aywieres l'an 1244. cent bonniers du Bois de Genappe, pour un muid d'avoine le bonnier, à payer la moitie audit Chapitre & l'autre moitie à.

Cæterum de Beatis Sybilla *de Gages*, Elizabetha Wanſia, Jolenda pœnitente, Hermanno Converſo, quorum corpora Aquiriæ quieſcunt: Vide Arnoldum de Raiſſe in Auctario ad Natales Sanctorum Belgij Ioannis Molani, & in Hierogazophylagio Belgico pag.LX. & ſeq.

CAPVT *XXIV.*

De Dominio & Pago Villers Perwin.

Villare *Parwetanum* ſeu *Parweſium* ſic appellatur, à Perweſijs hujus loci olim Toparchis, ut inſigne pagi ad hæc uſque tempora teſtatur. Pagus eſt amplus & amœnus, in flore Romanduæ ſitus propè *Fleruvacum*: Parochialis Eccleſia D. Martino dicata, ex ſeptem principalioribus plenis Curis Gallo-Brabantiæ una, habuit aliquando Capellanos duos, è quibus, unum nuper dotavit N. *Anceau* pagi Actuarius: Jus patronatus competit Abbati Villarienſi, qui decimas hic habet ſicut & Abbatiſſa Aquirienſis.

In Eccleſia viſuntur ſepulchra & inſignia gentilium *Villers* & *Tenremonde*; in hanc Eccleſiam beneficus fuit N. *Somerius* loci Paſtor & annuum proventum centum & quinquaginta florenorum, moriens, pauperibus pagi legavit. Pluſima Sanctorum Lipſana in eadem Eccleſia venerationi fidelium exponuntur; ſed cum in eadem Eccleſia oſtendatur pars lapidis illius, quem diabolus exhibuit Chriſto, cum diceret; dic ut lapides iſti panes fiant, de reliquis merito dubitamus.

Ad ſolum quod attinet & terræ glebam, fertilis eſt & frumentoſa, calcis etiam beneficio fœcunda, habet ſcaturigines fontium ſeptem, quæ rivulum unum conficiunt; communia paſcua habet quinque ſatis ampla: ſecat agrum via militaris Romana, vulgo *la grande chauſſée.*

Gramaius de hoc loco ſcribens, ait, *Villare parvum (ſic vocat chronicon Villarienſe) aut Parwetanum, nunc eoſdem, niſi fallor, cum Melinio Toparchas habens: ante annos* 200. *Walhainios, qui ſylvâ vicinâ Dominium Villario donarunt anno* 1423. *diplomate Henrici Walhainij Domini de Vaux & Viller.*

Gentiles de *Tenremonde* in hoc pago ab anno 1500. varia ac luculenta prædia poſſederunt, donec Catharina de Tenremonde, Domina de *Sart*, nupta Auguſtino van Velpe, dicto *Everaert*, ea attulit marito, ex quo altera & unica hæres Catharina van Velpe, illa quoque in dotem dedit Michaëli Paulo Villers, Toparchæ de Villers Perwin, filio Gerardi Villers, qui hanc Toparchiam, jure emptionis anno 1618. acquiſivit, ab Alberto Principe de Barbanſon Domino de Melin &c.

Series Dominorum de Villers Perwin ab anno 1200. *hæc eſt.*

Arnoldus Dominus de Walhain & Villers Perwin anno 1200.
Arnoldus Arnoldi filius.
Jacobus Arnoldi ſecundi filius
Arnoldus tertius Jacobi filius.
Otto de Walhain Arnoldi tertij filius, anno 1290.
Henricus de Walhain Ottonis filius duxit Catharinam de Wyneghem anno 1349.
Lancelotus de Walhain Henrici filius, duxit Eliſam de Jupleu 1370.
Henricus de Walhain Lanceloti filius, duxit Joannam de Daules 1428.

Joannes de Walhain Henrici filius, duxit Catharinam Hinckaert anno 1444.
Joannes Dominus Bergarum ad Zomam.
Cornelius de Bergis Eques aurei Velleris, filius Ioannis.
Maria de Bergis filia Cornelii Domina de Villers, Perwin.
Ioannes de Ligne Mariæ filius, Eques Aurei Velleris.
Robertus de Ligne filius Ioannis, Princeps de Barbanson.
Albertus de Ligne filius Roberti, Princeps de Barbanson, qui vendidit hanc Toparchiam uti suprà diximus anno 1618. Eamque accepit Gerardus Villers.
Michaël Paulus Villers Eques, Gerardi filius.
Gerardus Villers Michaëlis Pauli filius, Toparcha du Jardin, duxit Annam Iosinam Claram le Poyvre.
Paulus Franciscus Villers, Gerardi filius, Toparcha de Villers Perwin per fidei commissum sui avi.

Cæterùm pago de Villers Perwin, subest bassum quoddam Dominium seu feudum dictum *du Iardin*, cum insigni prætorio & quindecim bonarijs terræ, iam olim hæreditas familiæ Tenremondæ, unde transijt per nuptias in familiam de Velpe, indeque etiam per nuptias in Vilerianam, ut suprà clarius deductum.

Carpenterius in Historia Cameracensi parte tertia pag. 1058. & sequentibus fusè scribit de cognomine & prosapia *Villers*.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de hoc loco ita habet:

Villers Perwin ou de Perwez, à la distinction de grand nombre d'autres qui portent le nom de Villers; vient des anciens Seigneurs de Perweys, est depuis entrée en celle de Walhain, qui y ont pretendu la hauteur, mais comme Messire Henry de Walhain y eut fait eriger un gibet, icelluy fut abbatu, du temps du Ducq Antoine, comme en fut lors usé de mesme à Linsmeaux & à Glymes: tant estoyent les Ducqs cy-devant soigneux de conserver leurs hauteurs, que leurs successeurs ont presque entierement alienez.

Cette terre appartient a present à une famille qui porte le nom de Villers par achapt qu'en fit le Seigneur Gerard Villers Docteur en Medecine decedè l'an 1634.

Son fils Michel Paul Villers Chlr. Seigneur de Villers Perwyn, Sart, Bomale &c. luy succeda & procrea Gerard Villers Seigneur de Villers Perwyn, Eschevin de la Ville de Bruxelles.

L'an 1662. le 6. Aoust sur le terrain de ce Village Don Gonzales de Cordua defit en bataille rangée le Comte de Mansfeldt & l'Evesque d'Halberstadt, que l'on nomme la bataille de Fleru, pour estre la ville plus voicine.

Eodemque campo, anno 1690. ultima Iunij, infeliciter ab Hollandis fœderatisque contra Francos præliatũ.

CAPUT XXV.

De Dominio & Pago Viller-Ville.

Villaria & *Sarta* aliquot sunt hic loci; (inquit Gramaius in Genappia) *Villariensis Villa* appendix Marbasij *Holerium* sub se habet, liberum & immunem ab omni onere & exactione locum, nisi & eò quod proficiscente in expeditionem oppido Gandensi (ut mirum ita notandum) duos teneatur è suis incolis viros submittere. Dominium nunc est Toparchæ Hesdainiensis: ex relatu incolarum & Toparchæ Tyliacensis. Hactenus Gramaius.

Christophorus Butkens Trophæorum Brabantiæ libro quarto pag. 437. & seq. ait: Ledit Sire de Marbais tenoit encor de nostre Ducq, de la succession de Gerard jadis Sire de Marbais & Chastelain de Bruxelles son Pere, les Terres de Luttel & Viller-Ville, comme l'on void par les Registres Feodals de Brabant.

In ambitu Parochiæ *Viller-Villa* situm quoque est Dominium *Tierne*, comperioque spectasse anno 1490. ad Libertum del Haye Toparcham de *Tierne in Viller le Val*, & *del Vaux* circa Waveram, fuitque à Principe venale expositum anno 1630. quisnam emerit hactenus me latet.

CAPVT XXVI.

De Dominio, Comitatu & Pago Thilly.

Tiliacum, inquit Gramaj us, etiam antiquæ stirpis cognomen, sed dici intermortuæ, Dominium in plura divisum membra, & Walbainius, & Melinius Toparchæ & Nivellensis & Villariensis Abbatiæ sua habent cum juribus peculia.

Potior autem pars cum prætorio & arce ornatissima ante annos amplius 300. penes *Warfuzaas*, stirpem olim totius Hasbaniæ amplissimam & à qua Hembricurtius totius suæ accipit exordium,

Fuit

Fuit *Robertus* porrò de *Warfuze* qui Gerardo Matbasio transcripsit anno 1389. per literas transportus datas 29. Octob. per D. Tyliacensem mihi ostensas.

Ab illo Ioannes de *Limilette*, (nota est hoc tractu familia & locus) & denique *Samson de Lalain* (inclytum & Comitatus titulo illustre apud Hannones nomen est) obtinuit.

Qui Ioanni Serclaes patricia imprimisque nobili apud Bruxellam stirpe edito, Dominium *altum & bassum* tradidit anno 1448. per litteras 25. Iunij datas, mihi communicatas.

Ioannes autem, cum antea nulli obnoxium esset, à Duce id primus beneficiario possidendum titulo accepit, anno 1459.

Qualiter etiamnum possidet *Iacobus Tserclaes* Eques, Cæsari à Consilijs belli, rebus contra Turcam fortiter gestis, & conjuge Comitis Frisiæ filia inclytus, vir & prudentia & humanitate eximius, cuius favore & beneficio pluries me profecisse libens fateor. Hactenus Gramaius. Meminit quoque Tyliaci Aubertus Miræus lib. II. Diplo. Belg. cap. LIII. inquiens, Villario vicinus est vicus *Tilly*, cum arce insigni; cuius loci Comitem primum, Ferdinandus II. Cæsar, Ioannem Serclasium, belli Ducem fortissimum, creavit. Nos porro istis adiungemus Seriem Dominorum desumptam ex primario Codice Feudorum Gallo-Brabantiæ, quale instrumentum optaremus ubique producere posse.

Extraict hors le Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant, reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Thilly fol. xxxvj. recto ce que s'ensuit:

Comte Iean t'Serclaes Seigneur de Tilly le x. de Febvrier 1626. par le trespas de feu Messire Iacques de t'Serclaes son Pere soubsescript.

Iacques t'Serclaes vij. Octobris 1589. la nue proprieté pour la devolution d'icelle, par le trespas de Dame Dorothea *Schixstetin* (Schusted) sa mere feüe compaigne de Martin t'Serclaes son Pere soubsescript.

Martin t'Serclaes vj. Novembris xv.ᶜ xlix. par le trespas de feu Messire Iacques t'Serclaes son Pere soubsescript.

Iacques t'Serclaes le xiij. jour d'Aoust l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ xvij. par le trespas de feu Iehan t'Serclaes son Pere soubsescript.

Iehan t'Serclaes le dernier jour de Febvrier l'an xiiij.ᶜ lxxiij. par le trespas de feu Iehan t'Serclaes son Pere, & ensuivant le relieff fait par feu Iehan Seigneur de Tilly en l'an xiiij.ᶜ xlix.

Iehan Seigneur de Thilly à transporte és mains de Monseigneur le Ducq, sa Maison & Seignourie de Tilly si comme icelle Seigneurie à luy estoit demourée, & à luy appartenoit comme des propres biens alloux, & mondit Seigneur a audit Jehan, ladite maison & Seigneurie, transporté & investi, pour iceulx biens & Seigneurie de lors en avant par ledit Iehan & ses hoirs & successeurs, de mondit Seigneur & ses successeurs Ducz & Duchesses de Brabant, à tousioursmais tenir en Fief. Et ledit Iean releva ainsi sadite maison & Seigneurie de Thilly de mondit Seigneur en Fief, & en fist foy, hommage & serment de loyaulté, ainsi que selon le droit de la Court des Fiefs de Brabant y appartenoit, & mondit Seigneur le receut ainsi en son hommaige saulf en ce ses haulteur & Seigneurie & les droits de chacun, fait le xvj. jour de May l'an mil iiij.ᶜ & xlix. ou furent presents comme hommes de Fief, Philippe vanden Nuwenhove, Iehan de Herisem, Guy Molenpas, Iacques de Soën & plusieurs aultres.

Vide fragmentum Genealogicum familiæ t'Serclaes in Jurisprudentia Heroica, & apud Gramaium in præfectura Campenhoutana pag. 75. & seq.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1552. legitur. Tyllier media Ecclesia cujus Rector est D. Leo Panthenyr Absens, cujusque vices supplet D. Ioannes Gosseau. Valet communibus annis xx. modios siliginis mensuræ Nivellensis.

Altaris B. Mariæ Virginis Rector Nicolaus ..... absens, cujus vices supplet D. Magister Iacobus Symonis sub onere unius Missæ in quindena, valet iiij. modios siliginis, &c.

CAPUT XXVII.

De Dominio & Allodio Thyl.

TILIUM, inquit, Gramaius, (*Vnde flumini nomen, qui cis Wavriam recte Lovanium fertur, inde Mechliniam tortuoso fluxu delatus, apud Rupelmondam multis auctior rivulis intumescens in Scaldim se exonerat.*) *Parwetanorum olim peculium liberum nec ulli beneficiariam clientelam solvens;* quod Godefridus miles Dominus de Perwe Ducis nepos, *Abbatiæ Villariensi donavit anno* 1232. ex literis eius datis in feb.

CAPVT XXVIII.

De Dominio & Pago Tongrines.

I. B. Gramaye, agens in Genappia de *Ligny* seu *Liniaco*, *hoc*, inquit, *Tongrinas Queningasque sibi annexas habens, quomodo se antiquitus habuerit dicere non possem.*

Porrò antiquissima Tongrinæ mentio, hactenus mihi nota, reperitur in diplomate Othonis I. quo possessiones Ecclesiæ Nivellensis confirmat anno 966. vulgato ab Auberto Miræo in Notitia Ecclesiarum Belgij cap. LXII. inque eo inter cætera legitur, quod *Ioannes & uxor sua Hachunda* tradiderint monasterio Nivellensi *Mansum unum in Villa Tongrinas.*

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, Tongrinæ meminit his verbis.

Tongrines at autresfois eu les mesmes Seigneurs que Ligny, & est de sa haulteur. Nec plura de hoc loco scriptor ille, quod equidem miramur.

Verum in Rescriptionibus Curatorum Concilij Gemblacensis pro anno 1552. leguntur ista.

TONGRINES integræ Ecclesiæ Rector est Dñs Petrus Byston personaliter deserviens sub onere quinque missarum in hebdomada valet lx. modios speltæ.

Altaris S. Nicolai. Rector est M. Laurentius de Fontanis, personaliter deserviens, valet v. modios speltæ, sub onere unius Missæ in hebdomada.

Altaris B. Ioannis Evangelistæ. Rector est Dñs Alardus Heuze, personaliter deserviens, valet ix. modios speltæ, sub onere unius Missæ in hebdomada.

Altaris B. Mariæ ibidem; Rector est Dñs Ioannes Jenire, personaliter deserviens sub onere unius Missæ in quindena valet iv. modios speltæ.

Vicariæ de *Ligny* & Capellæ S. Remigij in *Tongernelle*, deservitor Curatus videlicet Dñs Franciscus Rennar valent xl. modios speltæ sub onere trium Missarum in hebdomada.

Altaris B. Mariæ & Barbaræ Rector est Dñs Nicolaus Bourdart, personaliter deserviens, sub onere trium Missarum in quidena valet x. modios speltæ.

Altaris D. Catharinæ & Barbaræ castralis, Rector est absens D. Iohannes de Morthain valet.

Matricularij utriusque Ecclesiæ sunt soluti.

Hæc ex rescriptionibus præfatis, quarum exemplar autenticum habeo in meis collectaneis, desumptum ex Camera rationaria Ecclesiæ Leodiensis, hîcque vulgatum ut eo pateant beneficia Tongrinæ Ecclesiæ, eidemque Parochiæ sub esse Vicariam de Ligny, in rescriptionibus anni 1511. nuncupatum *Liniacum*, & Capellam S. Remigij in Tongernelle: de quibus locis agemus infra distinctis capitibus.

CAPVT XXIX.

De Dominio Tongernelle.

TOngernella, Dominium ditionis Namurcensis, veteri munitoque Castello nobile, quod etsi non sit territorij nostri, tamen occasione viciniæ aliquid hîc dicturi sumus, siquidem ab Ecclesia Tongrinensi de qua capite præcedenti egimus aliquo modo dependet. Uti patuit ex Rescriptionibus Curatorum Concilij Gemblacensis inibi exhibitis, inque ijs, inter cætera Tongrinensis Parochiæ beneficia nuncupantur *Vicaria de Ligny & Capella S. Remigij in Tongernelle.*

Commemorat quoque de hoc Dominio, Ioannes *Blondeau* in suis Commentarijs de Gallo-Brabantia his verbis.

L'an 1346. le Seigneur Godefroid Pinkars, confesse avoir receu de Guillaume Comte de Namur certains deniers qu'il luy avoit mis en depost pour desengager sa terre de Tongernelle, engagée au Seigneur de Daules. *Repertoir des chart: de Namur N.* 61.

Nous Lisons dans Hemricourt Chap. v. que la troisieme Fille du Seigneur de Thynes en Condroz, fut mariée à Mons. Pinchar de Frezin, Seigneur de Tongernelle, dont il n'eut qu'une seule Fille, qui espousa en premieres noces Monsieur Wathi de Seraing, fils du bon Monsieur Eustache de Seraing: elle n'eut point d'enfans de ce premier mary; apres sa mort, elle se remaria à Monsieur Guillaume de Gavre, dit de Herime, Seigneur de Steenkercke, dont elle à eu le plus grand nombre d'enfans des deux sexes, qui se puisse voir dans les familles du Pays de Hainaut.

Ie trouve soub la Ducheſſe Ienne Guillaume de Herimes Seigneur de Freſin & de Tongrenelles. *Butkens* lib. iv. pag. 535.

Au milieu d'une Chapelle en l'Egliſe de Steenkercke pres d'Enghien il y a cet epitaphe.

Cy giſt noble & puiſſant Seigneur Monſeignuer Guillaume de Gavre, Seigneur de Steenkercke & de Tongrenelles, qui treſpaſſa l'an de grace 1447. la nuict de S. Iacques & S. Chriſtofle.

Et cy giſt noble Dame Madame Beatrix du Bos ſa chere compaigne & eſpouſe, qui treſpaſſa l'an de grace 1464. le 10. jour du mois de May.

Ce tombeau eſt magnifiquement eſlevé.

L'an 1572. Monſieur de Cruningen eſtoit Seigneur de Tongrenelle & Waufurſee; & de mon temps cette terre at appartenu, à Huges Comte de Noyelles & de Falaix, Baron de Torſy, dont la mere eſtoit Anne de Cruningen fille de Iean, & de Iacqueline de Bourgongne.

Il la vendit, mais ie ne ſcay à qui.

Pierre Philippe de Chaſteler, Viſcomte de Bavay, Seigneur de Weſpelaer, la poſſede preſentement. Le Roy de France y logea l'an 1672. allant à la conqueſte de la Hollande.

Cette terre eſt ſituée en la Comté de Namur, ioindante de deux coſtez à la Seigneurie de Ligny & Tongrines, ayant Juſtice haulte, moyenne & baſſe: & ſe releve en plain Fief du Chaſteau de Namur.

Le Seigneur y à un Chaſteau entouré d'un foſſé large de 160. pieds avec pont levis, & une Chapelle Caſtrale, une belle baſſecourt, & un moulin à l'eau qui eſt bannal, & des belles terres, prets, bois, cens & rentes.

CAPVT XXX.

De Dominio & Pago Ligny.

IACOBUS de Hemricourt Eques S. Joannis Hieroſolymitani, vitâ functus anno 1403. cœpit anno 1353. ſcribere hiſtoriam ſeu *Speculum nobilitatis Hasbaniæ.* Bruxellis typis excuſum anno 1673. cum antiqua & nova lectione columnatim inque eo huius loci ita meminit cap. 2. pag. 16. *Meſſire Guy de Dave Seigneur de Ligny.* & cap. 3. pag. 18.

Meſſire Guy Seigneur de Ligny epouſa la Dame de Sombreffe, qui eſtoit Dame de Wivelkhoven, auparavant ſeconde femme du bon Seigneur de Sombreffe, qui fut de ſon temps tres riche & fort brave de ſa perſonne, & dont les heritiers ont mal gouverné les grands biens qu'il leur avoit laiſſez; Ceſte Dame eſtoit de fort bonne maiſon fille du Seigneur de Wivelkhoven, & ſœur de Meſſire Florent de Wivelkhoven, qui fut Eveſque de Munſter en wesfalie & en ſuitte d'Utrecht. De ceſte Dame eſt ſorti Meſſire Warnier à preſent Seigneur de Ligny, & marié de puis peu avec la fille de Monſieur Renar de Bergh, Chevalier, dont il n'a point encor d'enfans. *Hæc ibi.*

Chriſtophorus Butkens in Troph. Brab. fol. 641. verſo. aſſerit Godefridum Comitem Viennæ, Grimbergæ Dominum, duxiſſe ſecundis nuptijs Lutgardem Dominam de *Ligny, Fleru, Lets* &c. Præterea Alexander Wilthemius in vita venerabilis Yolandæ, edidit genealogiam hiſtoricam veterum Comitum Viennenſium in Arduenna, inque ea, obijt, inquit, Godefridus anno 1312. uxores duxit, primam Aleidam ab Aldenardâ, mortuam anno 1305. tum Lutgardem de Ligny, Fleruti Dominam, cujus exſtant in archio Luciliburgenſi tabulæ anni 1318. quibus ſe inſcribit Dominam de Ligny ad Flerutum, uxorem Godefridi Comitis Viennenſis & Domini Grimbergæ. Teſtatur autem ſoluta ſibi à Ioanne Bohemiæ Rege duo debita, quæ pater eius Henricus Imperator apud maritum ſuum contraxerat, primum pro 319. libris & ſemuncia argenti fabrefacti: deinde pro argenti ſignati libris mille, ac denique ex triente pro LX. arcubaliſtis, longis pedes duos. Credibile eſt iſta comparaſſe Henricum, cum ad Imperium evectus, militari ceteroque Auguſtali apparatu ſe communivit.

Cæterum Joannes Baptiſta Gramaius in Genappia pagina 30. ſcribens de Dominio *Melin* eique vicino Dominio *Ligny*, ſatis accuratè & benè, ita proſequitur. *Hoc* (ſcilicet Ligny) *Tongrinas, Queningaſque ſibi annexas habens, quomodo ſe antiquitus habuerit, dicere non poſſem, certus Alvarum* Fons, *primum in publicis codicibus reperiri, qui beneficium profeſſus ſit. Cuius poſteri nomen loci induerunt, & quidem longo poſt intervallo, Caroli de* Ligny *hæres Franciſcus de* la Haye *ſucceſſit anno* 1514. *denique dotali titulo cum Franciſca de* la Haye *uxore Ioannes d'Argenteau in ſuam Dominia tranſtulit Familiam anno* 1567. Hæc ibi, citaturque ad marginem *Codex Feudorum Birbacenſium.* Porrò nos illum infrà producemus, veremur tamen inertiâ deſcribentis aut actuarij dici Alvarum *Fons*, cum loco non uno in antiquo M. S. Eccleſiæ Flerucenſis habeatur Alvarus *Alfonſo.* In ephemeridibus Monaſterij Villarienſis legitur ad diem primum Auguſti. *Anniverſarium Domini Godefridi Præpoſiti Lovanienſis qui nobis remiſit* 400. *lib. Lova. in fructibus Decimæ de Ligny.*

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo Brabantia de Liniaco ita fatur.

S. Humbert contemporain de St. Amand & Fondateur de l'Abbaye de Maroilles, ſe trouvant un jour en certain

tain bois ou un Senateur estoit avec ses chiens & chasseurs à la poursuitte d'un cerf, la beste estant reduitte à l'extremité, ne trouvat autre asyle que de se mettre soubs les habits du St. qui estoient par terre, au moyen desquels il fut affranchi de toutte insulte tant des chiens que des Veneurs: le Seigneur voyant ce prodige en fut tellement touché, quil donna sa Terre de Ligny à St. Humbert, situee au rapport de Molanus in *Pago Templutensi*: & quoy que plusieurs Autheurs placent le Comté de Templacens ou Temploux ailleurs, ie me persuade neantmoins que c'est ce lieu, dont ie fais mention, qui n'est esloigné que de deux lieües du Village de Temploux, du quel selon toutte apparance Ligny faisoit une partie: au reste quelqu'un pourroit trouver estrange que l'on attribueroit le nom de Senateur à ce Seigneur de Ligny, mais il faut noter qu'en ce temps les principaux & plus vertueux Seigneurs de ce Pays, aussi bien que tous les autres subjects à l'Empire Romain estoient receux au Senat de Rome, ce qui ne se donnoit qu'a bonnes enseignes & à des personnes qui le meritoient par leur prudence, vaillantise, richesses, & extraction, comme on peut veoir dans Lipsius de Magnit. Rom. lib.4. cap.2. Tels furent Wambert & Anselbert de la Famille de Princes d'Ardenne issue de Pharamont premier Roy de France, & autres dont se faict souvent mention dans nos histoires.

Le Village de Ligny est orné d'un ancien Chasteau, & les Seigneurs du lieu ont plusieurs fiefs qui en relevent.

Au rapport d'Hemricourt Messire Guy Seigneur de Ligny espousa N. Wivelkhoven vefue du Seigneur de Sombreffe, doü sortit vers l'an 1390. Messire Warnier Seigneur de Ligny allié en ce temps à la fille Renard de Bergh Chlr.

L'an 1444. deceda Marie de Ligny Abbesse de Vorst, & voila ce que ie trouve & ay remarqné de cette ancienne famille. Les Registres Feodaux de Birbeke (doü cette terre releve) commencent par Alvarus Fons, que les anciens denombrements appellent Alfonso, les descendans du quel ont prins le nom de Ligny, & l'ont transmit à leur posterité jusques a ce que l'an 1514. Francois de la Haye, succeda à Charles de Ligny & puis l'an 1567. Francoise de la Haye alliée à Iean d'Argenteau la transporta au rapport de Gramay, en la famille de son mary en laquelle elle continue encor.

Je crainds au reste que Gramay ne s'abuse, veu que dans l'Eglise de Bossuyt en un vitre au costé gauche, se trouvent depeintes en leurs armes avec leur bannieres deux personnes avec cet escriteau au pied:

Renard d'Argenteau Seigneur de Ligny, Tongrine, Bossuyt, Madamoiselle Françoise de la Haye espouse dudit Seigneur anno 1547. Quoy quil en soit Carpentier en son Histoire de Cambray dict que ce Renau fut Pere de Conrard Seigneur de Ligny, qui d'Anne de Iuppleu eut Anne d'Argenteau conjoincte avec Anselme d'Ive Seigneur de S. Martin.

Porrò quoad illa quæ opinatur Blondeau ex vita S. Humberti, de antiquissimis Liniaci Dominis; inquisivi quæ de prædicto sancto leguntur in Surio, Molano, Henschenio, & in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, sed nihil certi ex iis erui posse comperi, quo probem designari inibi Toparchiam de qua agimus: apud Molanum legitur quidem *Liniacos*, & apud Henschenium *Villa Liniacas quæ sita est in Pago Hagnon & Templutensi*: sed quid indè inferendum inquirendum utique.

Produximus suprà ex Hemricurtio *Guy de Dave Seigneur de Ligny*, nulla temporis ratione expressa, quæ passim in scriptore illo desideratur: Porrò inter characteres temporis, quibus definiri *Guy* seu *Guidonis* ætas potest, eminet Florentius de *Wevelichoven*, à quibusdam de *Wevelikoven*, & ab Hemricurtio de *Wivelkove* nuncupatus, trigesimus octavus Episcopus Monasteriensis, & quinquagesimus Ultrajectinus. Hardenburgi anno millesimo Trecentesimo nonagesimo tertio, pridie nonas Aprilis defunctus, & Ultrajectum ad Majores delatus, cuius sororem, teste Hemricurtio, in uxorem duxerat præfatus Liniaci Dominus.

Cæterùm in Rescriptionibus Confratrum Curatorum Concilij Gemblacensis pro anno M. D. LVIII. repositis in Camera Rationaria Ecclesiæ Leodiensis, legitur, Vicaria de Ligny subest Ecclesiæ Parochiali de Tongrines, cuius Rector Dñs & Magister Franciscus N. & deservit personaliter, fructus vero sunt LX. modij speltæ.

Item Altaria eiusdem Ecclesiæ de Ligny reguntur & deserviuntur quemadmodum anno præterito.

In Rescriptionibus verò anni M. D. LIX. ita legitur, Vicariæ de Ligny Rector est Magister Franciscus Paschasij, personaliter deserviens, sub onere quinque missarum in hebdomada, valet XL. mod. speltæ.

Altaris B. Mariæ Virginis ibidem, Rector D. Nicolaus Bodart sub onere unius Missæ in hebdomada, valet X. mod. speltæ.

In vetustioribus autem Curatorum rescriptionibus aliisque schedis continuè habetur *Vicaria de Liniaco*. Vide suprà Tongrinas.

Extract vanden denombremente vande Heerelijckheden van Ligny, Tongrines, ende Quemignies, mette successive mannen die de selve Heerelijckheden hebben verheven, getrocken uyt het Leen-register van Heverle, dependerende vanden Leenhove van Aerschot, staende ten selven Leen-register fol. 147. 148. *ende* 149.

OP heden den 14. November, anno xiiij.c ende lxx. heeft Heer Alvaro Fons, Heer tot Lingny als voorgangere van Vrouwe Iohannen van Bossuyt sijn wijf te Leen ontfangen tot eenen volle Leen: inden

ierstēn den Dorpe van Lingny metter Borch aldaer, ende met allen haer toe-behoorten van Heerlijckheden, hoogen ende neere Chijnsen, Renten, Molen, wateren, Bempden, Landen al t'saemen alsoo sy daer gelegen es.

Item den selven Heer Alvaro Fons, heeft noch te Leen ontfangen het Dorp van Tongrines, met allen sijnen toe-behoorten, gelijck dat daer gelegen is, als voor eene volle Leen gelijck als voor.

Item den selven Heer Alvaro Fons, heeft noch tot eenen vollen Leene ontfangen het Dorp van Quemignez, met allen sijn toebehoorten gelijck sy aldaer gelegen is, ende heeft den voorsz. Heer Alvaro Fons inden naeme van sijne voorsz. Huysvrouwe van dese voorsz. dry volle Leenen, hulde ende eedt van trouwen gedaen, Coram Espanault Stadt-houdere Ian vander Borch, ende Ian van Assche als Leen-mannen.

Op den 19. dagh der maent van Meert anno 1483. verheft Heer Charle van Lingny Riddere, naer doode Heere Alvaro van Lingny sijns Vaders de voorsz. Dorpen Appendentien ende Dependentien der selver.

Op den 19. dagh van Augusti anno 1514. verheft Franchois vander Haegen, naer doode van Heer Chaerles van Lingny de voorsz. Dorpen.

Op den 13. Iulij anno 1530. heeft Heer Franchois de la Haye de voorsz. Dorpen Appendentien ende Dependentien der selver, met behoorelijcke verthydenisse tot behoeff van Iouff. Ioanna de la Haye opgedragen.

Op Sinte Marien Maegdeleenen avont anno 1535. verheft Iouff. Franchoyse de la Haye, de voorsz. Dorpen by doode Iouff. Iohanne de la Haye.

Op den 15. May anno 1540. heeft Joncker Henrick de Stradio Aman van Brussele, als man ende momboir van Jouff. Iohannen van Facuwez sijnder huysvrouwe, voortyden weduwe, getrout gehadt hebbende Heeren Franchoisen vander Haegen Heer van Lingny, verheven ende ontfangen die tocht vander hellicht vande voorsz. Dorpen Appendentien ende Dependentien van dyen.

Op den 26. May anno 1558. heeft Michiel de Lacalle, als man van Jouff. Franchoyse de la Haye den eedt vernieuwt over de voorsz. dry Heerelijckheden.

Op den 9. Iunij anno 1567. heeft Daniel Ionaert als procuratie hebbende van Joncker Coenraet d'Argentau Heere van Lingny &c. ontfangen inden naem ende tot behoeff vanden voorsz. d'Argentau uyt cracht van seker houwelijckschen voorwaerde hem gemaeckt by Jouff. Franchoise de la Haye sijne Moedere,met Jouff. Ioanna de Iupple de voorsz. dry Heerelijckheden.

Op den 5. Iunij 1610. heeft Herry Camps als procuratie hebbende van Messire Charle d'Argentau, Chevalier Heere van Lingny, Noirmond, Tongrines &c. verheven, ten behoeve vanden voorsz. Heere de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 25. Iunij 1650. heeft Joncker Lancelot d'Yve dict de Lingny, te Leene verheven als erfgenaem van wylen Messire d'Argentau Riddere de voorsz dry Heerelijckheden.

Op den 23. December 1656. hebben Meester Philips Anthoen de Goffnie, uyt cracht van procuratien hun gegeven by Vrouwe Anne Guillelmine de Nassauwe, Vrouwe doüagiere van Lingny te Leene verheven naer doode van Heer Lancelot d'Yve ten behoeve vande voorsz. Vrouwe de voorsz. dry Heerelijckheden.

Op den 16. September 1657. heeft Florent Arckenteel uyt cracht van Procuratie hem gegeven by de Edele, ende Illustre Vrouwe Mevrouwe Margrite Aldegonde d'Yve, te Leene verheven inden naem der selver Vrouwe de voorsz. Heerlijckheden.

Op den selven dach, maent ende Jaere voorsz. heeft den voorsz. Florent Arckenteel, uyt cracht vande voorsz. Procuratie aen hem gegeven by de voorsz. Edele ende Illustre Vrouwe Margrite Aldegonde d'Yve, huysvrouwe van wylen den Edelen ende Illustren Heere Messire Coenraet d'Argentau, Heere van Granlez &c. mede uyt cracht van eene andere Procuratie hem gegeven by de Nobele ende Illustre Vrouwe Anne Guillelmine de Nassauw doüagiere van wylen den Edelen ende Illustren Heere Messire Lancelot d'Yve getransporteert de voorsz. dry Heerelijckheden, ten behoeve van den Edelen ende Genereusen Heere, Heer Ian Franchois d'Argentau, Grave van Nœuffville, Borghgrave van Loon, Baron van Moumael, Freff, Cipplet, Herck, &c.

Dese gecollationneert tegens den voorsz. denombremente ende mannen van Leene, is mette selve accorderende. *Quod attestor*, Franc. van Buggenhoudt Greffier. 1691.

Prædicta, ex Codice Baronatus de Heverle, quibus addemus ad maiorem lucem, quæ de Liniaci Dominis, amica manu accepimus, fideliter, ut spero, concinnata.

La Terre de Ligny est tres ancienne & une des plus considerables du Wallon-Brabant, elle a eu de tout temps des Seigneurs fort puissants, ils sont bien-faicteurs de l'Abbaye de Villers, a laquelle ils ont donné en aumosne la disme sur toutte la Terre de Ligny, avec une Cense de sept à huict charües de labeur, nommée *Geronvillers* dependante de Ligny, comme il conste par lettres de Donation reposantes és Archives dudit Villers & en celles de Ligny.

Voicy les noms des Seigneurs qui sont de ma cognoissance.

Messire. . . . . Alvaro Chlr. Seigneur de Ligny, Tongrine, Keumignée.

Sa Sepulture, ses Armes & quartiers, gravé sur cuivre, repose en l'Eglise Paroisiale de Ligny.

Les Seigneurs de la Haye à Gouy, ont succedé à la terre de Ligny dudit Messire Alvaro leur Cousin.

Messire François de la Haye Chlr. Seigneur de la Haye à Gouy, de Ligny, Tongrine, Keumignée, espousa Jenne de Faulcué.

Leurs Sepulture, Armes & quartiers se voient fort magnifiquement en l'Eglise dudit Ligny, lesdits conjoincts ont procreé.

Francoise de la Haye, Dame heritiere de la Haye à Gouy, de Ligny, Tongrine, Keumignée, laquelle espousa Renard d'Argenteau Chlr. fils puisné de Messire Renard Seigneur d'Argenteau, & de Marie de Trazegnies.

Le fils aisné dudit Messire Renard surnommé, Jacque Seigneur d'Argenteau, il espousa Engelberte de Iauche de Mastaing. Ces conjoincts ont eu trois enfans, à sçavoir Florent Seigneur d'Argenteau Chlr. allié à Anne de Barbançon.

Jean Seigneur d'Argenteau, apres la mort de son frere Florent allié à Marie de Hamal, ils sont morts tous deux sans hoirs, ayant laissé leur sœure Catherine heritiere d'Argenteau, qui porta la terre du nom à Herman Scheifard de Merode Chlr. Seigneur de Trelon, ainsi finit la branche aisné de cette illustre maison.

Lesdits Renard & Francoise de la Haye conjoincts, ont laissé deux fils, Conrard Seigneur de Ligny & Denys Seigneur de Bossut, le dernier s'est allié à Jenne de Velaine, Dame heritiere dudit Velaine.

Conrard d'Argenteau Chlr. Seigneur de Ligny, Tongrine, Keumignée, la Haye à Gouy, espousa Adriene de Juppleu, Dame heritiere de Noirmont, Blanmont, Amée, de ces conjoincts est issu.

Charles d'Argenteau Chlr. Seigneur de Ligny, Tongrine, Keumignée, Amée; il a vendu les Terres & Seineuries de Noirmont & Blanmont, & il est mort sans enfans, ayant laissé Lancelot d'Yve fils de sa sœur pour son heritier, qui est pareillement mort sans enfans.

La Sepulture dudit Messire Charles est en l'Eglise Paroissiale de Ligny, chargées de ses quartiers.

Conrard d'Argenteau Chlr. Seigneur de Grandléz, Vivier, fils aisné de Messire Jacques d'Argenteau Seigneur de Velaine, Grandléz, Bossuyt; & de Dame Charlotte de Hertaing, Dame heritiere de Peissant, Vivier, Ancre, Vaulx, Baracq, & petit fils dudit Messire Denys d'Argenteau, & de la Dame Jenne de Velaine, devenu Chef de cette Illustre maison, par la morte dudit Messire Charles & son heritier, est aussi mort sans enfans, il est enterré avec ses deux premieres femmes en une cave dans l'Eglise Paroissiale de Grandléz.

Nicolas d'Argenteau Chlr. Seigneur de Velaine, Vaulx, Baracq, frere puisné dudit Conrard a succedé à laditte Terre de Ligny, mais il est mort aussi sans enfans, ayant substitué pour heritiere de tous ses biens.

Marguerritte Claire Therese d'Argenteau, fille unique de Messire Charles Comte d'Argenteau, Seigneur de Peissant, Saliermont, Emry, son frere cadet, presentement Chef de la maison d'Argenteau & de Dame Anthoinette Caroline de Boniers de Sonastre conjoincts, qui at espousé Jean Hubert Comte de Corswaren & de Niele, libre Seigneur & Baron de Longchamp, Seigneur & Dame moderne de Ligny.

CAPVT XXXI.

De Dominio & Pago Melin sive Melet.

DUobus milliaribus Brabantinis à *Genapia*, in confinio agri Namurcensis, qui ad *Caroloregium* vergit, situs est pagus *Melin*: hunc arbitratur Christophorus Butkens in Trophæis Brabantiæ pag. 18. Eundem esse, cujus meminit Imp. Otho primus anno 948. in Diplomate quo confirmat prædia Monasterij Gemblacensis, vulgato ab Auberto Miræo in Diplomatibus Belgicis cap. 17. Complectitur in universum circa 800. bonnaria feracis terræ, ex quibus 80. accensentur Comitatui Namurcensi, cum Toparchia *Biemme*, prout nos docuit loci prætor, nec non quod jus patronatus Ecclesiæ spectet ad Toparcham, decima verò ad plures, portio autem præcipua ad Canonicos S. Albani Namurci, & Walcurienses.

In templo nulla deprehendimus extare pristinorum Dominorum sepulchralia monumenta. Porrò ad latus Evangelij, aræ & maximæ, visitur in vitrea fenestra pincello adumbrata, simulachrum genuflexum, militari sago indutum, inornato gentilitijs insignibus familiæ de *Berghes*, & subter, hæc epigraphe litteris teutonicis exarata. Ceste vairiere fut faite: l'an de grace M. D. XXXI.

In fenestra verò lateris Epistolæ, conspiciuntur insignia & quarteria gentilitia familiæ de *Spanghen*, & subter, hæc inscriptio. *Patere & abstine anno* 1626.


Castellum non eodem ævo, eodemve conditore structum, ædificiorum docet varietas, pars vetustatem loquitur, pars architecturæ huius sæculi, specimen refert, opusque esse gentilium de *Spanghen*, testantur eiusdem familiæ insignia, supra portam secundi introitus muro immixta.

Cæterum, paucis anteactis annis, hunc pagum sæpius insiderunt variarum gentium exercitus, & belli malis ita attritus fuit, ut miseranda hodie eius facies sit: sed cum hîc loci plurimæ calcariæ fornaces instrui solcant, & ad restaurationem abundet materia, facile reviviscet.

Ornatur, eremo dicata sancto *Fiacro* Abbati, amœno horto instructa, unde iucundissimus prospectus.

Meminit hujus loci Gramaius in Gallo-Brabantia, his verbis: *Celeberrima in hoc tractu sunt Dominia* MELINI & LIGNIACI, *utrumque nobilis & latè per Hasbaniam dispersæ cognomentum familiæ, utrumque veteri instructum arce & prætorio, utrumque clientelis & beneficijs potens.*

Illud



Castellum Melet.

pag. 104.

Illud inter dotatores nascentis Villarij Arnoldum, anno 1223. fautores florentis Gemblaci Ioannem; anno 1130. Advocatos Rameiensis & Lerinensis cœnobiorum aliquot. Mortuo autem Francone Melinio, vigere literarum scabinalium oppidi Bruxellensis, Henricus de Woude *Dominium sibi ceperat arrogare; sed mox* Glymæi *prævaluerunt, in quorum stirpe 200. amplius annis hesit.* Hæc scriptor ille, quibus nos addemus ea, quæ deprehendimus in primario Codice Feudorum Brabantiæ Gallicanæ, folio 41. verso & sequentibus.

Extraict hors le Cheff Registre de Wallon-Brabant resposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Melyn fol. xlj. verso & seq. ce que s'ensuit.

Sr. Emanuel Philibert de Spanghen x. Julij 1649. par le trespas du Sr. Philibert de Spanghen soubsescript.

Messire Philibert de Spanghen grand Bailly du Roman Pays, par transport de Damoiselle Catharina van Hal le 19. Marty 1620.

Damoiselle Catharina van Hal vefve de feu le Sr. George Musaert xvij. Janvier 1620. par le trespas de Sire Iean Baptista Musaert son fils soubsescript.

Sire Iean Baptista Musaert Prothonotaire &c. xxvj. Julij 1619. par transport du Sr. Iean Maes Sr. de Mortzele soubsescript.

Sr. Iean Maes Sr. de Mortzele xxj. Junij. xvj.c & dixnœuff par transport du Sr. Prince de Barbançon soubsescript.

Messire Albert Prince de Barbançon & d'Arenberge, xxv. Martij 1619. par le trespas de Messire Robert Prince de Barbançon & d'Arenberge son Pere, & icelluy par la mort de Messire Iean de Ligne son Pere soubsescript.

Messire Iehan de Ligne Conte d'Arenberge xj. Jannuarij xv.c lix. par le trespas de Dame Marie de Bergues sa Mere soubsescripte.

Dame Marie de Bergues ij. Junij anno xv.c & lj. par transport de Messire Cornille de Bergues son frere soubsescript.

Cornille de Bergues le xvij. jour de Septembre l'an xv.c xxiij. par le trespas de feu Lenaerd de Bergues son frere.

Lenaerd de Bergues Sr. de Sevenberge le xxiiij. jour de Mars l'an xv.c xxj. par le trespas de feu Messire Maximilian son frere.

Maximilian de Bergues Sr. de Zevenberge le xxij. de Decembre l'an xv.c & ix. par le trespas de feu Messire Cornille son Pere.

Messire Cornille de Berghues Seigneur de Zevenberghe &c. Chlr. de l'ordre le iij. jour de Novembre l'an xv.c & ung par transport de Messire Iehan Seigneur de Bergues, aussi Chlr. de l'ordre son frere soubsescript.

Messire Iehan de Glymes Chlr. le ix. jour de May l'an xiiij.c lxxij. par transport de Messire Iehan de Glymes Chlr. Seigneur de Bergues sur le Zoom son Pere.

Messire Iehan Seigneur de Bergues sur le Zoom, & de Glymes, Chlr. le xij. jour de Mars l'an xiiij.c lxix. par le trespas de feu Messire Antboine de Glymes son frere.

Anthoine de Glymes le ix. jour de Mars l'an xiiij.c xl. par transport de Iehan de Glymes Sr. de Bergues sur le Zoom son frere.

Iehan de Glymes Seigneur de Bergues sur le Zoom le xxiij. jour de Novembre l'an xiiij.c xl. par le trespas de feu Henry de Glymes son frere.

Henry de Glymes son fils.

Messire Iehan de Glymes.

Henry de Woude.

Dame Iehanne de Wittham femme fu à Messire Francke soubsescript, par vertu des lettres Eschevinables de Brucelles.

Messire Francke de Melin son frere.

Iehan de Melyn fils Messire Iehan de Melyn. Tient la Ville, le Chasteal, terre & Seigneurie de Melyn avecq les justices haulte moyenne, & basse, contenant laditte fortresse avec les fossez & basse court parmy les eauwes environ de bonnier & demy. Item joinct à la tenure de laditte fortresse ung courtil de bonnier & demy. Item appartiennent à laditte Seigneurie environ de soixante deux bonniers de terre labourable toutes tenantes ensemble, joindant d'un costé vers Weure à laditte fortresse, & d'aultre costé vers Eschorthevel, tiercement à la terre de Vilez le Prewin. Appartient encores à laditte Seigneurie quatre journaulx de prez joindant au chemin de laditte Ville vers Eschorthevel & au costé vers Weure au Pret de Brevene. Appartiennent encores à laditte Seigneurie les Prez nommez les Bruaulx contenans environ de cincq bonniers joindant aux bois de Bruaulx & aux Pasturaiges de Biemme. Item encores ung Pré appellé l'eau-spume contenant trois & demy bonniers joindant au lez vers Weure au battich de Wayal. Item ung aultre Pré nommé le Pré de la Faucquenerie contenant deux bonniers. Item ung aultre Pré appellé Lesquenwez avec le Pré du Moulin contenant environ de quatre bonniers. Appartiennent encor à laditte Seigneurie environ de six bonniers de boix nom-

mez les bois de Bruaulx joindant au costé vers Vize au bois de Cessart & vers Weure au dessusditz Prez de Bruaulx. Item appartinnent à laditte Seigneurie en cens Seigneuriaux trentecincq muyds d'avaine mesure de Nyvelle. Deux cent & vingt chappons, cent & soixante Vielz gros & deux royaulx d'or. Et appartient encores à laditte Seigneurie deux Tavernes l'une à millegnoul, & l'autre à Melin.

Hæc, ex præcitato Codice Feudorum: qui antiquiores hujus loci Toparchas non commemorat. Porrò nos manibus contrectavimus in archivo monasterij Affligemiensis, diploma cujus initium tale. *Ioannes de Houtain Dominus de Meling & Berta eius uxor &c. anno* M.CC.LI.

Cæterum, cum supra sit facta mentio in serie Dominorum de Melet, Ioannis Maes Domini de Mortzel, non abs re erit, his addere epitaphium quod legitur Antverpiæ in templo S. Georgij, monumento marmoreo incisum, siquidem de illo memorat & Toparchia Mortzel.

D. O. M.

Monumentum D. Guilielmi Maes, Domini de Sevenberghen, Ranst & Milleghem, qui obijt xij. Novemb. M.D.C.XVI.

Eiusque conjugis D. Margaretæ de Nieuwenhuysen, quæ obijt X. *Octob.* M.D.C.X.

Gramaius in Genappia meminit quoque Gosceliæ asseritque à Lætiensi Abbatia Pastorem accipere, & prosequens: *Goscelia*, inquit, municipium controversi quidem juris cum Namurcensi Regulo, interim Ducis, ut reperio, nostri beneficium & quidem antiquitus à stirpe Marbasia possessum invenio, unde mortua nimirum Maria Leonij filia, Godefridus *de la Tour* cœpit possidere, sed mox cedere Petro de *Boussies* cognomento *Vertaing* ante annum 1442. ex quo tempore hæsit Dominium pænes Vertaniæ Toparchas, & denique ad Rubepratenses devenit, & nominatim Joannem anno 1543. quo Joannes filius eius professus est beneficium, & perseverat in posteris, nisi quod nuper dotali titulo Dominus de *Noyelle* ex nobilitate Arthesiana Dominus de Bourse, eo cæpit gaudere. De municipio cætera inquire in Namurcæsibus; hic tantum *Libertiniacum* Dominium aut beneficium hujus semper fuisse, Nosocomio instructum.

Libertiniacum, est *Liberchies* de quo pago egimus supra, cujus Dominium feudalitio jure possidetur ab arce Goscelienfi. Christophorus Butkens Trophæorum Brabantiæ lib. II. cap. IX. producit ex historia Ecclesiæ Laudunensis, ab Hermanno Monacho ante quingentos annos conscripta, *Raoul Sire de Sart & Goselies fondateur de l'Eglise de S. Michiel en Sart, de qui les Seigneurs de Marbais, Fontaines, Chastellin, Bierbais, Hauterive, Leefdaele, & autres en grand nombre sont descendus*, ut ille opinatur.

Idem Butkens lib. IV. pag. 437. demonstrat ex repertorio tabularum Diplomatumque Ducatus Brabantiæ, quidnam Gosseliæ Dominus teneat in feudum à Brabantiæ Duce, idque his verbis:

Iean Sire de Marbais par ses lettres donnécs le XVIj. *du mois de Ianvier de l'an* M. CCC. XLIX. *recognoit & declare qu'il*

qu'il tient en fief du Duc le Chasteau de Goselies entierement avec ses fosses & quarante pieds plus avant, & les neuf parties de ladite terre, de laquelle les sept parties restantes sont mouvantes du Comte de Namur.

Porro, cum Gramajus dicat inquirendum quoque de Goscelia in Namurcæsibus, audiamus illum inibi differentem sectione septima Præfecturæ Floridi Ruris, de Comitatu Goscelinienfi & urbe.

Hæc urbs, inquit, inter Namurcensis Comitatus urbes recensita pro parte dumtaxat una in Namurcesio sita est. Vallo cincta & arce instructa tempore Henrici Luceburgensis Comitis, ut puto. Nundinas habet, & fora hebdomadaria. Capellam Castrensem dotavit & struxit Guilielmus Comes, anno 1393. De Dominis dixi in Genappia Brabantiæ. Qui Comitis dignitate ornati probantur, cùm Radulphus Comes vixit qui Ecclesiam, quæ nunc Parochialis in oppido est, extruxit, ad usum Monachorum anno 1100. Petronilla autem vidua ejus Comitissa de *Rochi*, mutato consilio Castrum *Sarti* demolita anno 1129. Ibi alteram extruxit Ecclesiam, *Sarlemoine* in quam Monachos transtulit assentiente filio suo Ebalo de Gocelies, ipsaque Monasticam juxta templum professa ibidem cum pluribus Goceliæ Dominis sepulta est.

Theodoricus autem de Birbais anno 1120. Locum hunc immunitate donavit. Albero Episcopus ratam habuit Prioratus hujus Sarti Monachorum fundationem, ejusdemque donationem Lætiensi cœnobio factam anno 1195.

Præter hunc est ejusdem Ordinis D. Benedicti Prioratus Lobio subjectus Hagæ nomine, de quo in Hannonia. *Hæc ibi.*

CAPUT XL.

De Liberis Toparchiis Gallo-Brabantiæ, vicinarumque ditionum.

Quoniam toto hoc opere, interdum occurrunt aliqua Dominia libera, patrio sermone nuncupata *Terres franches*. Arbitrati sumus non abs re fore, dare eorumdem elenchum, idque ex diplomate, nomine Principis vulgato, hujusque & vicinarum Regionum, liberarum terrarum nomina & onera exprimente.

Comme son Excellence a trouvé convenir pour soulager les terres franches des logemens effectifs de sa Compagnie des Gardes de Cuyrassiers de faire une nouvelle repartition des rations, que lesdites Terres auront à furnir respectivement chasque mois és mains du Fourrier de ladite Compaignie en cette Ville de Bruxelles, selon que sera declaré cy-dessoubs. A sçavoir ceux de Gosselies & Ranfart dix-sept rations, par jour, à raison de treize sols chasque ration, ceux de Souvré quatre semblables rations, ceux de Chapelle Arlemont aussi quatre semblables rations, ceux de Resves six semblables rations, ceux de Buset trois semblables rations, ceux de Luth deux semblables rations, ceux de Hollé une semblable ration, ceux de Hantes deux semblables rations, ceux de Virginal une semblable ration & demye, ceux du Fief de Rognon une semblable ration, ceux de Lumay, Getrud onze semblables rations, ceux du Mont S. Andrieu quatre semblables rations, ceux de Lonchamps, Crocu trois semblables rations, ceux de Hampteau une semblable ration & demye, ceux de Longé, Sauvenair quatre semblables rations, ceux de Maude, Plouvy nœuf semblables rations, ceux de Grametz, Fromont & le Breucq trois semblables rations, ceux d'Ogimont quatre semblables rations, ceux de Pipaix & Guisignies nœuf semblables rations, ceux de Lignet une semblable ration, ceux de Melle & Erquesies quatre semblables rations, ceux de Roncourt & Verue deux semblables rations, ceux de la franche Cense à Renaix une demye ration, ceux de Haulterive à Pottes & Seigneurieul trois semblables rations, ceux de Herines deux semblables rations, ceux de Ribauplancq & la franche Taverne à Estiembourg une semblable ration & demye, ceux de Neder-brakel & Sarlinghen vingt & quatre semblables rations, ceux de Steenhuyse sept semblables rations, ceux de Lembeke huict semblables rations, ceux de Burcht lez Vilvorde une demye ration, ceux de Rutten douze semblables rations, ceux de Nederem quatre semblables rations, ceux de Peeff deux semblables rations, ceux de Fouloigne quatre semblables rations, ceux de Hoppertinghen trois semblables rations, ceux de Moupertinghen trois semblables rations, ceux de S. Amand & Opdorp treize semblables rations & demye, ceux de Traisignies & la Tour d'Hermont quatre semblables rations, ceux d'Estrun, Cauchy, Rolly, & Feron onze semblables rations. Ordonnant son Excellence au nom de sa Majesté aux Afforrains, defructuateurs tenans Moulins, Bois, Dismes, Prairies, ou Terres labourables esdits Villages, ou Franchises de contribuer au present logement à rate & proportion du contingent desdites Terres, Prairies, Bois, Moulins ou Dismes qu'ils y tiennent, labourent, on occupent. Si authorise sadite Excellence audit nom de sa Majesté les Baillys, Mayeurs & Eschevins desdits Villages & Franchises de contraindre par voye d'execution reelle les defaillans desdits Afforrains defructuateurs, & autres au payement de leur quote. Fait à Bruxelles le 24. de Mars, l'An mil six cent soixante & cinq. Estoit soubscrit *El Marques de Castel-Rodrigo.* Plus-bas *Par Ordonnance de son Excellence*, signé *Verreyken.*

LIBER III.

LIBER III.

Continet Præfecturam Montis S. Wiberti.

CAPVT I.

De Dominio & Pago Montis S. VViberti.



NSELMO Abbate & Chronographo Gemblacensi procurante, in Monte S. Guiberti Basilica ædificatur, locus ille privilegijs donatur à Godefrido Barbato Brabantiæ Duce anno M. C. XXIII. Diplomatis verba hæc sunt:

GODEFRIDUS gratia Dei Comes Lovaniensis, Dux Lotharienfis, omnibus veritatis „ amicis. Sit notum vobis, quia diebus meis & Anselmi Gemblacensis Abbatis, juxta Vil- „ lam quæ *Belrius* dicitur, erat locus, qui nunc Mons S. Guiberti cognominatur. Mons qui- „ dem incultus, sed munitioni aptus, prædium Gemblacensis Ecclesiæ erat, & Ecclesia quæ in eo fuerat, iam „ multo tempore destructa erat. Abbas & Monachi timentes, ne injustus pervasor locum invaderet, & mu- „ nitione ædificata, vicinos & maximè familiam Ecclesiæ affligeret; habito mecum consilio, feria quarta „ Paschæ, feretrum S. Guiberti cum reliquijs illuc deportaverunt, & Deo cooperante, & per B. Guibertum „ infirmis multam sanitatum gratiam largiente, Ecclesiam, ut cernitur hodie, ædificaverunt, multo sumptu „ & labore. Cumque multi illuc convenirent, & ad habitandum sibi domos construerent, iterum habito con- „ silio cum supradicto Abbate & familia Ecclesiæ, decrevi ut locus ille cum oppido Gemblacensi jus legale & „ consuetudinarium in omnibus haberet. Quamvis autem ego, sicut & antecessores mei, per manum Impe- „ ratoris sim constitutus Advocatus Gemblacensis Cœnobij, tamen ut omnimodò esset rata mea constitutio, „ adhibita est etiam Leodicensis Episcopi confirmatio. Actum anno millesimo centesimo vigesimo tertio, in- „ dictione prima, epacta vigesima secunda; Domino Alberone primo hujus nominis Leodicensium Episcopo. „ *Ex Not. Eccl. Belgij cap.* 134.

De ædificatione hujus Ecclesiæ, videndus quoque præfatus Anselmus Gemblacensis ad annum 1123. qui asserit ad festivitatem istam confluxisse ad duodecim millia hominum, ex quorum *oblationibus insignis constructa Ecclesia*, inquit Molanus in Vita S. Guiberti, aliàs, Wiberti.

Gramaius scribens de Monte S. Wiberti, prodit sequentia.

Mons prope villam Pelerius, à Beato Guiberto nomen servat, ex eo quod Divi illius corpus ad preces Ducis eo allatum pluribus claruerit miraculis.

Cæterum Dux montem cum appendicijs suis Gemblaco adiunxit anno 1116. eius lege privilegioque deinceps gavisurum. Ioannes autem Dux totius loci Dominium Abbatiæ transcripsit anno 1307. *Ex Diplomatibus Godefridi & Ioannis Ducum per D. Gemblacensem mihi transmissis.*

Ubi nunc templum est, vetus Ducum curia fuit & spectantur hodieque in vicino Palatiorum rudera manifesto indicio loci olim celebratissimi. *Hæc ibi.*

Nullum mihi dubium est, quin etiam locus hic spectarit ad patrimonium & aulam Comitum Lovaniensium inibique habuerint prætorium, siquidem ad nostra usque tempora tenuerunt in Monte S. Wiberti Allodialem Curiam, quam anno 1630. Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex venalem exposuit, porrò quis eam emerit me latet.

Cæterum legimus apud Divæum rerum Brabanticarum libro x. pag. 101. Balduinum Hannoniæ Comitem Gemblacum cum Monte S. Wiberti incendisse. anno 1186.

Denique comperio inter fundatores sacellorum templi Villariensis, *Mariam de Monte S. Wiberti.* Et inter nobiles qui anno 1372. interfuerunt Comitijs Cortebergensibus, Franconem de Halen Lilloæ Dominum, & Montis S. Wiberti.

Quod attinet à Decimam Montis S. Wiberti certum est ad eamdem spectare Ecclesiam, uti testatur Anselmus suprà citatus, de hoc loco commemorans his verbis: *Olim quippe Ecclesiola lignea in eo fuerat, habens privilegij sui dignitatem, scilicet baptisterium, sepulturam & decimam.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur.

Mons S. Wiberti, quarta Capella est. Rector Dñs Walterus Monchin, absens, & deservitur per D. Henricum dictum le Grand Iean. Valet xxij. modios speltæ in portione Domini Abbatis Gemblacensis.

Altaris Ioannis Bapt. ibidem, Rector est Dñs Iohannes Kynon deserviens personaliter. Valet tres modios speltæ.

Altaris S. Nicolai ibidem, Rector est N. deservit personaliter cum Coadjutore valet iv. modios speltæ.

Altaris Sanctissimarum Crucis & Trinitatis in Hospitali, Rector est Dñs Domicianus de Mez deservit personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet vij. modios speltæ. Clericus est solutus.

CAPVT II.

De Dominio, & Municipio VVavera.

WAvera, *inquit Gramajus* (sic enim scriptum olim) celeberrimum totius Brabantiæ Gallicantis municipium, de cujus nomine libenter aliquid definientes audirem, cum alibi ejusdem nomenclaturæ, pagos sit invenire: qui cum à Deipara aut diva Catherina cognomentum ad distinctionem assumant, hanc invenio ? Monachorum VVaveram subinde nuncupatam.

Jure oppidi donata jam inde à Godefridi Vironij ævo, sed munificentia Principum Joannis Ducis, Philippi Regis Castiliæ, & Caroli V. Cæsaris ita nobilitata, ut quoad privilegia nobilissimis Brabantorum urbibus vix sit cessura.

Nundinas liberas annuatim habet postridie Mathæi & Assumptionis hebdomadatim diebus Mercurij & Sabbathi.

Prætorem habet & Senatum proprium; habere solet tribus suas patricias, regiones municipij nunc tres, nunc quatuor, nunc plures.

Castro ornari solet diruto nuper per Marchionem Berghensem, credo, ut vicinum ornaret Valhainium.

Vias lapidibus stratas habet plures, pontes flumini superinjectos aliquot.

Domuum ante annos 100. id est bello Geldrico intelligo fuisse ultra duo millia.

Sensit autem pluries Martem fatalem illum regnorum urbiumque carnificem incendio fœdè vastata. Nominatim bello Geldrico.

Denique ferro flammaque vastata à Gallis anno 1542. spoliata sub initia harum turbarum iterum iterumque anno. 1578. anno. 1586. anno 1594. & ultimò anno. 1604. à milite qui dilatæ stipendiorum solutionis causa secesserat.

Ecclesiam de VVavera Godefridus Dux Abbatiæ Affligimiensi donavit. anno. 1138.

Ubi intelligo Sacellanos aliquando undecim eodem tempore habitantes rem divinam peregisse, & audio hodieque aliquot hominum millia interesse.

Præter Parochialem autem authoritate Iulij Papæ Prioratui incorporatam & Archiepiscopatui Mechliniensi, jam secundo flammis omnino deformatam, sunt VVaveræ ægrorum & pauperum receptacula plura.

Inter alia unum excipiendis hospitio Sacerdotibus iter facientibus deputatum cum Sacello Castrali à Spontinis, ut audio, dotatum.

Hactenus Gramaius, quem equidem miramur prætermisisse, quod Thylia amnis Waveram medius interfluat.

Porrò Scriptor ille opus suum anno 1606. excudi curavit, longeque post Carmelitani ac Franciscani Minoritæ Waveram advenerunt, ædificatisque splendidissimis Cœnobijs, hortis fontibusque amœnis, locum angustiorem fecerunt, quibus tamen pro sancto & frugali vitæ instituto utuntur magis, quam fruuntur.

Cæterum convenit præclari hujus Dominatus procerum seriem dare, quoad possint ex fide dignis documentis cognosci: scimus enim antiquissimis temporibus, loci hujus Dominium spectasse semper ad patrimonium & aulam pristinorum Lovaniensium Comitum, quandoque ab eorum filijs possessum; exemplo nobis sunt: *Sigerus de Wavria & Godefridus frater eius cognomento Synagogus & Henricus de Wavria*, QUI *reposuerunt in manum Ducis Godefridi eorum patris, ut quidquid Ecclesia Wavriensis tenebit de feudo vel de alia qualibet terra ipsorum, hoc liberè & legaliter in æternum possideret. anno* 1136. Ex Reg. Wavriensi pag. 5.

Legimusque ibidem, *Ego Godefridus Dux postea veniens ante altare sanctæ Mariæ in Wavera, cum filio meo Henrico, assentientibus Sigero de Wavera, Sigero de Liemale & Gozuino de Wavera cum suis fratribus &c. anno* 1173.

Præterea in eodem Codice pag. 24. *Litteræ Roberti Abbatis & Conventus Affligemensis quibus concedunt Nobili viro Sigero de Wavera communionem suarum orationum & sepulturam in Ecclesia Beatæ Mariæ in Wavria.* SINE DATA. Sed Robertus ille fuit nonus Abbas Affligemiensis obiitque xiij. Kal. Aprilis M. CC. XXIV. de quo legitur in veteri. M. S. prædicti Cœnobij, *fabricavit refectorium nostrum.* Grande illud & stupendum opus aliquando sum admiratus. Ad annum 1291. comperio *Ioannem Equitem Dominum de Wavre cum Aleide conjuge*, uti patet ex instrumento subjuncto, quod hodieque integrum asservatur in archivo Domus de Berges.

Nous Iohans, par la Grace de Dieu, Duc de Lothier, de Brabant & de Lymborch. Faisons a sçavoir à tous chiaulx ki ces presentes lettres vieront, & oront, ke Iohans Chlrs. jadis Sires de Wavre & Alis sa femme, tienent & doient tenir toute la Terre de Wavre, toute leur vie, & en telle maniere qu'en cette lettre est escript &c. L'an de l'Incarnation de nostre Seigneur M. CC. XCI.

Dubitamus an hic Ioannes non sit Ioannes dictus *Meeuwe* filius nothus Ioannis I. Brabantiæ Ducis, idemque

que de quo Butkens scribit lib. 4. Trophæorum Brabantiæ pag. 334. cujusque primæ conjugis nomen desiderari dicit. Potuit autem ille secundis nuptijs duxisse Margaretam Pamelæ Dominam, ratio enim temporis non obstat, siquidem *Ioannes Meeuwe Dominus de Wavere*, reperiatur anno 1323. signasse & sigillo suo roborasse litteras *Ottonis Domini de Cuyck & Heverle*, quibus Graviam oppidum suum Ioanni III. obtulit & ab eodem in feudum recepit; cujus exemplar ad longum exhibetur in Probationibus ad lib. iv. Trophæorum Brabant. pag. 157. idemque reperitur in Notitia Ecclesiarum Belgij, sed contractius, & errore describentis aut per ignaviam typographi perperam appositus annus 1223. cum 1323. esse debeat, quod monitum volui ne quis eo seducatur. Credatque Ioannem de Meeuwe vixisse centum annos ante.

Ioannes Meeuwe genuit ex Margareta Domina de Pamele, Guilielmum Dominum de Wavere, qui duxit Margaretam de Wassembergh Dominam de Hermale filiam Arnoldi, Domini de Lumaing, ex quibus nati Ioannes Dominus de Wavere, Hermale &c. Guilielmus Dominus de Wavere, à quo orditur primarius Codex feudorum Gallo-Brabant. in quo notandum quod Margareta soror præfati Guilielmi, postque eius mortem Waveræ Domina nupserit primum Ioanni Domino de Diedegem, secundisque nuptijs Dionisio de Spontin, non autem Guilielmo, ut habet Butkens in genealogia gentilium *VVavere & Dongelberghe.*

Habe igitur quæ leguntur in præfato codice omnium fidissimo.

Extraict hors le Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant, resposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Wavere, Champes folio lxxxiij. recto & verso comme s'ensuit.

SEigneur Charle Henry de Lorraine Prince de Vaudemont prima Junij 1663. par donation de sa Dame Mere soubzescripte.

Dame Beatrix de Cusance 23. Iunij 1643. par donation de sa Dame Mere soubzescripte.

Dame Ernestine de Witthem xj. Aprilis 1632. par le trespas de Dame Marie Elisabeth soubzescripte.

Damoiselle Marie Elizabeth, Marquise de Berghes sur le Zoom, Comtesse de Berch & de Walhain, Baronnesse de Perwez &c. xxx. Decembris 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de Witthem sa Mere soubzescripte.

Damoiselle Marie Mencie de Witham feudataire mortuaire cum suis, nona Martij 1588. par le trespas de Dame Margarite de Merode leur Mere Infrascript.

Damoiselle Margarite de Merode iij. May xv.^c lxxvij. par le trespas de feu Messire Iehan Marquis de Berges son oncle soubzescript.

Messire Iehan Marquis de Berges xviij. Octobris xv.^c lx. par le trespas de Messire Robbert son frere soubzescript.

Messire Robbert de Berges xiij. May anno xv.^c & lj. par le trespas de feu Messire Antoine de Berges son Pere soubzescript.

Messire Anthoine de Berges Chlr. le xij. de Mars, l'an xv.^c xx. par le transport de Messire Iehan de Berges son Pere soubzescript.

Messire Iehan Seigneur de Berges; Chlr. de l'Ordre &c. le xv. jour d'Octobre l'an xv.^c & ung, par achat fait alencontre de Iehan Seigneur de Spontin soubzescript.

Iehan de Spontin le xxj. jour d'Aoust l'an xiiij.^c iiij.^xx xij. par le trespas de feu Messire Robert de Spontin Chlr. son Pere soubzescript.

Messire Robert de Spontin Chlr. le xix. jour de Fevrier l'an xiiij.^c lxxij. par transport de Guillaume de Spontin son Pere.

Robert de Spontin Seigneur de Wavere.

Dame Marguerite, Dame de VVavere espeuse à Messire Denays de Spontin.

Guillaume Sire de VVavre. Tient la Ville, Terre & Seigneurie de VVavre, avecq les Justices haulte moyenne & basse, Mayeur, Eschevins, lviij. bonniers de terre gissants en plusieurs pieces dedans laditte Seigneurie de VVavre, xv. bonniers de bois gisants sur le voye de champes appellé le beumont, gisant de lez les terres du Seigneur de Bierges. Item encores ix. bonniers d'eauwe parmy le proprinse de la maison, gisant au tour de la maison, a laquelle Seigneurie appartiennent deux moulins gisant en laditte terre de VVavre, & deux brassines. Appartiennent encores à laditte Seigneurie de VVavre le wynaige passant parmy laditte Seigneurie, l'affourage de vin, le rewardaige, le terraiges, mortemains, Loys & congies, de x. deniers l'ung & le hallaigre. Item vaillent le Cens Seigneuriaulx appartenans à laditte Seigneurie, chacun an que on rechoipt sur plusieurs heritages gisant en laditte Paroische de VVavre c. xxxix. s. bons Cens, ij.^c six chappons & demy, & six muys d'avayne par an. Appartiennent encorre à laditte Seigneurie plusieurs hommaiges. Laquelle Seigneurie de VVavre est joindant à la terre & Seigneurie de Roux St Aguisse d'un costé, à la terre de Gres d'autre, à la terre de Sombreffe du tiers, & aux terres de Lymale & de Bierge du quatriesme costez. Vide Lat. 49. 123 verso St. 59. Sp. 38. verso.

Hh Insuper

Insuper his addenda remur ea quæ leguntur in Hemricurtio cap. 5. pagina 68. editionis anni 1673. de filiabus Henrici Domini de Hermale ad rem nostram facientia suntque ista.

La seconde fille fut Dame de Hermalle, & mariée au Seigneur de Wavre en Brabant, dont sortirent Messire Guillaume, qui mourut sans hoirs, & deux filles; l'aisnée à epouzé Monsieur Guilaume l'Ardenoy le jeune Seigneur de Spontin & de Wavre &c. Idem scriptor cap. citato, pag. 73. *Sibille de Gavre fut mariée avec Robert, fils de Monseigneur de Spontin, Seigneur de Wavre, dont elle a un fils nommé Guillaume, qui doit estre aussy Seigneur de Spontin & de Wavre &c.* Hæc ibi, porrò in nova lectione habetur, *Monsieur de Spontin*, sed in antiqua quam secuti sumus *Monsaingnor.*

Et in Regesto tabularum Prioratus Wavriæ, vidimus litteras, quarum initium tale.

Nous Wilhames li Ardinois Sir de Spontin, & nous Wilhames Damoisiaulx de Wavre Escuyers &c. mil trois cent sissante & douze.

Cæterum, ne quis arbitretur prædicta confinia Waverensis Dominij per ignaviam aut errore transcribentis, dici attingere terram de Sombreffe, *à la terre de Sombreffe*, sic olim res se habuit, quando *Rixensart*, *Ottignies Capelle S. Lambert* juris erant veterum Sombreffiæ Dynastarum, ut in tempore memorabitur.

Sunt insuper quædam Toparchiæ in ambitu Parochiæ Waverensis, minora jurisdictionis jura habentes, de quibus satis accuratè scribit Ioannes *Blondeau*, nec mirum, quia de natali solo, idque his verbis.

Vaux sive Val.

LA Seigneurie de *Vaux* ou *Val* en Wavre at cy devant appartenu à la famille de Walhain, & souz le Duc Iean III. Henry de Walhain frere d'Arnould Guillaume & de Lancelot Seigneur de Villers s'intituloit Seigneur de Vaux: souz la Duchesse Jenne vivoit encor Henry de Walhain Seigneur del Vaux & Iean son frere. I'ay en ma jeunesse veu la motte, ou estoit autresfois assis un Chasteau, & je ne sçay si les vestiges y restent encor.

Cette Seigneurie n'est pas de grande estendue, mais at ut grand nombre d'arrierfiefs qui en relevent, & le fond appartient la plus part au Seigneur, & est de bon rapport; elle entra depuis en la famille de la Haye Seigneur de Tierne à Villersville, qui y adjoustoit le tiltre de Seigneur del Vaux prez Wavre. Elle releve de Wavre, & est partie d'icelle, ayant divers cens Seigneuriaux & arrierfiefs comme i'ay dit.

L'an 1594. Eustache Seigneur d'Hosden Boulers fils de Iacques & d'Adriane de Glymes releva la Seigneurie delVaux dite autrement les cens de Bruxelles. Eustache avoit espousé Antoinette d'Oyenbrugghe de Duras.

L'an 1617. Charles de Hosden releva la Seigneurie del Vaux; fils d'Eustache Baron d'Holden Seigneur de Boulers, Rouxmieru ou Rouxmiroir &c. la vendit à Renier le Roy & fut retraicte par Philippe d'Anneux Baron de Crevecœur qui la vendit l'an 1632. à David Bustanci, & icelluy, comme je croy, à Thomas Lopez de Ulloa Baron de Limale.

La Barre.

LE fief de la Barre releve du Seigneur de Wavre & y est contigu, ayant des arrierfiefs qui en dependent, at appartenu à Regnault de Sainctes & à present à Antoine son fils.

La Pierre & la Hayette.

CEs deux Seigneuries ont cy-devant esté distinctes & separées, mais à present sont unies à la Seigneurie de Wavre.

La cense du Temple.

LA cense des Templiers est située soubz la jurisdiction de Wavre, appartient à la Commenderie de Chantraine. Il y at une Chapelle en laquelle les Commendeurs sont obligez de faire celebrer trois messes par semaine & furnir pain, vin & luminair: Ils y constituent un sergeant qui à sa demeure dans une maison contigue à la cense.

Le moulin de Baswavre est bannal & lez Communautez d'Archennes, Bossuyt, Gottechien, Nodebais, Perrot, Grotchachee, Lorensart, Doucheau & autres lieux y sont sujetz.

Les Seigneurs de Wavre ont fondé dans l'Eglise de l'Abbaye de Gemblours deux messes par sepmaines, ayants à cette fin affectez douze muids de bled sur leur moulin, à tenir en fief du Seigneur de Wavre.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur.

WAVERA dimidia Ecclesia: Rector est Dñs Robertus Prior Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Waverensis, deserviens personaliter cum Coadiutore videlicet cum Dño Marco, sub onere quinque Missarum in hebdomada valet lxvj. modios speltæ in portione Dñi Abbatis Affligemensis.

Altare Sancti Nicolai ibidem cujus Rector est N. deserviens personaliter sub onere duarum Missarum hebdomadatim, valet xviij. modios speltæ.

Altare Mariæ Virginis, cujus Rector est D. Daniel de Ponte deserviens personaliter sub onere duarum Missarum in hebdomada, valet sex modios speltæ.

Altare Sanctorum Ioannis & Katarinæ ibidem, Rector est Dñs Arnoldus Toussain deserviens personaliter sub onere duarum Missarum hebdomadatim, valet viij. modios speltæ.

Altare Mariæ Magdalenæ ibidem, cujus Rector Dñs Marcus Felins deserviens personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet sex modios speltæ.

Altare beatæ Katarinæ & Annunciationis Mariæ, cujus Rector est Dñs Ioannes delle Fosse deserviens personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet v. modios speltæ. Clericus est solutus. *Hæc ibi.*

Cæterum præclarum hoc Dominium ab Illustribus Familijs possessum semper, hodieque possidetur à Carolo Principe Vaudemontano, uti supra ostensum, quem ut Deus Reip. bono conservet diu, ex animo optamus.



CAPVT III.



Prioratus Wavræ Ord: S. Bend:

De Dominio, & Prioratu VVavræ Inferioris.

Subjectus VVavriæ Prioratus Ordinis S. Benedicti Affligimio subjectus, quia in loco Ecclesiastici juris Affligimiensium fundatus, idque rationis Iconis cælitus delapsæ & miraculis clarissinæ, & vocis à magna hominum turba exauditæ. *Hanc Vallem inhabitabo quoniam eligi eam.* Tum enim ædes sacris & religiosorum usibus strui cepta. Quam temporum vitio collapsam Carolus Croyacus Episcopus restituit & alia eximio opere super addit ædificia.

Visitur in templo Tumulus ex nigro marmore Godefridi Ducis filij Prior autem in loco vicino Senatum & tribunal suum habet. *Hactenus Gramaius.*

Verùm enimverò quod attinet ad sepulchrale monumentum honori manibusque Godefridi Ducis filij extructum olim, in templo hujus Prioratus, Gramaiique tempore adhuc superstes, uti supra ex eo patuit, nunc amplius non est reperire, destructum, non situ temporum bellorumve malis, sed ut confessionali sedi circa aram S. Benedicti fieret locus; simulacri tumulique fragmenta, in templi angulum detrusa vidi, & vidisse penituit, tanti Principis extinctam memoriam, eo in loco, ubi æternum debuerat viguisse, quemque dum erat in vivis, beneficijs cumulaverat, & pro sepultura elegerat.

Cæterum, Henricus III. Comes Lovaniensis & Brachbatensis anno 1086. fundans dotansque Abbatiam Affligemiensem, postquam in suo diplomate recensuisset ea quæ Monasterio destinaverat, addit *Capellam in Wavera*, his verbis:

Vt autem per amplius beneficium, maius ad Dei servitium cresceret eis desiderium, Capellam nostram liberam in Wavera subteriùs sitam, *cum tota decimatione superioris Ecclesiæ, cum debita instituendi presbyteri subiectione, cum terris insuper aliquibus, nostræ culturæ subsistentibus, cum teloneo & maceria, cum molendinis, & curtibus ad nos in eadem villa pertinentibus, huic traditioni legitimè addidimus.* Exhibetur hoc diploma integrum ab Auberto Miræo in Codice Donationum piarum cap. LXV.

Hæc sunt primordia Prioratus Waverensis, quem faxit Deus æternum vigeat, in observantia Regulæ S. Benedicti,

Benedicti, quam jam à sexcentis & quatuor annis profitetur. Sed ne quis miretur à tanto tempore non excrevisse in Abbatiam & *Vlierbacum* immitasse, provisum fuit diplomate *Willelmi* Abbatis anno 1197. quo statuit *ut in Cellis* FRAXINA, WAVERA, *&* BORNEHEM, *nulli omnino sive Laico sive Clerico Religionis habitus tribuatur.* Ex Regist. Afflig. fol. 154.

CAPUT IV.

De Dominio & Pago Bierges.

Bierges Pagus Waveræ vicinus, edito loco situs, unde prospectus amœnissimus versus præterlabentem Thyliam amnem, supremum eius Dominium, fiduciario jure possidendum, transcripsit Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex, Thomæ Lopez de Ulloa Limalæ Domino anno 1626. tertia Augusti, pro mille quingentis florenis, uti in Regestis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ scriptum vidi.

Possidet inibi Limalæ Baro jura prædiaque non exigua interque ea sylvam vulgo *le Bois de Bierges*, acquisita, priusquam à Principe supremam jurisdictionem loci impetravit; de his Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia scribit ista.

La Seigneurie Fonciere de Bierges releve en plein fief de la Baronnie de Baudou en Haynaut, avec les arrierfiefs en dependants, & at esté cy-devant possedée par la famille de Quaderebbe, dont je trouve souz le Duc Iean III. Iean de Quaderebbe, & souz la Duchesse Ienne Henry de Quaderebbe Seigneur de Bierges.

Elle at esté depuis partagée & appartenu au Seigneur de Sombref, & à Bartholomé Tseraerts, puis aux maisons d'Ittre & Baillencourt; à present elle appartient à celle de Ulloa *Seigneur de Limale par acquest qu'elle en à fait du Comte de Lignarez.*

Jus patronatus jamolim attinet ad Monasterium Affligemense ex dono pristinorum Brabantiæ Ducum.

Reperitur inter proceres qui interfuerunt comitijs Cortebergæ celebratis anno 1372. Henricus de Quaderebbe Dominus de Bierges. Vide diplomata Belgica Auberti Miræi lib. 2. cap. 98. pag. 420.

In rescriptionibus Curatorum Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1558. leguntur ista.

Biergis dimidia Ecclesia, Rector est Dñs Georgius Naveau deserviens personaliter sub onere dimidiæ Ecclesiæ, valet xxviij. modios speltæ.

Bona consistunt in decimis parvis, pratis & terris arrabilibus.

Altaris B. Mariæ ibidem, Rector est Dñs Robertus de Morsain, deserviens personaliter sub onere unius Missæ in quindena, valet v. modios speltæ.

Altaris S. Nicolai, Rector est Dñs Robertus Staes deservitur per prædictum Dñum Georgium Naveau, sub onere unius Missæ in quindena, valet v. modios siliginis.

Infra metas.

Est altare & Capella B. Mariæ in *Champs*, cujus Rector est Dñs Robertus Morsain deservit personaliter sub onere unius Missæ in quindena, valet v. modios speltæ.

Matricularius est Dñs Guillielmus Boulay.

CAPVT V.

De Dominio Champs.

Patuit ex Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis præcedenti capite productis, infra metas Parochiæ de *Bierges* comprehendi Altare & sacellum *B. Mariæ in Champs*, quamvis locus sit admodum inde remotus, de quo Antonius Spruyte Senator urbis Antverpiensis tradidit mihi ex suis Collectaneis ea quæ sequuntur.

De Heerlijcheyt van Champels is gecomen van Heer Arnouwt van VVilre die geleeft heeft anno 1377. en van hem gesuccideert op Hendrick sijnen sone en van Hendrick op Heer Merten van VVilre, den welcken troude met Margareta Boiete filia Americi, en hebben achtergelaten Cornelis van VVilre, den welcken trouden met Heer Lowies vander Thommen, aen wie de voorsz. Heerlijcheyt by successie van sijn huysvrouwen is gecomen eñ soo voort verstorven is op hunnen sone Lowies vander Thommen, den welckë troude met Jouff. Maria vanden Dycke dochter van Heer Ian van Dycke in sijn leven Heere van Santvliet, van welcken voornoemde Heer Lowies vander Thommen is de voorsz. Heerlijcheyt van Champels verstorvë op hunne dochter Jouff. Lowise vander Thommen, de welcke troude met Ioncker Thomas Spruyte Drossart van Gaesbeke in-

den jaer 1592. van hunne is de voorsz. Heerlijcheyt verstorven op hunnen sone Ioncker Gelònde Spruytè den welcken troude met Jouff. Jaquelina Reps, ende nu eyndelijcken by successie gecomen is op hunnen outsten sone Ioan Gelonde Spruyte.

CAPUT VI.

De Dominio de la Pierre.

DE Toparchia à Lapide, in primario Codice Feudorum Gallo-Brabantiæ habentur sequentia non omittènda utique.

Exstraict hors le Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de la Seigneurie del Pierre soubz Bierges folio lxxxv. verso ce que s'ensuit.

DAmoiselle Marie Elisabeth Marquise de Berghes sur le Zoom Comtesse de Berch & VValhain Baronnesse de Perwez &c. xxx. Decembris 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de VVitthem Marquise & Contesse desdits lieux sa Mere soubsescripte.

Damoiselle Marie Mencie de VVitham feudataire mortuaire cum suis nona Marty 1588. par le trespas de Damoiselle Margarite de Merode leur Mere.

Damoiselle Margarite de Merode iij. May xv.^c lxxvij. par le trespas de feu Messire Iehan Marquis de Berges son oncle soubsescript.

Messire Iehan Marquis de Berghes le xviij. d'Octobre xv.^c lx. par transport à luy fait par Messire Robbert son frere soubsescript.

Messire Robbert de Berges le xiij. jour de May anno xv^c. lj. par le trespas de feu Messire Anthoine de Berges son Pere soubsescript.

Messire Anthoine Marquis de Berges sur le Zoom le xxij. d'Aoust l'an xv.^c xxxviij. par transport de Messire Adrian soubsescript.

Messire Adrian de Croy Seigneur de Reux le premier jour d'Aoust l'an xv.^c xxxvj. par le transport de Messire Eustas son frere.

Messire Eustas de Croy le xxviij. jour de Jullet l'an xv.^c xxxvj. par transport de Coen Conte de Vernemborch.

Philippe Conte de Vernembourg le xxvj. jour de May l'an xv.^c & xxv.

Coen Conte de Vernembourg &c. le xx. jour de May l'an xv.^c & xxv.

Iehan Conte de Vernemborch le vij. jour de May l'an xv.^c xix. par transport de Messire Philippe son Pere soubsescript.

Messire Philippe Conte de Vernemborch le premier jour de Fevrier l'an xv.^c & quattre:

Item laditte Dame Marguerite de Sombreffe. Tient la Seigneurie de le Pierre, gisant en la Paroiche de Bierges avecq Mayeur, Eschevins, & Sergiant, avecq ce en cens heritables lxiiij. solz six deniers, Trentetroix & demy chappons huit muys & quatre stiers d'avayne. Et environ quinze bonniers de Bois & Wastynes.

CAPVT VII.

De Dominio, Comitatu & Pago Dion le Mont.

QUis non jure miretur? ex omni hæreditate S. Guiberti, tot præclaris Dominijs olim conspicuâ, tam exiguum numerum ad Gemblacenses hodie pertinere: ab omni certè memoria *Dion le Mont* eorum possessio fuit. Abalienatum reperio circa annum 1619. jure patronatus retento, emptumque à Petro Daems Equite & Senatore Antverpiensi, cui successit Sebastianus Daems Dominus de Noirmont, ejus filius, in cælibatu mortuus, relictis multarum opum & ditionum hæredibus sororis suæ filijs, quos omnes in descriptione Baronatus Nigrimontis recensebimus. Sebastiano præfato successit Antonius Gallo de Salamanca, Francisci

ciſci Gallo de Salamanca Equitis & Conſulis Antverpienſis & Mariæ Daems Sebaſtiani ſororis filius, in cujus gratiam *Dion le Mont* anno 1665. in Comitatum erectum; qui inpræſentiarum poſſidetur ab ejus filio Joanne Gallo de Salamanca Comite de Dion le Mont, Barone de Noirmont Domino de Louvrange &c.

Gramajus locum hunc perſtringens, *Reſtant*, inquit, *utrumque Divionem, Montanum & Campeſtre, Abbam Gemblacenſem & ſtirpem quæ à loco nomen habet agnoſcunt. In majore Divione Gemblacenſis, in minore Alnenſis Abbates paſtorem conſtituunt.*

Porrò cum ſcripta ejus anno hujus ſæculi ſexto vulgata fuerint, non potuit tranſcriptionis hujus Dominij meminiſſe.

CAPUT VIII.

De Dominio Louvrange.

Louvrange Toparchia partim ſub Parochijs de Dion le Mont, & Conroy le Grand, partimque ſub Parochia Waverienſi ſita, juriſque Comitis de Dion le Mont, qui inter cæteros honoris titulos quoque inſignitur Dominus de Louvrange, uti in Juriſprudentia Heroica in deſcriptione Nigrimontis clarè apparet.

Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de loco iſto ita memorat.

Louvrange eſt une Seigneurie ſeparée, ſituée en partie ſubs cette Paroiſſe, & en partie ſoubs celle de Wavre.

Alexandre de la Haye (qui portioit d'argent au Lion de gueule) en a cy-devant eſté Seigneur, qui d'Anne Sandelin ſa femme n'ayant laiſſé qu'une fille qui portoit auſſi le nom d'Anne, & qui mourut l'an 1519. porta les Terres de Louvrange & Limelette en mariage à Bauduin de Glimes Seigneur de Bonlez, Tourine &c. mort l'an 1487. de cette conjonction eſt iſſu Iean de Glimes leur ſecond fils Seigneur de Limelette, Louvrange &c. lequel de Catharinne de Huy procrea Anthoine de Glimes Seigneur deſdits lieux, & de Vaux, Courtils &c. qui eſpouſa en premieres nopces Marie de Dion fille d'Adrien de Dion Seigneur de Courcelles, en ſecondes Claudine d'Aubrebis, & en troiſieme Anne de Hoſden: du premier lict iſſit Philippe Seigneur de Louvrange fils aiſné, qui eſpouſa Charlotte de Montigny, Dame du grand & petit Wargny, Fontaine &c. Fille d'Antoine Seigneur de Noyelle, & de Charlotte de N...... de laquelle il ne laiſſa que Charlotte de Glymes, qui tranſporta ces terres en la famille d'Anneux, par l'alliance qu'elle fit avec Jean d'Anneux Seigneur d'Abancourt, Baron de Crevecœur &c. mort l'an 1629. Pere de Philippe d'Anneux Marquis de Wargny, Baron de Crevecœur &c. Le predit Jean vendit la Seigneurie de Louvrange, & le Seigneur de Dion le Mont moderne en prend le Tiltre. *Hæc ibi.*

In Reſcriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacenſis anni M. D. LIX. habetur infra metas Eccleſiæ Coreti magni, Altaris Beatæ Mariæ in *Lubrica* Rector eſt Magiſter Lambertus Bolengier, deſervitur per Dominum Laurentium Fabri; ſub onere unius Miſſæ in hebdomada, valor ejus eſt vij. mod. ſiliginis bona conſiſtunt in terris arrabilibus quas colit Nicolaus Bier.



CAPVT IX.



Castellum Noirmont.

De Dominio, Baronatu & Pago Noirmont.

Nigrimontis Dominium, tenetur in feudum partim à Lotharingiæ ac Brabantiæ Duce, partimque feudalitio jure dependet à Dominio *Grand Lez*, titulus Baronatus autem à solo Brabantiæ Duce. Situs est in antiquo Comitatu *Darnuensi* nunc Gemblacensi de quo in tempore memorabitur. Monstrantur inibi monticuli duo, ab incolis vicinisque nominati, *Les Tombes de Noirmont*, hi sunt ut opinor, de quibus Abrahamus Ortelius loquitur in suo itinerario per nonnullas Galliæ Belgicæ partes, *his verbis:*

Ad V. ferè M. prope pagum Walheim volgò dictum, cernuntur in loco edito, & ab omni parte conspicuo tumuli duo terrei, rotundi, & fastigiati, gramine vestiti, & arbustis incincti, quos cùm manu aggestos judicaremus, videbantur ad Romanorum posse referri tempora. Illos siquidem tumulos ejusmodi exstruere solitos, quos & cippos vocabant, ut militum suorum qui in acie occubuissent reliquias tegerent, passim testantur historiæ.

Ecclesia dicata S. Martino, structura antiqua sæpiusque bello destructa. Altare maius hanc habet inscriptionem. D. O. M. Deiparæ virgini & beato Martino hujus templi Tutelaribus & Patronis, Petrus Daems & Isabella de Witte Domini de Dion & de Noirmont posuerunt 1631.

Infra repositorium sanctissimi, legitur, D. O. M. & memoriæ Petri Daems & Mariæ Crane, obijt ille 1561. hæc verò 1560. Petrus Dominus de Dion & Noirmont eorum filius, poni curavit.

E regione aliud visitur sacrarium sanctorum destinatum reliquijs, & hæc epigraphe D. O. M. & memoriæ Sebastiani de Witte & Emerentiæ ab Hoogeveen conjugum. Obijt ille 1570. hæc verò 1623. Isabella Domina de Dion & de Noirmont, eorum filia, posuit.

In navi templi ad latus dexterum visitur Altare marmoreum & hæc inscriptio D. O. M. & memoriæ Reverendi ac Nob. viri, D. Cornelij de Witte, Canonicj & Archidiaconi Antverpien. qui obijt 1626. Isabella Domina de Dion & Noirmont, soror & hæres unic. pos.

Campana major hanc habet inscriptionem Sancte Martine ora pro nobis. Conrardinus d'Arg. J. de Juppleu Seigneur & Dame de Ligny & Noirmont 1591.

Cæterum

Cæterum Petrus Daems senator Antverpiensis, Dñs de Dion le Mont, Hutbize aliorumque locorum, emptionis jure acquisivit Toparchiam de Noirmont anno 1625. hic Ecclesiam Castellumque restauravit, inibique sepultus ante aram maximam, tumuloque incisum legitur.

Cy gist Messire Piere Daems Chlr. Seigneur de Dion le Mont, Noirmont &c. qui trespassa....... & Dame Isabelle de Witte sa Compagne qui trespassa le 1. *de Septemb.* 1635.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur.

Niger-Mons dimidia Ecclesia. Dñs & magister Lambertus Douppaye personaliter deserviens valet xxx. modios speltæ in decimis & in Anniversarijs, & terris arrabilibus.

Altare B. Mariæ Virginis ibidem, Rector eius est Dñs Ioannes Godefridi, deservit personaliter sub onere unius Missæ in quindena, valet iiij. modios, consistunt bona in terris arrabilibus.

In Rescriptionibus autem anni 1552. habetur etiam. Altare S. Nicolai & Sebastiani, cujus Rector est Nicolaus Dupey absens deservitur per D. Ioannem Henrici sub onere unius Missæ in hebdomada valet xij. modios siliginis mensuræ Gemblacensis.

In Jurisprudentia heroica, de Dominio hoc leguntur ista.

Niger-Mons, Gallis *Noir mons*, sub præfectura Montana situm habet. Antiquitus erat peculium VValhainiorum: inter quos primus fuit Arnoldus Dominus de VValhain: in cujus stirpe hoc dominium hesit ab anno 1184. usque annum 1363. quo Jacobus de VValhain illud vendidit Jacobo de Glymes, militi, Geldoniæ Domino, qui duxerat Mariam Geldoniæ heredem. Hinc ad gentem de Sombreffe, ex qua Godefridus miles vendidit hoc dominium anno 1381. Ioannæ de VVedergrate, Ottonis Domini de Contreçeur, Eygene, &c. filiæ, nuptæ Renaldo de Berges. Ab illa acquisivit an. 1398. Ioannes de Flandria Comes Namurcensis, qui duxerat Ioannam d'Abcoude, Zuederi Gaesbecæ Domini & Comitissæ de Leyningen, filiam. Inde ad gentiles de Juppleu, ex quibus Ioanna Guilielmi filia illud anno 1567. dote transtulit Conrardo d'Argenteau militi. Cui successit filius Carolus anno 1610. Ioannæ de Nassau, Renati Domini de Conroy, &c. filiæ, nuptijs clarus. Vendidit hic an. 1625. Petro Daems militi Domino de Dion le Mont, Louvrange, Hutbize, &c. qui ductâ Isabellâ de VVitte reliquit Sebastianum Equitem aurat. dictorum locorum, & Monjardin, Henoulmont, Laval, Remaigne, VVestmorre, Inchebrouch, ter Looven, &c. Dominum, Advocatum d'Awaille. Hic decedens sine liberis, præfatum Anthonium Gallo d'Escalada, sororis suæ filium (in cujus gratiam hæc Dynastia anno 1658. 2. Maij in Baronatum erecta est) successorem & heredem habuit.

CAPUT X.

De Dominio & Pago Conroy le Grand.

Conroy le Grand ita dictum ab amplitudine Parochiæ, & ad distinctionem alterius pagi cui nomen *Conroy le Chasteau*; amborum meminit Gramaius his verbis. *Sunt etiam Conredia sive Coreta duo, unum à Castro veteri, alterum ab amplitudine nominis sortitur appellationem.*

Illud Abbates Gemblaci, Villarij, Floreffiæ; Abbatissam Monasterij ad Sabim & Pastorem Velrutensem Ecclesiæ patronos habet; hæc Capitulum Apostolorum Principis Leodicensium.

Et ab eodem senatum accipit hæc, illa à Comitibus de Vianden & Nassavia stirpe ab annis 200. *& amplius possidetur triplicis jurisdictionis via.*

Huic subcensetur utrumque sartum novum & vetus, *hoc Sombreffiæ, illud Walhainij Toparcharum possessio fuit.*

Philippus II. Hispaniarum & Indiarum Rex anno 1561. pignori dedit Dominium de *Conroy le Grand* pro mille septuaginta septem florenis.

Decima septima Julij anni 1630. Carolus Roly priorem oppignorationem auxit bis mille quingentis florenis, & denuo anno 1638. decima septima Aprilis mille centumque florenis.


Tandemque anno 1644. decima Januarij Michaël Roly Dominus fiduciarius de Conroy filiusque Caroli, emit præfatum Dominium à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege decem millibus nongentis nonaginta novem florenis, penes quem in hodiernum diem permansit, faxitque Deus fruatur diu.

Jura quæ capitulum S. Petri Leodij inibi habuit, transcripsit Carolo de Roly Domino de Conroy, jure patronatus retento. Visitur in Ecclesia sepulchrum eius cum epitaphio tali.

Cy gist noble & genereux Seigneur Charles de Roly fils de Iean, Escuyer, Seigneur de Conroy qui trespassa le 12. *Octob.* 1661. *& Dame Ienne de Croy sa Compagne qui trespassa le* 29. *Novemb. de l'an* 1650. *priez Dieu pour eux.* His appositis consanguinearum gentium insignibus. *Roly, Porquin, Chevalier, Rustique,* uxorisque verò, *Croy, Termonde, Halle, vander Borgh.*

Chaustre le Bole pars est Parochiæ Controyanæ jurisque Toparchæ, à Principe acquisiti, ei singulæ domus in quibus construitur focus, quotannis præstare tenentur sextarium avenæ mensuræ Gemblacensis, gallinam & panem unum.

Scenographia Castelli Toparchæ de Corroy est subjuncta.



Castellum Conroi le grand

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1558. legitur.

Coretum magnum integra Ecclesia, & Altare B. Nicolai ibidem pridem annexatum cum cura. Rector est Dn̄s Claudius de Methis absens deservitur per D. Nicolaum Bocqueau cum onere trium Missarum in hebdomada absque Dominicis diebus, valet xx. modios siliginis; Bona consistunt in portione S. Petri Leodiensis & in terris arrabilibus.

Altaris SS. Petri & Pauli ibidem, Rector est Dn̄s Henricus de Moulin, deservitur per D. Ioannem Glatenes sub onere unius Missæ in hebdomada valet septem modios siliginis.

Infra metas.

Altaris B. Mariæ Virginis in *Lubrica* Rector est Magister Lambertus Bolangier de Namurco, deservitur per D. Laurentium Fabri sub onere unius Missæ in hebdomada valet septem modios siliginis.

Adhuc infra metas.

Altaris B. Martini in *veteri sarto*, Rector est D. Henricus Rex deserviens personaliter, sub onere unius Missæ in hebdomada valet duos modios siliginis. Matricularius est conjugatus.

CAPVT XI.

De Dominio Neuf Sart.

Novum Sartum de quo in Commentarijs Ioannis *Blondeau* legimus sequentia.

Neuf Sart est une Seigneurie particuliere gisante souz la Paroiche de Conroy le Grand: elle at appartenu avec toute la hauteur à Baulduin de Glymes, & Isabeau sa fille la porta vers l'an 1480. en mariage à Jacques Comte de Salm en Elsace.

Le

Le Capitre de Nivelle y avoit aussy une Seigneurie avec pouvoir d'y constituer Mayeur Eschevins Greffier & Sergeant & divers cens Seigneuriaux laquelle il vendit l'an 1662. à Ferdinand Beeckman.

CAPUT XII.

De Dominio Vieu Sart.

PAtuit ex Rescriptionibus Curatorum Concilij Gemblacensis, productis à nobis cap.x. hujus lib. consistere infra metas Parochiæ Coreti magni vulgò *Conroy le Grand*, *Sartum vetus*, quod describitur à Ioanne *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia his verbis.

La Seigneurie de *Vieu Sart* Paroiche de Conroy le Grand, à cy-devant appartenu à la famille de Sombref & l'heretiere d'icelle la porta en mariage avec plusieurs autres terres au Comte de Warnenbourg comme nous avons dit aillieurs; dont les heretiers en vendirent la plusparť & entre autres celle cy vint à la maison de de Groesbeecke, dont Ernest Seigneur del Vaux Sancte Anne, fils de feu Zeger de Groesbeecke & Julius Witzleben la vendirent l'an 1615. à Estienne Hulet. Cette terre comprend aussy la Seigneurie d'Oignies ainsy dite pour avoir appartenu au monastere d'Oignies, le Seigneur à sur l'une & l'autre toute jurisdiction, droit de mainmorte, congez & cens Seigneuriaux, & la collation de la Chapelle Castrale, en laquelle il y at un fond baptismal, la pourprinse de sa moison est exempte de dismes, & chasque maison luy doit souz Vieu Sart une poüille par an & y possede quantité de beaux heritages.

Ferdinand Beeckman jadis Bourgemaistre de la Cité de Liege en est apresent Seigneur qui d'Anne de Fontigny fille du Seigneur de Schore, at laissé une belle posterité.

Il at acquis la Seigneurie que le Chapitre de Nivelle avoit audit *Vieu Sart* consistente en chappons & quelques autres droits Seigneuriaux.

Extraict hors du Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant, resposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou soubs la Capitulation de Viel Sart & Saint Gery, folio xliiij. recto se trouve ce que s'ensuit.

MAistre Lambert Ouwerex comme Cessionaire de Julius Wytzleven dessoubz nommé, eodem die, par transport d'Ernest Baron de Groesbeke soubzescript.

Ernest Baron de Groesbeke Seigneur de Steyn, Belvaux &c. 27. Junij 1628. par le trespas de Zeger de Groesbeque son Pere soubzescript, la Seigneurie & biens dessoubz nommé.

Maistre Lambert Oubbeeex le 24. d'Aoust 1626. à tiltre d'achapt fait contre Guillaume Beeckman soubzescript, & le transport y ensuivy par authorisation & suivant certaine sentence entre eulx rendue au Conseil de Brabant.

Maistre Guillaume Beeckman Docteur és Droicts xj. Augusti 1616. par transport de Julius Witsleven soubzescript.

Julius Wytzleven Escuyer xj. Augusti 1616. par transport de Dame Marie de Groesbeke soubznommée.

Dame Marie de Groesbeke v. Decembris 1605. par le trespas de Zeger de Groesbeke son Pere soubzescript, tout & tel droict &c. luy competant en la Seigneurie soubz-nommée.

Seger de Groesbeke xviij. Novembris xv.c lxxiij. par le trespas de feu Seger de Groesbeke son Pere soubzescript.

Seger de Groesbeke x. Martij xv.c lx. par le trespas de Damoiselle Jozyne sa Mere soubzescripte.

Damoiselle Jozyne de Tuylle xj. Novembris vx.c lvj. par le trespas de feu Jehan de Tuylle son Pere soubzescript.

Jehan de Tuylle le Jeusne xix. May anno xv.c & xliij. par achat fait à Coen Comte de Vernembourg soubzescript.

Philippe Comte de Vernembourg le xxvj. jour de May l'an xv.c & xxv.

Coen Comte de Vernembourg le xx. jour de May l'an xv.c & xxv.

Jehan Comte de Vernembourg le vij. jour de May l'an xv.c & xix. par transport de Messire Philippe son Pere soubescript.

Messire Philippe Comte de Vernembourg le premier jour de Fevrier l'an xv.c iiij. par le trespas de feüe Dame Marguerite de Sombreff. Item laditte Damoiselle Margriete par le transport comme dessus, tient encor pour le second plain fieff la terre, maison & tenure, gissant au lieu nommé Vielsart, avec la Seigneurie, Mayeur, Eschevins & Sergeant, avec une Cense, a laquelle ap-

partiennent

Le Chasteau ou ces Seigneurs de *Dion* ont tenu leur residence, passe pour un des plus beaux de ce pays.

Le Roy Philippe IV. exposa la hauteur de *Dion* en vente l'an 1630.

CAPVT *XXXI.*

De Dominio & Pago Mousty.

MONASTERIUM *autem ad Tyliam*, inquit Gramaius, *pagus est & Domininm beneficiarium Toparcha Tiliacensis, à Sombreffiis possessum olim, quod, vendens Sombreffiam Verneburgicus Comes, anno* 1544. *Anna naturali sua reliquit, nupta Paulo de Carondolet. Qui accessione supremi juris gladij à Rege acquisita, Dominium reddidit augustius.*

Deprehendo præterea in Jurisprudentia heroica, in descriptione Baronatus Morienfart; anno 1578. Guilielmum le Vasseur Equitem Dominium de *Walhuon* & *Mousty* Dominiaque illa transmisisse ad filium Francisc. Secretarium Concilij status &c. huncque scribitur inibi, nullis relictis liberis sororem Leonoram Roberto *l'Escuyer* elocatam heredem habuisse : moneor tamen ex archivis Dominij de *Mousty* & codicibus feudorum Waveræ Domini, Florentium le Vasseur præfati Francisci filium ab anno 1604. ad annum 1612. & forsan ultra possedisse Dominia de Walhuon & Mousty.

Cæterum, constans traditio apud hujus pagi incolas, templum à S. Materno conditum, sed eius rei nullum hîc exemplum, aut vestigium, quid sentiam de hac narratione veteri & obscura, edisservi lib. 1. cap. 1.

Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, hunc fictæ traditionis fucum historiæ suæ non addit, cujus verba hæc sunt.

Ceux qui s'amusent à la recherche de l'etymologie des noms de cette Contrée, me semblent alambiquer l'esprit a des choses si vaines & incertaines, que c'est une sottise manifeste d'y perdre le temps, & en emplir le papier.

Le changement de langue, & la multiplicité des Colonies qui ont peuplé le Brabant à diverses reprinses, les Courses des Normands, & d'autres peuples Septentrionaux qui l'ont ravagé l'espace de cent ans & plus, nous doibvent retrancher les curiositez, dont les siecles passez ont mis la verité en oubly, il y en at cependant aucuns qui ne souffrent pas de contredit, comme est celuy de Mosty ou Moustier, que je produis pour exemple : ce nom signifioit du passé une l'Eglise, & est encor en usage en quelques endroicts, ou la langue ancienne n'est pas changée, n'y mitigée, & quoy que le nom de Monasterium qui est puisé du Grecq, luy ait donné son origine, si est il qu'ayant avec plusieurs autres esté receu en la Romaine, & la langue Latine avec la Grecque n'ayant pas peu contribué a l'establissement de l'ancien Gaulois, ce nom luy est demeuré, quoy qu'esloigné de sa premiere étymologie, & adapté a une nouvelle signification.

Si le Wallon-Brabant at esté autrefois plein de bois & de forests, il est asseuré que pour la commodité des eaux, & des pasturages, les lieux contiguz aux Rivieres, ont esté les premiers peuplez : & qui peut doubter que ceux arrousez du Thyl, n'ayent esté tels, si l'on iette les yeux sur les aggreables prairies qui bordent son cours & son sein ? Il est croyable que cette Contrée fut une des premieres qui receut la Foy Chrestienne, & que Saincte Gertrude & le bienheureux Pepin son Pere la prefererent à leurs autres demeures, qui n'estoient pas encor entierement purgées du paganisme, & de l'idolatrie. Je m'imagine que Moustier sur le Thil fut une des premieres Eglises basties par les Apostres de ces Pays, & qu'elle en à retenu le nom à la distinction de Moustier sur Sambre; Monstreul lez Nivelle, & autres que l'on scait asseurement estre des plus anciennes:

aussi



Les quartiers de Messire Corneille de Spangen. pag

auſſi porte elle encor avjourd'huy le nom Matricis Eccleſiæ, ou d'Egliſe primitive; & le Paſteur du lieu eſt Seigneur du Clocher que l'on nomme la Seigneurie de Noſtre Dame, ayant la collation de pluſieurs bons benefices qui y ſont fondez, & de celles des Cures de Limelette & de Chapelle Sainct Lambert, qui en ont eſté extraictes paſſé deux cents & cincquante ans ou environ. Quant aux autres Seigneuries temporelles, il y en at une qui releve de celle de Tilly, & at autrefois appartenu à la famille de Sombreff, de laquelle elle eſt entrée en celle des Comtes de Warnebourgh, dont l'un d'iceux l'an 1544. la donna à Anne ſa fille naturelle alliee à Paul de Carondelet (ou de Ooghe) qui en achapta la hauteur du Roy l'an 1573. La famille de Spanghen d'Ottignies la poſſedé apreſent par achapt de N. Suares qui en ſecondes nopces avoit eſpouſé laditte Anne de Warnebourgh.

Porrò cum ſupra demonſtraverim Dominium de *Mouſty* in an annum 1612. poſſeſſum à Florentio *le Vaſſeur Walbuonij* Dominum, ſuſpicor longè poſt Annam de *Warnebourgh* & forſan à gentilibus *le Vaſſeur* tranſcriptum domui de *Spanghen*.

Quidquid ſit vidimus in Regeſtis Curiæ feudalis Thilliacenſis(*de Thilly*)unde Dominium *Mouſty* in feudum tenetur. Quod 11.Octob. anni 1640. beneficium profeſſus ſit *Meſsire Philippe Philibert de Spanghen Chlr. gentilhomme de la bouche de ſon Alteze Royal, Grand Bailly du Romand Pays de Brabant, Seigneur de Melet, Ottigny Mouſty ſur le Thil &c.* & anno 1650. 9. Junij *Meſsire Nicolas Anthoine de Spanghen Chlr. Seigneur d'Ottignies, Mouſty ſur Thil, Chapelle S. Lambert, gentilhomme de la Chambre de ſon Alteze le Duc de Nuybourg.*

Illum ſecutus eſt eius filius natu maximus, anno 1668. 26. Januarij modernus Moſtiaci Dominus.

Cæterum, dialectus Wallonica mutat *ier* in *y*, *Stier Sty*, *Mouſtier Mouſty*.

Denique, in Reſcriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacenſis pro anno 1518. habetur de Eccleſia *Mouſtier ſur Thil* ea quæ ſequuntur.

Monaſterium ſupra Diliam, integra Eccleſia, Rector eſt Ægidius Benckeleir abſens, deſervitur per Dñm Iohannem Kynon ſub onere iij. miſſarum hebdomadatim, valet xxiiij. modios ſiliginis in decimis & terris arabilibus.

Altare Sancti Iohannis Baptiſtæ ibidem, Rector eſt magiſter Richardus de Enchuſia abſens, deſervitur per Dñm Nicolaum Fabri, valet vj. modios, & habet onus unius Miſſæ hebdomadatim.

Altare Sancti Stephani ibidem, Rector Dominus Martinus Berbran abſens, deſervitur per Dñm Nicolaum Salle, valet vj. modios, & habet unam Miſſam per hebdomadam.

Altare Sancti Nicolai, Rector eſt Dñs Iohannes Iacqueminet deſervitur per Dñm Iohannem delle Pier, valet iiij. modios ſiliginis ad onus unius Miſſæ in hebdomadâ.

Altare Beatæ Katharinæ in *Sicco Rodio*, Rector eſt Dñs Bartholomeus Frerart abſens, & deſervitur per Dñm Bartholomeum Tartareau, valet xiiij. modios ſiliginis, & habet onus duarum Miſſarum per hebdomadam.

Altare Beatæ Mariæ in *Monriauſart*, Rector Dñus Iohannes Kynon, deſervit perſonaliter, valet iij. mod. ſub onere unius Miſſæ per quindenam.

Capella Sancti Lamberti prope Lannam, Eccleſia filialis ab Eccleſia de *Monaſterio ſupra Diliam*, Rector eſt Dñus Bartholomeus Tartareaux, deſervitur per eundem, valet x. modios ſiliginis, habet onus Miſſæ Dñicis & Feſtivis diebus. Altare Beatæ Katharinæ annexatum. Matricularius eſt conjugatus.

Cæterum, Domus de *Spanghen* præclaris Dominijs *d'Ottignies*, *Mouſty*, *Mellet* alijſque in hoc tractu ſitis, conſpicua, genus ſuum trahit ex primaria Nobilitate Batavica, ubi ante ſæcula *Borghgraviatu*, ſeu *Vice-Comitatu* Lugdunenſi claruiſſe teſtantur hiſtoriæ; ſcripſit de eius ſtemmate rebuſque geſtis Wilhelmus *van Goutboeven* in veteri Chronico Hollandiæ pag.202. & ſeq. editionis Dordracenſis anni 1620. at poſtmodum Baronum Comitumque dignitate adeptâ, hodieque viget. Antiquitus ei nomen *Uyterneſſe* ſed nactâ hereditate territorij *Spanghen* induit nomen loci, locique typum hîc oculis ſubjicere viſum, conſanguinearum gentium inſignibus adornatum.



 CAPUT XXXII.

CAPVT XXXII.



Castellum Moriensart

De Dominio & Baronatu Moriensart.

Moriensartum, vetus & procera ædificij moles, in formam quadratæ turris extructa à primis Limalæ Dominis, quibus agnomen *Moreau* seu *Morel*, unde fluxit nomen *Moriausart*, nunc *Moriensart*, legimusque Gertrudem de *Moriauzarth* condidisse primum sacellum templi Villariensis.

Porrò in vetustis Codicibus Feudorum Wavriæ, inque Codice renovato, anno 1530. habetur:

Aymon Fery tenoit du Seigneur de Wavre la terre & Seigneurie de *Moriausart*, reservé le corps du malfaiċteur qu'il livroit es mains du Bailly de Brabant, dans trois jours aprés qu'il est jugé. Il at Mayeur, Eschevins &c. Elle joint à la Dame d'Aywieres, à celle de Mousty, Ottignies, Seroux, & à la terre appartenante à Guillaume de Bourdeau & à la Seigneurie de Lanne. Doit payer annuellement au Chappellain pour son service xiiij. muids de bled.

Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus loci his verbis:

L'an 1604. Alexandre Coloma fils aisné du Seigneur Pedro Coloma, Baron de Bornhem, mary de Jenne l'Escuyer fille de Robert & de D. Leonore le Vasseur fille de Guillaume, releva la Seigneurie de Moriasart & Seroux, succedée audit Pedro par la mort de Messire François le Vasseur, Conseiller de Guerre & Secretaire d'Estat. Messire Floris le Vasseur Seigneur de Walhuon Mousty &c. fils dudit François fit aussi relief audit an.

L'an 1652. Messire Pierre Coloma Baron de Bornhem, releva la quatriesme partie de Seroux & Moriasart, luy succedée par la mort de Don Jean d'Aguierres son cousin germain, qui avoit la hauteur de toute la terre, & ledit Baron estoit Proprietaire des trois autres.

David Lindanus in Teneræmonda lib. III. cap. VIII. pag. 240. memenit Moriensarti & Serouxi his verbis: *Petrus Coloma*, Bornehemi Baro, Dominus de Mariekercke, Bobadillæ, & Ternasi, qui uxorem habet *Joannam Lescuyer* Roberti filiam, Vice-comitem Durlani, Bretellæ, Ternasi, Alenæ, *Moriensarti & Serouxi* Dominam: quorum postrema duo adepta est hereditate amplissimi viri Francisci le Vasseur in Concilio Status Belgici, Regi Catholico à Secretis, & incly ti Ordinis Aurei Velleris scribæ.

In

In Reſcriptionibus Concilij Gemblacenſis pro anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo, legitur.

Capella B. Mariæ in Monriaulſart, Rector Dñs Johannes Kynon deſervit perſonaliter. Valet iij. mod. ſub onere unius Miſſæ per quindenam.

In Reſcriptionibus autem anni 1517. habetur ſub onere unius Miſſæ in hebdomada valet quatuor modios ſiliginis.

In prœlio Woeringano quod contigit anno 1288. Reynerus à Morienſarto pugnavit, ſub vexillo Walhainij Domino. Tempore Wenceſlai & Ioanne recenſetur à Chriſtophoro Butkens lib. IV. Trophæorum Brabantiæ pag. 536. Arnoldus de Moriaſart.

Cæterum inter prædia Dominij, conſpicuum nemus, præaltis denſiſque arboribus umbroſum.

Toparchia deſcribitur in Iuriſprudentia Heroica, his verbis:

Moriensartum, vulgò *Morienſart*, duabus ab urbe, & libero Dominio de Wavre, cui fidem & homagium debet, circiter leucis diſſitum, præfecturæ Genappenſi ſubcenſetur, nobilis cognomentum familiæ, caſtrum aureum in ſecuto nigro in inſignibus præferens. Cujus nominis extat inter Brabantiæ nobiles in trophæis D. Butkens fol. 544. Arnoldus de Morienſart. Gaudet antiquo prætorio, & in eo caſtrali beneficio & ſacello D. Virgini ſacro, continetque Dominium de Seroulx. Spectarunt aliquando hæc duo Dominia in ſe & à ſe mutuo dependentia ad inclitam familiam le Vasseur: è qua celebris memoriæ eſt Guillelmus le Vaſſeur Eques auratus Valhuonij & Mouſtij Dominus, anno 1578. cum antiſtite Atrebatenſi à Parmenſi Principe ad componendam pro Rege concordiam cum Arteſijs & Hannonijs delegatus, vide Stradam *de bello Belgico decad. 2. fol.* 39. 2.49.52. qui anno 1567. hæc Dominia acquiſivit, & illa ad filium Franciſcum Equitem auratum, in Conſilio Statûs Belgici Regi Catholico à Secretis, tranſmiſit. Hic nullis relictis liberis ſororem Leonoram Roberto l'Escuyer Vice-comiti Dourlani, Bretellæ, Ternaci & Alennæ Toparchæ; elocatam, heredem habuit. Hinc Ioanna Leſcuyer horum Dominiorum heres unica, quæ illa marito ſuo Petro Coloma, à Conſilijs belli, & ſupremo Rationum militarium in exercitu Belgico Regis Catholici Philippi ſecundi Præfecto, Caſtellaniæ & ditionis Bornhemiæ Baroni, Bovadillæ Toparchæ, &c. contulit. Huic ad annum 1621. ſucceſſit filius natu-major Alexander Coloma dicti loci Baro, qui innuptus anno 1625. diſcedens, fratrem ſucceſſorem habuit Petrum Coloma tertium Bornhemij Baronem, Vice-comitem Dourlani, &c. anno 1648. diplomate Madriti dato 26. Martij Regis Catholici ad Bavariæ Ducem ac Electorem, Legatum, & ad leges Flandriæ renovandas iteratis vicibus deputatum: qui ducta Cornelia de Vos, Petri Equitis aurati Toparchæ de Beaupres, filia ex Catharina Cabelliau Domina de Hamme, binos genuit filios, Ioannem Franciſcum anno 1658. præfati Bornhemij Comitem creatum, & Petrum Coloma in cujus gratiam Dominia de Morienſart & Seroulx anno 1657. in Baronatum ſunt erecta.

CAPUT XXXIII.

De Dominio & Pago Seroux.

Seroux populoſa appendix Parochiæ Monaſterij ad Thyliam, partim ſub juriſdictione Morienſarti, partimque ſub Toparchia dicti Monaſterij, & ſuſpicor partem aliquam juris eſſe Limelettæ Domini, quia inter veteres Toparchas recenſeri comperio Limelettenſem & Godefridum de *Bourdeal*.

In ephemeridibus Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ conſcriptis de Dominijs pigneratis, repigneratis, ac venditis, lego ſupremum Serouxi Dominium fiduciario jure tranſcriptum à Philippo IV. Hiſp. & Ind. Rege ſeptima Auguſti anno 1626. N. *Aguierres*, pretijque caput fuiſſe duo millia florenorum.

Anno 1660. ſacellum S. Catherinæ in *Seroux* incorporatum ſeminario Epiſcopatus Namurcenſis Nivellis, poſſidetque xiiij. modios ſiliginis, feudalitio jure à Waveræ Domino dependentes.

In templo Boſvallenſi, viſitur tumulus cum epitaphio tali:

Icy giſent honorables perſonnes Maiſtre Martin de Ferier & Nicolas de Ferier leſquels treſpaſſerent l'an 1518. *& Maiſtre Martin ſecond fils & Maiſtre du Four de verre à Way qui treſpaſſa l'an* 1519. *le* 13. *jour de May Seigneur de* Moriasart *&* du Seroux.

Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia de hoc loco ita fatur:

Le Seigneur de *Seroux* ayant jadis reduit à terre labourable une partie de la communauté, & l'ayant incorporé à la cenſe de Moriaſart, les communs habitants ne voulans entrer en difficulté avec luy, appointerent le 8. Janvier 1565. en ſorte, qu'elle luy demeureroit, mais qu'en recompenſe ilz auroient le paſturage ſur les bois de Seroux, en ſuite de quoy ilz ont de toute memoire paſturé leurs chevaux aux tailles agées de trois ans & les vaches à celles à quatre ans, reſervé au cenſier du Seigneur une partie derrier ſa cenſe.

Cæterum in Rescriptionibus Concilij Gemblacensis pro anno millesimo quingentesimo decimo sexto quarum exemplar authenticum habeo in collectaneis meis, leguntur de Seroux verba ista.

Capella B. Mariæ in *Sicco Rodio*, Rector eius Dñs Bartholomeus Frerart personaliter deserviens cum coadjutore, valet xiiij. modios, habet onus ij. Missarum hebdomadatim. Matricularius est conjugatus.

CAPVT XXXIV.

De Dominio Franquegnies.

Toparchia de *Francquegnies* amœna in valle sita, ad dextram Thyliæ ripam, sub-est Parochiæ Monasteriensi: transijt in familiam Glymæam Geldonasensem, per nuptias Jacobæ de Hertaing Dominæ de *Francquegnies*, elocatæ Jacobo Glymæo Vice-comiti, Geldoniæ, Romanduæ summo Prætori, cujus filius Carolus, transcripsit Ioanni Craesbeke, Consiliario Concilij Brabantiæ, qui filium suum Stephanum successorem habuit, cujus filia N...... Craesbeke nupta N...... *Bouret* hanc Toparchiam marito attulit. Prætorium nuperis annis igne fortuito conflagravit, sed mox restitutum in formam elegantiorem pristinâ. In quodam elencho vetori, deprehendimus superiori sæculo, possessum Dominium hoc, ab Antonio de *Teuremonde*.

CAPUT *XXXV.*

De Dominio & Pago Grand Ledz.

Grande *Lezium* à Sombreffiis possessum olim, post à Marcano Comite, nuper hæreditas gentilium d'Argenteau nunc de Cowarem. Dominium solidissimâ arce, aquarum fossis munitâ multisque prædijs, & insignium Toparchiarum clientelis inclytum.

Christophorus Butkens lib.4. Trophæorum Brabantiæ, pag.458. recenset inter nobiles qui vixêre tempore Ioannis III. Guilielmum de Sombreffe Dominum de Kerpen & *Grand Letz*, Sombreffæ Domini filium fratremque Godefridi Domini de *Rixensart*, *Ottign ies* &c.

Sacrorum Ministrum accipit, è cœnobio Floreffiensi, Abbatia Ordinis Præmonstratensis, à Godefrido IV. Namurcensium Comite ad Sabim fluvium condita anno M.CXXI.

Sunt insuper aliæ sub hac Parochia Toparchiæ, quarum una attinere solebat ad familiam *Beckevoert*, vulgò dicta *la Seigneurie d'Outre l'eau.*

Toparchia de *Ripemont* quæ olim nomen dedit gentilibus è Walhainia stirpe ortis, nunc juris est N. *de Bastü*.

In denombrementis seu elenchis Dominij de *Grand Letz* habetur inter cætera.

Item trente à quarante hommages ou arrierfiefs qui se relevent de *Grand Ledz*, entre lesquels il y at trois Seigneurs Hautains, sçavoir *Arche*, *Blanmont* & *Wanfercée*.

In Rescriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1559. legitur.

Leez Magna. Integra Ecclesia &c. valet lij. modios filiginis, in portione D. Abbatis Floreffiensis & terris arabilibus.

Altare S. Nicolai ibidem &c. valet v. mod. filiginis sub onere unius Missæ in quindena.

Altare S. Katharinæ ibidem &c. sub onere I. Miss. in quind. valet iv. mod. spel.

Altare S. Margaretæ &c. valet v. mod. filig. sub onere unius Mis. in qnindena.

Sub eadem Ecclesia in Manerio est sacellum S. Dyonisij, valet v. mod. filig. sub onere unius Missæ in quindena.

In SARTO PALSTRA (*Salpasteau*) est Capella Castralis seu sacellum S. Andreæ, omnino dirutum.

Sub eadem Ecclesia est Capella Castralis, seu sacellum S. Mariæ Magdalenæ, in *Leez parva* valet v. mod. filiginis sub onere unius Missæ.

CAPUT XXXVI.

CAPVT XXXVI.

De Dominio & Pago Petit Ledz.

LEzium minus à Walhainijs olim & gentilibus de *Recourt* possessum, & à Canonico Floreffiensi in sacris pasci regique solitum, tradente Gramaio. Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia memorat Henricum de *Walhain* Dominum de *Petit Lez* sive *Ledz* : idque pro dimidio tantum & pro parte altera Arnoldum de *Recourt*, cujus hæredes aut posteri transcripserunt N. *Drouhot* Tribuno militum, rebusque strenuè gestis claro.

Hemricourt in speculo Nobilium Hasbaniæ pag.32. ita fatur. *Il n'y a qu'un fils, de la Dame de Roceurt, nommé Arnoul Seigneur dudit lieu & de* Petit Leez, *marié a la fille de Lovis de Braibechon de Mirmorte, dont il y a des hoirs.*

Anno 1622. exequijs Alberti Archiducis Paulus de Berlo Dominus de *Petit Lez*, & Carolus d'Archies Dominus de *Sart*, duxêre equum vexillumque Wirtenbergicum.

Ætate nostra transijt hoc Dominium ex Berloæ familia, ad N...... Drouhot, emptionis jure, & nunc possident eius heredes.

CAPVT XXXVII.

De Dominio & Pago Corbais.

COrbacum eiusque Dominium, antiquissimis temporibus hæreditas Dominorum de *Walhain*, exque ijs Arnoldus Walhainij Dominus ductâ sorore Eustachij de *Dammartin* Domini de *Neuf Chasteau*, genuit filios tres, Iacobus primogenitus fuit Dominus *de Walhain*, secundus Dominus *de Corbais*, tertius Dominus *de Bonlez*. Vide Hemricurtium initio cap.XI. Sub Henrico III. floruerunt Arnoldus Walhainij Dominus, & Arnoldus Dominus *de Corbaix*. Vide Butkens pagina 276. & seq.

Horum Dominorum seriem, hactenus assequi non potui: constat exinde Toparchiam fuisse divisam, eodemque tempore Dominatam à Ioanne *du Bois*, Ioanne *de Tiege*, & Godefrido *de Blois*. Suprema tamen jurisdictione pro parte semper reservatâ Walhainij Dominis, vulgo dicta, *la Seigneurie de Berges dependante de la Comté de Walhain.* Parsque altera, *la Seigneurie de St. Piere appartenante au Duc.* Quam postmodum abalienavit Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex, emitque N...... Domina *de Ohaib*, cujus hæredes hodieque possident.

Sæculo superiori possedit pro parte hanc Toparchiam Ioannes *Hinckart* Eques, sed secutus Principem Auriacum & perduellium partes, Ferdinandus Toletanus Albæ Dux, bona eius fisco addixit: porrò cum reliquisset filias tres, ex conjuge sua Lucretia *vander Aa*. Gerardus *vander Aa* earum materterus atque tutor, demonstravit Toparchiam hanc jure devolutam ad prædictas filias, morte Henrici Hinckart illarum patrui, & ita in senatu Brabantiæ 2. Augusti 1576. judicatum.

Portio procedens à Ioanne *de Tiege*, comprehendit pagi partem nominatam vulgo *la Seigneurie de Tiege*, attinetque ad familiam *Pinchart*.

Anno 1202. *Reinerus de Tyge* cum primatijs nobilibus Brabantiæ signavit pactum Ducis Henrici I. & Othonis Geldriæ Comitis; quod exhibet Aubertus Miræus in Notitia Ecclesiarum Belgij cap.184.

Inter nobiles qui floruêre tempore Wenceslai & Ioannæ Brabantiæ Ducum, memoratur à Christophoro Butkens lib.4. Trophæorum Brabantiæ pag.542. *Ican Corvillain de Corbais.*

Robertus sexagesimus octavus Leodiensium Episcopus Guilielmi Sabaudi successor, anno millesimo ducentesimo quadragesimo incorporavit Ecclesiam *de Corbais* Capitulo Nivellensi, confirmavitque Apostolicus Legatus, exin semper huic loco dedit sacrorum Ministrum.

Gramaius de hoc loco scribens, *Corbacum*, inquit, *in sacris Nivellensis Ecclesiæ subditum, Walhainiorum ante annos* 400. *peculium saltem pro parte, pro una enim portione legi Blosios gentiles possedisse anno* 1518. *Hemricurtius citat unum ex Iacobi Walhainij liberis anonymum* Corbaci *Dominum.*

Porrò ille anonymus Corbaci Dominus, non fuit Iacobi filius sed frater; verba Hemricurtij subjiciam, (quem perperàm Gramaius *Hembricurtium* passim nominat) & sunt ista.

Cette Dame (*scilicet soror Eustachij Domini de Neuf-Château*) fut mariée en Brabant au Seigneur de *Walhain*, qui estoit Banneré, & qui portoit d'or à un escu de Sinople, elle eut trois fils, Messire Jacques Seigneur de

Walhain fut l'aisné, le Seigneur de *Corbais* le second, & le Seigneur de *Bonlez* le troisiesme. Initio cap. xi. pag. 111.

Et Capite xij. pag. 137. Les deux freres de Monsieur Jacques Seigneur de Walhain, dont l'un fut Seigneur de Bonlez, & l'autre Seigneur de Corbais. Ce premier eut trois garçons, Monsieur Gille le Beghe de sainct Gery, Odrou de Rohaignée, & Jacques de Blamont : plusieurs Dames & Chevaliers sont sortis de ces trois freres, dont je ne sçay pas les noms de suitte & d'hoirs en hoirs, mais je sçay bien que le Roman-Pays de Brabant en est tout remply & peuplé; je n'ay rien apris de l'autre qui estoit Seigneur de Corbais, ayant peu hanté les Seigneurs du Pays de Brabant, qui est celuy de leur nation. *Hæc ibi.*

Les Seigneurs de Corbais, de Walhain, portent d'or à l'escu de sinople, à la bande de Vair brochante sur le tout. *Blondeau.*

Cæterum, in diplomate Ottonis primi Germaniæ & Lotharingiæ Regis, quo confirmat Monasterium Gemblacense ejusque possessiones anno 948. vulgato ab Auberto Miræo in Not. Eccl. cap. 56. invenitur quoque *Corbeis*, magnum indicium locum hunc attinuisse olim ad dictum Monasterium.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. habetur.

Corbays dimidia Ecclesia &c. valet xxxij. mod. speltæ. Bona consistunt in portione Capituli S. Gertrudis Nivellensis & in decimis parvis.

Altare B. Mariæ ibidem. valet v. mod. speltæ sub onere unius Missæ in quindena.

Altare S. Gertrudis ibidem. valet iij. modios speltæ sub onere unius Missæ in quindena.

Denique, asservo in meis collectaneis litteras authenticas conscriptas Bruxellis anno 1475. 27. Julij. Quibus Petrus & Nicolaus *Vanden Heetvelde* Equites, atque fratres, filij Nicolai *Vanden Heetvelde* Equitis, Domini de *Corbays*, fundant Anniversarium pro salute parentum in Ecclesia S. Nicolai Bruxellensis. In cujus choro visitur tumba ad latus Evangelij, cum hac epigraphe :

Hier leedt begraven Heer Claes vanden Heetvelde Riddere, Heere van Corbays, die sterft 1446. *den lesten van Iulij. Ende Vrau Beatrix van Musenen, sijne huysvrau de welcke sterft* 1484. 9. *Ianuarij.*

CAPUT XXXVIII.

De Dominio & Pago S. Gery.

Dominium S. Gaugerici, olim juris fuit Dominorum de *Walhain*, è quibus Ægidius de *Walhain* Dominus de *Bonlez* & *S. Gery*, floruit sub Henrico III. Brabantiæ Duce, recenseturque inter nobiles istius ævi à Christophoro Butkens Trophæorum lib. iv. pag. 277. à nobis etiam relatus ex Hemricurtio cap. præcedenti. Postmodum pro parte attinuit ad Sombreffæ Dominum, proque parte altera ad Orbasij Toparcham Abbatemque Villariensem.

Exindè comperio Joannem de *Pontremy*, filium Godefridi de *Tenseul*, Dominum de *Boissemont* & *d'Orbais in S. Gery*, qui vixit anno 1580.

Abbas Gemblacensis potitur Decimis. Toparchia autem spectat ad Comitem de *Beaurepair.*

Gramaius locum nominat *Fanum Gaugerici* asseritque, *ex Codice feudali Dominorum Sombreffiæ, quod fuerit olim aut appendix aut beneficium Toparchiæ Sombreffiensis, nisi quod alicubi Abbatia Villariensis, & Domini Orbasienses suam habent portionem. Olim fuit Walhainiorum, anno* 1280. *Ægidius denominatur* Hemricurtio.

Sed dum omnia scrutamur, monemur ex archivis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, supremam jurisdictionem *S. Gaugerici* antiquitus Principem tenuisse, atque à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege, venalem expositam anno 1630. quis emerit hactenus ignoramus.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1559. habetur.

Sanctus Gaugericus media Ecclesia &c. valet xviij. mod. silig.

Altare B. Mariæ ibidem &c. sub onere unius Miss. in hebdom. valet vij. mod.

Infrà metas. Altare B. Mariæ in *Ardenelle* &c. sub onere unius Missæ in hebdomada, valet vj. modios siliginis; bona consistunt in terris arabilibus.

CAPUT XXXIX.

CAPUT XXXIX.



Castellum Conroy Le chasteau.

De Dominio & Pago Conroy le Chasteau.

Conroy le Chasteau Vetus & præclarum Dominium, à pristinis Parwisij Dominis possessum olim. Maria Lovaniensis Parwisij, Grimbergæ, Ninivarum, Rumpstæ, Coreti, Fraxinæ aliorumque locorum Domina, nubendo Philippo Comiti Viennæ in Arduenna, transtulit in prosapiam veterum Viennensium Comitum; unde rursus per nuptias Mariæ Henrici Comitis Viennæ filiæ primogenitæ, translatum ad Simonem Comitem de *Spaenhem*, rursusque per nuptias Adelheidis præfati Henrici Viennæ Comitis filiæ secundogenitæ, devenit, ad Ottonem Nassoviæ Comitem ejusque posteros: ex quibus Henricus ex Nassovijs Princeps Auriacus, Dominia de *Conroy le Chasteau* & de *Frasne*, reliquit filio suo naturali *Alexio de Nassau*, in cujus stirpe permansit. Vide Guilielmum Gouthoven in Chronicis Hollandiæ, parte prima fol. 160. editionis anni 1620. & Butkens folio 641. verso, ubi tradit Fragmentum Genealogicum Viennensium & Nassoviæ Comitum. Gramaius de hoc loco commemorans; *sunt etiam*, inquit, CONRODIA *sive* CORETA *duo, unum à Castro Veteri, alterum ab amplitudine, nominis sortitur appellationem.*

Illud Abbates Gemblaci, Villarij, Floreffiæ, Abbatissam Monasterij ad Sabim & Pastorem Velrutensem Ecclesiæ patronos habet, hæc Capitulum Apostolorum Principis Leodiensium. Et ab eodem senatum accipit hæc, illa à Comitibus de Vianden & Nassavia stirpe ab annis 200. & amplius possidetur triplicis jurisdictionis via &c.

Anno 1291. controversia orta inter Namurci Comitem, Comitemque Viennæ, Coreti Dominum de finibus Comitatus Namurci, Dominiorumque *Conroy* & *Chynemont*, sive *Chevemont*, arbitrorum sententiâ composita fuit, uti didici ex repertorio tabularum Namurcensium.

Anno 1542. Martino Rossemio & cum Longevallio Gallo-Brabantiam vastante, arcem Conroiam insidebant octoginta rustici, expugnati ad unum omnes interficiuntur. Tradente Ponto Heutero Rerum Austriacarum lib. xi. cap. xvij.

Elenchi seu antiqua denombrementa Dominij, habent sequentia:

Conroy le Chasteau at appartenu au Comte de Spanhem, & le Ducq n'y a que la souveraineté qui est le son de de cloche, tailles crenées & les hommes pour aller à l'ost.

Q q Joannes

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de Dominis de *Conroy* accuratè ſcribit, his verbis: Henry Comte de Naſſau de Vianden &c. premier Prince d'Orange de ſa maiſon, engendra eſtant à marier d'une noble Damoiſelle libre, un fils nommé Alexis de *Naſſau*, auquel il donna le Chaſteau, Terres & Seigneuries de *Conroy* & de *Fraſne*. Le ſudit Alexis de Naſſau fut eſtably Gouverneur de *Mouzon* lors qu'elle fut priſe par ledit Prince ſon Pere l'an 1521. ce qui ſe voit dans les memoires de Martin *du Bellay* vivant pour lors.

Ledit Alexis de Naſſau Chevalier Seigneur de Conroy le Chaſteau & de Fraſne, eſpouſa Guillemine de Bronckhorſt fille d'André de Bronckhorſt Chlr. Seigneur de Schote & Conſeiller de la Cour d'Hollande, & de Wendelmonde fille de Nicolas Corf van Boſchuyſen, & procreerent Meſſire René de Naſſau Seigneur de Conroy, Fraſne, Chevemont ou Chynemont, &c. Dame Andreſſe de Naſſau allié a Meſſire Denys de Marbais dict de Louverval Seigneur de Leuſe. & Gertrude de Naſſau mort à marier.

Le ſuſdit René eſpouſa Dame Catharine de Namur fille de Philippe de Namur Seigneur d'Huy Floſtoy &c. & de Dame Ienne de Crehen, eurent pluſieurs enfants; aſçavoir Alexis de Naſſau Seigneur de Conroy, Fraſne, Chevemont, Guillemine de Naſſau morte à marier Dame Ienne de Naſſau mariée à Meſſire Charles d'Argenteau Seigneur de Ligny, Noirmont &c. Dame Anne de Naſſau Chanoineſſe d'Andenne. Marie de Naſſau morte à marier, Dames Catharine & Merguerite Chanoineſſes à Mouſty.

Le ſuſdit Alexis de Naſſau at eſpouſé Dame Adrienne de Savary Dame & Baronne de Warcoing, fille & heritiere de Meſſire George de Savary Baron de Warcoing & de Dame Ienne de Havrech, dont ſont iſſu Philippe de Naſſau mort à marier au ſervice du Roy, Charles de Naſſau Baron de Warcoing mort auſſy à marier aprez avoir bien ſervy ſon Prince. Dame Marie Iſabelle de Naſſau Chanoineſſe de Mouſty & puis alliée à Meſſire Warnier de Glymes de Brabant Seigneur de la Falize St. Martin &c. Dame Anne Guillemine de Naſſau mariée à Meſſire Lancelot d'Ive Seigneur de Ligny, Tongrine &c. René George de Naſſau mort auſſy à marier Lieutenant Colonel au ſervice du Roy, Dame Marie Florence de Naſſau Chanoineſſe de Mouſty & puis Religieuſe Annontiate Celeſte. Meſſire Maximilien de Naſſau Baron de Warcoing Seigneur de Conroy Fraſne Chenemont Petit-Preux &c.

Hæc *Blondeau* quibus addemus ſeriem Dominorum de *Conroy* deſumptam ex primario Codice Feudorum Gallo-Brabantiæ.

Exſtraict hors du Cheff Regiſtre du Quartier Roman Pays repoſant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou ſoubs la Capitulation de Courroit folio lj. verſo & ſequenti recto entre autre ſe trouve ce que s'enſuit.

Damoiſeau Alexius de Naſſou iiij. Februarij 1613. par le treſpas de Damoiſelle Catherinne de Namur ſa Mere ſoubsſcripte.

Damoiſelle Catherinne de Namur future compagne de René de Naſſou le xxj. d'Octobre 1575. pour ſon douaire.

René de Naſſou xxvj. Novembris anno xv.ᶜ cinequante par le treſpas de feu Meſſire Alexius de Naſſou ſon Pere ſoubsſcript.

Alexius b. de Naſſou le vij. de Juin l'an xv.ᶜ xl. par tranſport de Meſſire René de Chalon ſoubsſcript.

Anthoine de Mangny le xv. jour de Januier l'an xv.ᶜ xxxix. par tranſport de Meſſire René de Chalon ſoubsſcript au proffit de Andrien N.

Meſſire René de Chalon Prince d'Oraigne le iij. de May l'an xv.ᶜ xxxix. par rachapt fait à Charles & Pierre de Vauldry ſoubsſcript.

Charles & Pierre de Vauldry le penultieſme jour d'Auril l'an xv.ᶜ xxxix. par le treſpas de Glaude de Vauldry leur frere ſoubsſcript.

Glaude Pierre & Charles de Vauldry freres en partage de frere le ij. jour de Septembre l'an xv.ᶜ xxviij. par le treſpas de feu Meſſire Pierre de Veyre leur oncle ſoubsſcript.

Pierre de Veyre le vj. jour de Decembre l'an xv.ᶜ & xxv. par le treſpas de Philippe de Veyre ſon frere ſoubsſcript.

Philippe de Veyre le viij. jour d'Aouſt l'an xv.ᶜ & xij. par le treſpas de feu Meſſire Philibert de Veyre ſon Pere.

Philibert Seigneur de Veyre dit la Mouche le xxiiij. jour de Mars l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & xj. avant Paſques, par achapt fait alencontre de Meſſire Englebert Comte de Naſſou &c. ſoubsſcript.

Meſſire Englebert Comte de Naſſou &c. le xxiiij. jour de Mars l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & xj. avant Paſques, par tranſport de Jehan Baſtard de Naſſou.

Jehan Baſtard de Naſſou le xxix. jour d'Auril l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & cincq, par achapt fait alencontre de Meſſire Englebert Comte de Naſſou &c.

Meſſire Englebert Comte de Naſſou le v. jour de Novembre l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & un, par le treſpas de feu Jehan Comte de Naſſou ſon Pere.

Jehan Comte de Naſſou le vj. jour de May l'an xiiij.ᶜ xlij. par le treſpas de feu Englebert Comte de Naſſou ſon Pere.

Dame

Dame Elisabeth de Spanhem de Vyanden & Duchesse en Baviere fille de feu à Dame Marie soubsescript.

Marie Comtesse de Vyanden, tient les fortresse, terres & Seigneuries de Courroit & de Frasne avecques les Seigneuries haulte moyenne & basse, terres, pretz; bois, eauwes poissonneries, cens, rentes, moulins à eauwe, & à vent, fourfaitz, hommaiges, maisuiers, & tous autres leurs appartenants comme tout ce peut apparior par le denombrement dudit feu Messire Englebert Comte de Nassou rapporté des desdites Seigneuries en l'an xiiij.c & xl.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. habetur.

Coretum Castri, dimidia Ecclesia, &c. valet xxxvj. mod. speltæ. Bona consistunt in decimis & terris arabilibus.

Altare B. Mariæ Virginis ibidem, &c. valet xvj. mod. speltæ sub onere duarum Missarum hebdomadatim.

Altare S. Nicolai ibidem, &c. valet v. mod. speltæ sub onere unius Missæ in quindena.

CAPVT *XL.*

De Dominio & Pago Gentines.

G*Entina* Toparchia celebris, eleganti arce aquarum fossis munita, hortoque amœeno cellisque anachoreticis conspicua. Gramaius in Præfectura Campenhoutana pag.78. memorat Margaretam *vander Spout* Martino de *Glymes* Domino *Gentinarum* enuptam anno 1307.

Sub Joanne II. Lotharingiæ & Brabantiæ Duce, defuncto anno 1312. recensetur inter nobiles istius ævi *Iacobus de Gentines* lib.4. Trophæorum Brabantiæ pag.382. signavitque tabulas eodem anno conscriptas in Comitijs procerum Brabantiæ Cortebergæ celebratis, quod Divæus, Miræus & Haræus, uno ore testantur.

Hemricurtius in speculo nobilium Hasbaniæ, cap.3. pag.35. memorat *Arnoldum de Gennetines dictum de Forvie duxisse Mariam d'Abée*, quæ ei numerosam prolem dedit, & cap.12. pag. 136. denuò de illis commemorat, scripsit circa annum 1390. defunctus anno 1403.

Gramaius in præfectura Campenhoutana pag.75. asserit familiam *Tserclaes* per nuptias possedisse *Gentinas*.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo Brabantia, meminit Gentinarum his verbis.

François de *Lonchin* Seigneur de *Flemale*, ayant l'an 1547. vendu la Seigneurie de *Gentines* à D. Catharine de Brandenbourg Vefue du Seigneur de Jauche, Charles de *Fourneau* Seigneur de *Cruyckenbourg*, se presenta au tetraict linager, du Chef de D. Marie de Ghyn sa femme, ne sçachant pas par quelle voye ou accommodement, elle resta à la famille de Cotereau de Jauche: sçachant neantmoins, que la Dame de Jauche la vendit l'an MD.C.XL.... à Thomas *Lopez de Vlloa* fils naturel du Baron de *Limale*, qui ayant espousé N. *de Nobili* Vefve d'Estienne *Hulet* Seigneur de *Limelette*, employa à son achapt partie des deniers comptants qu'elle avoit, lequel estant decedé sans hoirs legitimes, ladite terre retourna à sa femme, qui institua pour heritiers ses neveux fils de Gerard *d'Vdekem* Seigneur de *Gertechin* & de N...... de *Nobili* sa Sœure, qui la possedent encor aujourd'huy avec le beau Chasteau que *Lopez* y a fait bastir.

Verùm antiqua denombrementa, docent hanc ditionem, pluribus eodem tempore Dominis dominatam, scilicet Orbasij Domino, Godefrido de Davre, & Abbate Villariensi, à singulis pro parte.

Inter pristinos Toparchas comperio Ioannem de *Lonchin*, atque apud Hemricurtium frequens mentio fit de Gentilibus & Pago *Lonchin*, quod obiter hîc notare visum.

In Rescriptionibus Curatorum Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511.

Gentinnes dimidia Ecclesia, &c. valet xlvj. modios speltæ; Bona consistunt in portione D. Abbatis Bonæ Spei, in decimis parvis & terris arabilibus, sub onere trium Missarum hebdomada.

Altare S. Nicolai ibidem, &c. sub onere unius Missæ in hebdomada, valet iij. mod.

Altare Katharinæ ibidem, &c. sub onere 1. Miss. in quind. valet iv. mod.

CAPVT XLI.

De Dominio & Pago Chaumont cum vico Gistoul.

C*Haumont* cum appendice *Gistoul*, feudalitio nexu dependet ab Ecclesia Leodiensi; porrò cum undequaque in Brabantia sit, huc etiam referendum duxi Dominium ejus. Quod, tradente Gramaio, quantum codices feudorum meminerunt ex Montigneaca stirpe Dominos habuit, sibi invicem succedentes. Donec sub annum 1400. Otto Mercanus id à Michaële Montiniaco obtentum, Engelberto Angiano vendidit,

venditit. In cujus posteris hæsit usque ad mortem Ludovici Equitis anno 1487. Tunc enim Francisca *d'Argenteau*, cum Bernardo *d'Orley* Equite beneficium professa. Quod idem mortuâ Franciscâ d'Orley, fecit hæres Anna *de Rubenpré* anno 1560. ad marginem notatur *Codex feudorum folio* 11.

Apud Hemricurtium in speculo nobilium Hasbaniæ, complectens historiam Genealogicam ab anno 1102. ad annum 1398. legimus cap. v. pag. 69. ad rem nostram facientia de Alice seu Aleide filia Henrici Domini de Hermale

Alix la quatriesme fille espousa Monsieur Lambert Seigneur *d'Oupey*, de *Chaumont* en Brabant & de *Herstal*, qui fut un vaillant homme, en armes hardi & entreprenant, & grand acquereur d'heritages, & eurent cincq enfans, deux fils & trois filles, a sçavoir Monsieur Adam Seigneur *d'Oupey* & de *Herstal*, Monsieur Jean Seineur de *Chaumont*; Marie, Felicite, & Alix, qui ont esté touttes trois mariées avantageusement. Messire Adam à espousé Dame Cunigonde de *Iuppleu*, dont j'ay fait mention au Chapitre du Seigneur de *Daveles*, elle estoit veufve de Monsieur Iean de Skendremale, Chastelain de *Montenacken*, Chevalier, Eschevin de Liege, de ceste Dame a Monsieur Adam une fille tant seulement. Ledit Monsieur Iean *d'Oupey* at pris a femme nouvelle, la sœur du Seigneur de *Glymes*, dont il a des hoirs. Madame Marie leur sœur espousa Monsieur Iean de *Maxberé* Seigneur de *Rode*, dont mention est faitte en la Genealogie de Monsieur Hayneman de *Schoenvorst*, il y a des enfans de ce Mariage.

Christophorus Butkens ad finem lib. ix. Trophæorum Brabantiæ, in Genealogia Glymæa producit Isabellam Glymæam nuptam Ioanni de Iuppleu Albimontis Domino, & secundis nuptijs Ioanni *d'Oupey* Domino de *Chaumont*. Tertijsque Balduino de Henin, Domino de *Fontaines*. Item Balduinum de *Glymes* Dominum de *Bierbais*, *Chaumont*, *Bonlers* &c. mortuum circa annum 1457.

Inchebroux seu *Inchebrouck*, paucorum tiguriorum viculus Chaumontanæ Parochiæ obnoxius, quem reor juris esse Baronis de Noirmont, siquidem inter ejus titulos Dominicales recensetur.

Cæterum cum hic pagus, uti suprà diximus, feudum sit Leodiensis Ecclesiæ, libuit in ejus archiva habere prospectum, unde excepimus quæ sequuntur.

Ex Regesto Arnoldi de Horne fol.22. patet, anno 1356. quarta Maij Lambertum d'Oupey Equitem relevasse: La hauteur & Seigneurie de Chaumont & Gistoul en Brabant, par la reportation de Dame Aleid Dame de Hermale. Au Registre Hinsberg. fol.40. Baulduin de Glimes Escuyer releva laditte Seigneurie le dernier de Juing 1422. par la reportation de Messire Adam d'Oupey Chevalier, parmy cincq cent florins escuz de Dordrecht & cincq cent florins de Florence. Et audit Registre fol. 45. Iean Seigneur de Thilice d'Opprebais, Escuyer la releva le 13. Decembre 1421. par la reportation de Dame Isabeau de Glymes, femme à Messire Iean d'Oupey Seigneur de Chaumont.

Laditte Seigneurie est depuis parvenüe à l'Abbé & Convent de Bonnesperance, sans qu'il s'en trouve aucun achapt ou œuvres de Loy à la Cour Feodale de Liege, lequel en fit le premier relief le 20. Janvier 1452. & fut derechef relevée le 17. d'Aoust 1465. par Jean d'Oupey Procureur de F. Pierre de Fosse Abbé de Bonnesperance, comme se voit au registre Bourbon fol. 247. en ayant depuis fait encor divers reliefs.

L'Abbé de Bonnesperance possede a present cette Terre à titre de Baronnie.

Haud procul à Parochiali templo visuntur rudera veteris Chaumontanæ arcis, locum nunc inhabitat sacrorum Minister, qui plerumque è Cœnobitis Bonæspei assumitur.

CAPVT XLII.

De Dominio & Pago Petit Manil sive Manys.

IOannes Baptista Gramaius describens pagos Gemblacensis Comitatus, *Maniacum*, inquit, *duplex, in sacris alterum Lezÿ, alterum oppidi appendix, suos Pratorem & Scabinos habent.*

Plura de loco hoc non suppetunt, gnarus tamen quod accenseatur pagis Præfecturæ Montis S. Wiberti, cumque scribat Gramaius *Maniacum duplex* esse, designat *Grand Manys* & *Petit Manys*, de posteriori sive *Parvo* nunc dictum, de *Magno* in tempore memorabitur.

Cæterum, vide suprà, capite 35. Rescriptiones Curatorum Concilij Gemblacensis, de Altaribus subjectis Ecclesiæ de *Grand Ledz*.

CAPUT XLIII.

CAPUT XLIII.



Castellum Curtis S. Stephani

De Dominio & Pago Court S. Estienne.

CVria S. Stephani, clientela est Castri Namurcensis. Ad trium amnium confluentes sita, quorum *Thylia* primarius, non spacio aquarum, sed liquore spectabilis, quippè leni tractu à fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus, trutisque piscibus abundans Dominium hoc interfluit.

Pagus amplus & amœnus, templum grande, altum & perlucidum, plus quam reliqua quæ circumcirca in vicinia. Jus patronatus spectat, pro parte ad Toparcham, proque parte altera ad Abbatem & Conventum Cœnobij Villariensis, ex dono pristinorum Dominorum, quorum Castellum percommodum, templo adjacet.

Parochiæ ambitu comprehenduntur *Sart Meßire-Guillaume*, *Beaury*, *Sury*, & *Noirha*. De quibus infrà mentio fiet. Excepto *Sarto D. Guilielmi* de quo egimus lib. 2. Hîc dominabatur anno 1251. Otto de *Contrecœur*, uti testatur diploma subjunctum quod penes me habeo authenticum, integrumque visum dare, siquidem totum spectat ad hoc Dominium, laudemque & commodum Abbatiæ Villariensis de qua memoravimus lib. 2.

Henricus Dei Gratia Leod. Epis. universis præsentes litteras visuris in Domino salutem. Licet singula Cœnobia Cisterciensis Ordinis in nostra Diœcesi constituta sincera diligamus in Christo charitate, specialius tamen Villariense Monasterium Ordinis prædicti, nostræ Diœcesis, in quo dilectus & fidelis noster Henricus bonæ memoriæ olim Lotharingiæ Dux & Brabantiæ, charissimus noster avunculus obtinet sepulturam, ampliori convenit prosequi gratia & favore, maximè cum Venerabilis Abbas & Monachi illius loci præcipui dicantur esse Ordinis Zelatores & odorem sanctæ vitæ & bonæ famæ per orbem diffuderint universum. Ea propter notum facimus universitati vestræ quod nos considerantes tenuitatem victus quotidiani quo dicti Monachi in refectorio suo refocillantur potius quam sustentantur, ne sub diuturni laboris onere ex defectu nutrimenti succumbant. Pietatis affectu compatientes eisdem de consilio bonorum virorum gratiam eis facimus

 Episco-

Episcopalem, videlicet quod de cetero & in perpetuum quotiescumque Ecclesiam de Curte Sancti Stephani nostræ Diœcesis, in qua idem Abbas & Monachi jus Patronatus habere dignoscantur pro parte, vacare contingет, Abbas prædicti Monasterij qui pro tempore fuerit; idoneum sacerdotem scientem Gallicum, valentem & volentem residere. Archidiacono loci ad dictam Ecclesiam de Curte Sancti Stephani cum suo compatrono Dño videlicet Ottone *de Contrecœur* præsentabit. Qui sacerdos curam animarum & custodiam reliquiarum ab Archidiacono recipiet, & eandem Ecclesiam in omnibus procurabit tamquam investitus, Epis. ac Archidiacono, & Decano Jura sua de suo solvet & alia omnia faciet, ad quæ facienda de jure & consuetudine tenetur investitus. Ordinamus verò quòd memorati Abbas & Monachi Villarienses, omnes decimas grossas & terras dotales, hactenus ad investitum eiusdem Ecclesiæ quocumque jure pertinentes, sive novalium de terris de novo cultis, vel de cetero infra terminos prædictæ Parochiæ colendis, libere & plenarie recipient & possidebunt, & de prædictis decimis & terris sive pratis, solvent annuatim de horreo suo, quod habent apud Quercetum investito supradicto triginta modios siliginis & quindecim modios avenæ, ad mensuram Gemblacensem & quinquaginta cumulos straminis siligei & totidem cumulos de hordeo vel avena.

Dabunt ei insuper unam carratam fæni, quod stramen & quod fænum sibi in curru suo ad hospitium suum infra Parochiam deduci facient annuatim, præterea idem investitus tertiam partem oblationum, in omni specie provenientium ad suum altare, quemadmodum hactenus ibidem percipere consueverunt sacerdotes loci eiusdem, nec non legata ex testamentis decedentium sibi facta, & jura à baptisandis pueris & purificationibus mulierum & unctionibus extremis obvenientia. Insuper & eleëmosynas à suis Parochianis sibi factas, omnem quoque minutam decimam Parochiæ prælibatæ, solus habebit, & hac præbenda quæ secundum taxationem bonorum virorum ad valorem viginti duorum librarum monetæ Lovaniensis annui reditus vel amplius est æstimata, contentus, nihil amplius ammodo à Villariensibus petere vel requirere poterit idem investitus Omne vero residuum, quod ad supradictam investuram hactenus pertinebat in decimis sive terris vel quacumque alia specie, nomine eleëmosynæ conferimus & concedimus Abbati & Monachis prælibatis ad opus sui refectorij & ad meliorandum victum sive pitantiam fratrum pauperum in refectorio in perpetuum convertendum. Ita tamen quod nullo unquam tempore ad aliquos alios usus ex quacumque necessitate ullatenus convertatur, cum in hoc eorum consenserit Compatronus Dñus scilicet Otto ante dictus, ut autem prædicta perpetuæ firmitatis robur obtineant præsentem Cartam super hoc fecimus conscribi & sigilli nostri appensione roborari, inhibentes ne aliquis prædictam concessionem & ordinationem nostram ammodo infringere audeat, vel ei ausu temerario contraire, quod si qui procuratorum dicti Monasterij secus fecerint careant pitantia vini & piscium quamdiu id per eorum steterit procurationem vel neglectum. Actum & datum anno Dñi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, feria secunda post Quasimodo.

In Rescriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno M.D.XI. quarum authenticum asservo in meis Collectaneis, leguntur ista.

Curtis S. Stephani, integra Ecclesia, &c. valet lvj. modios speltæ, sub onere IV. Missarum in hebdomada. Bona consistunt in portione D. Abbatis Villariensis in aliqua parte decimarum parvarum loci & in anniversarijs.

Altare S. Mariæ Virginis ibidem &c. valet xij. mod. speltæ, in decimis terris & reditibus, sub onere duarum Missarum in hebdomada.

Altare B. Iohannis Baptistæ ibidem, &c. valet x. modios speltæ in terris & reditibus, sub onere duarum Missarum hebdomadatim.

Altare S. Nicolai ibidem, &c. sub onere unius Missæ in hebdomada, valet tres modios speltæ.

Infra metas. Est Capella Beatæ Mariæ in *Sarto Wilhelmi*, &c. valet vj. modios speltæ in terris arabilibus, sub onere unius Missæ in hebdomada.

Capella S. Mariæ Virginis in *Nerbain*, Rector est D. Ludovicus Ludovici deserviens personaliter sub onere duarum Missarum hebdomadatim, valet x. modios speltæ; Bona consistunt in terris arabilibus & decimis.

Infra metas; Capella de *Bello-Rivo*, &c. valet iv. mod. speltæ sub onere unius Missæ in quindena.

Ioannes B*londeau*, in suis Commentarijs de Gallo-Brabantia, accuratè describit hanc Toparchiam ut cætera omnia ideoque verba ejus dare visum.

Court St. Estienne avecq toutte Jurisdiction est tenu en fief du Chasteau & Comté de Namur, c'est un tres-beau Village & de Grande estendue contenant soubs sa Paroisse *Sart Messire Guillaume, Beaury, Sury, & Noirha*, qui ne composent qu'un corps quant aux charges publicques. Il at autrefois esté possedé par l'ancienne famille de *Donglebert*, un de laquelle ayant quitté le monde pour embrasser la vie Monasticque à Villers, ceda à l'Abbayé tous les droicts qui luy competoient en cet appenage. La premiere mention des Seigneurs que je trouve apres eux, est de l'an 1251. auquel Henry Evesque de Liege ordonna que les dismes & heritages qui appartenoient au Pasteur ou Investi, appartiendroient aux Abbé, & Religieux de Villers, & que l'Abbé avec Otto de *Contrecœur* lors Seigneur temporel & son Compatron, presenteroient un Prestre pour en estre pourveu: en sorte que les premiers Seigneurs que l'on en trouve, ont esté de la famille de *Wedergraet*, ou *Contrecœur* (qui est le mesme) desquels vivoit encor vers l'an 1300. Iean Sire de Contrecœur, Mirbeke, Court St. Estienne &c. estant à remarquer que depuis ce temps ceux de Villers furnissent à la competence du Pasteur, & que les Seigneurs comme Compatrons prennent possession de la Seigneurie par le son de la grosse cloche, & sont honnorez d'une chandelle de cire blanche d'un livre, que l'Eglise leur donne, à la Purification.

L'eglise

L'eglise est fort belle & ample située sur un eminence proche de l'Hostel du Seigneur & excelle sans doubte touttes celles de son viosinage, soit que l'on considere sa structure soit son embellissement interieur & exterieur, soit les beaux ornemens dont elle est pourveüe.

A son costé se voit la Chapelle de Nostre Dame qui est Castrale & fondée par les anciens Seigneurs, en laquelle est erigée la Confrerie du St. Rosaire, & à l'autre costé se voit une autre Chapelle dediée à l'honneur de S. Iean Baptiste. Le Seigneur du lieu confere le benefice de la Chapelle de Nostre Dame, & constitue les mambours & les deux Clercqs ou Marliers de l'Eglise: il commet pareillement le second Chapellain, qui suivant le Testament de Messire Lovis *de Provins*, faict l'an 1651. est obligé de tenir escole & cathequiser Festes & Dimanches, ayant ledit Seigneur legaté des destributions de pain aux pauvres qui frequentroient le Cathechisme.

En laditte l'Eglise reposé un fierte d'ancienne structure couvert de lammes d'argent, ayant dans ses niches des images relevées en bosse, auquel se conservent des Reliques de St. Estienne Patron du lieu, St. Pierre, St. Laurent, St. Gertrude, St. Tecle, & une parcelle de la Vraye Croix de Nostre Sauveur, qui se voyent au travers d'un crystal de roche, & sont visitées en grande devotion.

En ce lieu se vient rendre la Riviere du Thil, laquelle conserve son nom, quoy qu'aggrandy des Rivieres de Genappe & de Mont St. Guibert, & c'est jusques à là, qu'on l'a pu rendre navigable passé quelques années en ça.

Apres les familles, dont nous avons faict mention cy-dessus, il semble que cette Terre at esté partagée, veu qu'en suitte des anciens denombrements, elle at esté possedée par les remanans de Daniel *del Werde*, de Gerard de *Berchem*, & de Guillaume de *Stalle*, qui ont possedé des grands biens: mais comme je n'ay pu tirer des lumieres suffisantes pour m'esclaircir la dessus, je me contenteray de marquer que Cornil *Brant* Seigneur d'Olmen, fils d'Arnould Seigneur de Grobbendonck, espousa Anne de *Genville*, & procrea Arnould Brant qui acquist par achapt la Seigneurie de Court St. Estienne du Sr. George *del Barre*; ledit Arnould d'Isabeau *Cloet* sa femme engendra Barbe Brant, Dame de Court St. Estienne, par la morte d'Antoine & de Charles ses freres, laquelle ayant esté alliée à Cornil *de Lathem* procrea Charles de Lathem Seigneur du mesme lieu allié à Ieanne *Schooff*, mais comme il est venu à mourir sans enfants.

Loüis de Provins fils, de Catharine de Lathem, Sœure dudit Charles y à succedé, lequel mourut aussi sans enfants.

Auquel a succedé Damoiselle Anne vander Ee fille de Maximilien vander *Ee*, & d'Anne de Provins sœure dudit Loüys. Laquelle a donné la Seigneurie de Court S. Estienne par un don gratuit en contract de mariage à son Cousin le Seigneur moderne Charles Hyachinte de *Varick*, fils du Viscomte de Bruxelles, Marckgrave d'Anvers.

Cette terre consiste en plus de deux cent bonniers tant bois que terres labourables & prairies.

Item avec laditte terre se relevent le Chasteau du Seigneur & deux cent chappons de cens Seigneuriaux, Le droit du x. denier des congez & un moulin bannal &c.

Dependent aussi de laditte Seigneurie xxxij. arriersfiefs.

Le susnomé Cornil de Lathem at acquis du Duc de Brabant la haute, basse & moyenne justice, sur lxxiij. bonniers des *Francqs Alloux*, situez en l'hammeau nommé *Wisterse* se relevants en arrierfiefs du Seigneur de Court qui les releve en un plain fief de la Cour Feodale de Brabant.

J'ay lu dans un viel registre de la Cour de Lothier. *Cour St. Estiene* pour la haulte Justice Saulff une partie qui est au Comte de *Salm*, en laquelle sa Majestè a seulement la Souveraineté.

CAPVT XLIV.

De Dominijs Beaury & Sury.

B*Eaury & Sury*; de his locis scribens Gramaius, in præfectura Montana, ita fatur: Locus *Belli* & *Superi rivi* Glymæos & eorum posteros Walhaini hæredes Dominos, majoris justitiæ compotes agnoscit. Alibi sunt & villæ & prætoria à gentilibus *de Barre*, *Berchem*, *Stalle*, possessa & transmissa. Hactenus Gramaius. Porrò, vide capite præcedenti, Rescriptiones Curatorum, Anni M. D. XI.

Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, eorum quoque meminit, his verbis:

Beaury & *Sury*, sont Seigneuries separées souz la Paroisse de Court St. Estienne, & appartiennent aux Seigneurs de Walhain.

Dans la commemoration des Bienfaiteurs de l'Abbaye de Villers, je trouve *Henry de Biaulrin* fils d'*Henry de Beaulrin* Bailly de Brabant.

CAPVT XLV.

De Monasterio Nerbain seu Noirba destructo.

FAma tenet, sed fama tantum, cui seniores loci hodieque inhærent, Monasterium monialium olim fuisse in *Nerbain* seu *Noirba*, monstranturque Cœnobiticæ habitationis aliqualia vestigia, licet obscurè videantur superesse, templique rudera, ex opposito Toparchiæ de *La Motte*; porrò bellorum malis desertum destructumque Monialibus paulatim emortuis aut alio translatis, tandemque prædijs à vicinis occupatis, spes nulla restaurationis apparet. Cujus autem instituti fuerint hactenus me latet.

Joannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribit Abbatiam Villariensem, de spolijs dicti Monasterij suam quoque partem cepisse, inibique non pauca ex schedis & monimentis ejus latere, inquirendum utique. Verùm, cùm in Rescriptionibus Curatorum productis capite præcedenti, à ducentis ferè annis concinnatis, non habeatur nisi *Capella S. Mariæ Virginis in Nerbain*, diu admodum excisum remur dictum Monasterium, si unquam inibi extitit, nam certiora documenta non suppetunt.

CAPUT XLVI.

De Dominio & Pago Villeroux.

V*Illarufa* antiquitus Leodiensium leges secuta. Plures agnovit Toparchas quibus eodem tempore dominata, à singulis pro parte, interque eos numerantur Balduinus Glimæus, Henricus de Villeroux, & Orbasij Dominus.

In medio Chori Ecclesiæ, visitur tumulus, cum incubante simulacro armati Equitis & hac epigraphe:

Chy gist Enguerrans de Villeroux, & Dame Rigorde. . . . . .

Cætera fugentibus litteris legi non possunt.

Gramaius de hoc pago commemorans, *Præsentante*, inquit, *Santrainij Commendatore gaudet Pastore crucifero Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani.*

In foro plures numerans Domicellos; è quibus gentiles à loco nomen sortiti fuerunt adhuc anno 1518.

Orbasius Toparcha, Salmensis Comes aliique aliquot suas cum senatu curias solent habere.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatur:

Souz *Villeroux*, il y at la Cour de Nostre Dame de *Villers*. Item la Cour *d'Orbais*, celle de *Castilon* & celle de St. *Pierre*, appartenante à l'Abbaye de Gemblours. L'an 1630. le Roy exposa la hauteur en vente.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. habetur.

Villeroux quarta Capella. Rector est frater Johannes de Donglebert, valet xxvj. modios speltæ.

Altare B. Nicolai ibidem &c. sub onere unius Mis. in quindena valet duos cum dimidio modios speltæ.

CAPVT XLVII.

De Dominio & Castello Bierbais.

B*Irbacum*, inquit Gramaius, *Hevillerij appendix & cum eo Helechimensis Abbatiæ alumnum Evangelistam agnoscens. Hoc quantum Codex Feudorum cognominis in Brabantia Baronatus meminit, semper penes Walhainij Toparchas fuit, veteri instructum arce, unde plerumque opinio fuit* Bibractum *Cæsaris esse.* Hæc de loco hoc Scriptor ille, quem equidem miramur, *Bibracte* opidum Heduorum in Celtis, hoc in tractu invenire velle.

Idemque Scriptor agens de Bierbeca in agro Lovaniensi, ita fatur: *Beneficia* Bierbecæ *sunt Dominia Gallicanæ Brabantiæ* Bierbacum, *Waysium, Longicampi, & alia alibi.*

Viguerunt olim gentiles cognomines de *Bierbais*, ex quibus recensentur in Trophæis Brabantiæ sub Ducibus Godefrido primo & secundo, pag.116. Henricus Dominus de *Bierbais* cum fratre Guilielmo; quem Henricum eundem esse reor, cujus mentio fit ad annum 1217. in Codice tabularum Prioratus Wavriæ, his verbis:

verbis : *Henricus de Biriais vir nobilis & strenuus* &c. temporis enim ratio aliaque consentiunt, & persuadent.

Sub Duce Godefrido III. pag.140. Henricus, Gerardus, Michaël de *Bierbais* fratres. Sub Henrico secundo pag.250. Walterus Dominus de *Bierbais*.

Monuerim hîc, legi quidem in diplomate Henrici primi quo benefacit Monachis Villariensibus, vulgato ab Auberto Miræo in Notia Ecclesiarum Belgij cap.CLXXII. *Wilelmus de Birbais, Godefridus & Walterus frater eius.* Sed errore suspicor describentis aut ignavia typographi expressum *Birbais* cum esse debeat *Bierbeke* uti habet Christophorus Butkens sub Henrico primo Trophæorum lib.4. pag. 221.

Cæterum, seriem Dominorum de *Bierbais*, *Hevilers & Zuffery* habe lector ex Codice Feudorum *Bierbekæ* Baronatus, à quo Dominium *Bierbais* de quo agimus feudalitio jure dependet.

*Exstract vanden denombremente vande Heerelijckheden van Birbais, Heviler, ende Zuffery mette successive Mannen die de selve Heerelijckheden hebben verheven, respectivelijck getrocken uyt het Leen-register van Bierbeeck, dependerende vanden Leenhove van Aerschot, ten selven Register aengeteeckent fol.*6.7.8.9.10.11.12.13. *ende* 14.

ITem Bauduwyn van Glymes, es Man, ende heeft ontfangen sijne Slote ende Huyse geheeten *Bierbay*, alsoo dat besloten ende gelegen es inde Prochie van *Heviler*, houdende ontrent een boinder luttel min oft meer regen. aen die Rivier loopende te Mont Saint Wybeert weert ter eenre syden, ende ter andere syden aenden wech aldaer, met eender Banmoelen, gelegen voor 't selve Huys daer die van *Vileer*, ende meer andere schuldich sijn te malen.

Item een vry camme gelegen indie plaetse geheeten Rueckaert.

Item ontrent viertich boinderen winnens lants inde voorsz. Prochie ende daer ontrent in vueele velde gelegen met thien boinderen bempden inde selve Prochie gelegen, de welcke die van *Heviler* sijn schuldich te bevredene, te mayene, ende te tastene in't voorsz. Slot van *Bierbays*.

Item een boinder, ende een halft waters gelegen voor die poorte vanden voorsz. Slote.

Item onderhalft boinder boegaerts aen 't selve Huys gelegen.

Item twee boinderen ende een halft bossche geheeten Muytsaert Haytté, metten Waranden alsoo dat by den voorsz. Huyse gelegen es.

Item noch eenen boscht geheeten Byekelines houdende metter heyden, ende Woestynen ontrent hondert boinderen mette vryer Waranden.

Item hondert xxviij. capp. xvj. oude grooten vij d. goetgelts, negentich tournoese, xxxvj. schell: borsgelt, vallende te Kersmisse inde Prochie van *Heviler*.

Item vier capp. twintich hinnen, vier ouden grooten vallende te Kersmisse tot Neusaert,

Item xlix. capp. dry quartier xxxix. oude grooten en vij. d. Lov. dry tournoise. twee oude motoenen, vier d. borsgelts vallende te Kersmisse te *Zuffery*.

Item noch inde selve Prochie van *Heviler* vallende te halft Mey, te Sint Iansmisse, ende te Bamisse xv.^c lxij. tournoise ende xij. schell.

Item te *Zuffery* te Sint Iansmisse, ende te Remegymissen xxviij. oude grooten xvij. d. twee tournoyse, een oude myte.

Item lxxxviij. plecken opden even chys, dats te weten op elck sister haveren dry plecken.

Item in even chyse tot *Heviler*, *Zuffery* metten toebehoorten vallende te Kersmisse xxxiij. mudden onderhalft stier even, der maten van Waver, mettet Heerelijckheyt te *Heviler*, *Zuffery* ende haeren toebehoorten met dry volle Leenen, ende viertich gespleten Leenen, diemen vanden voorsz. Bauduwyn Glyms uytter voorsz. Heerelijckheyt houdende es.

Item dit voorsz. Leen heeft ontfangen Heer Ian *van Halen* Heer *van Lillo*, tot anderen tyden by Heeren Loduwijck tyde van *Harcourt*, soo sijn brieven daer af spreken, ende des gelijcx es hy Heer Ian voorsz. te handen ende te monde come met hulde, ende eedt van trouwen, des leste daeghs in Meerte anno 1446.

Item 17. daegen in Junio anno 1453. heeft Iouff. Lysbette van *Glymes*, dochter wijlen Boudewyns van *Glymes*, ontfangen by doode haers Vaeders dat voorsz. slot ende huys geheeten *Bierbays* metter Heerelijckheyt ende allen sijnen toebehoorten gelijck dat gelegen is inde Prochie van *Heviler*.

Op den 10. dach van Meerte anno 1447. heeft Christian *uyten Zuwanne* Heeren van *Sombeke* ontfangen by doode Heeren Ian *van Halen* Ridders Heer tot *Lillo*, van myn Heer van Croy t'lant ende Heerelijckheyt van *Heviler* met allen sijnen toebehoorten.

Op den selven dach Jaer ende Maent voorsc. heeft de selve Christiaen opgedragen de voorsz. Heerelijckheden tot behoeft van Guillaume *Swanne* Heere van *Walssioue* ende *Lembeke* &c.

Op den 8. Augusti 1477. heeft Philips *uytten Swanne* naer doode Guilliams *uytten Swanne* sijnen Vader verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 13. November 1495. heeft den Edelen Heere Heer Ians *van Berghen* Heere tot *Berghen opden Zoom* ontfangen de voorsz. Heerelijckheden naer doode van Heer Ians van Berghen sijns Vaders.

Op den 21. April 1521. heeft den voorsz. Heer Ian vanden Berghen opgedragen de voorsz. Heerelijckheden

heden tot behoef van Heer Anthonis vanden Berghe Riddere Heere van *Waelheyn*, ende van vrouwe Iacquelyne van *Croy* van *Porceam* sijne mede gesellinne.

Op den Iersten December anno 1529. heeft Ionker Ferry van Lannoy Heere van Fresnoy ende Iouff. Catlyne Monesteyn sijne Huysvrouwe ontfangen de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 12. Meert anno 1545. heeft de welgeboren ende mogende Vrouwe Vrouwe Iacquelyne de Croy weduwe wylen des mogende Heere Heer Anthonis vanden Berghe tot behoef van Heer Ians vanden Berghe naer doode des voorsz. Anthoens vanden Berghe verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 7. November 1561. is totte voorsz. Heerelijckheden uyt cracht van seker procuratie onderteeckent by Meester Peeter Middelborch Greffier vanden Leenhove van Brabant gecomen Heer Lowies vanden Berghen Grave van Waelhem.

Op den 11. May anno 1563. heeft Heer Ian Merckgrave van Berghen op den Zoem, Grave van Walheym, Riddere vande Ordre vanden Gulden Vlies &c. verheven de voorsz. Heerelijckheden by doode vanden voorsz. Ioncker Lowies vanden Berghen.

Op den voorsz. dach maent, ende Iaere, heeft de voorsz. Heerelijckheden oock verheven, den Eerw. Heere Heer Robrechts vanden Berghen Biscop van Luydick, Hertoge van Boillon, Grave van Loon &c.

Op den selven dach maent Iaer als voor, heeft den voorsz. Heere Robrecht vanden Berghen Biscop van Luydick getransporteert de voorsz. Heerelijckheden tot behoef van Heer Ian Merckgrave van Berghen op den Zoem.

Op den 19.Augusti 1586. heeft Heer Ian van Withem, Marquis van Berghen, Grave van Walheym, Heere van Beersel &c. als Man ende momboir van vrouwe Margarita van Merode dochter Ians van Merode ende van vrouwe Mencia van Bergen Suster wylen Heer Ian vanden Berghe by doode des selfs Ians verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 2. Meert 1592. heeft Iouff. Maria Mencia van VVithem, outste dochtere vanden voorsz. Heere Ian van VVithem, naer doode des selfs Ians ende vrouwe Margrita van Merode sijne Huysvrouwe voor soo vele alst recht vermach oft in Susterlijcke deylinge te Leene verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 23 October anno 1613. heeft Iouff. Maria Elisabeth Marquise van Berghen op den Zoom naer doode vrouwe Maria Mencia in haeren tyt Marquise van Berghen op den Zoom haere Moeder te Leene verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 13. December 1636. heeft vrouwe Ernestine de VVithem Marquise van Berghen naer doode vrouwe Maria Elisabeth de Berghes op den Zoom als naeste erffgenaem des selfs Elisabeth te Leene verheven de voorsz Heerelijckheden.

Op den 12. November 1657. heeft vrouwe Beatrice de Cusance Gravinne van VValhem &c. naer doode van vrouwe Ernestine de VVithem Baronnesse van Bauvois, te Leene verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den selven dach maent ende Iaere voorsz. heeft de voorsz. vrouwe Beatrice de Cusance Gravinne van VValhem de voorsz. Heerelijckheden, ende goederen (uytgenomen den grooten bosch genoempt *Byekelinis* mette VVaranden vanden selven Bosch) getransporteert ten behoeve van Sr. Gabriel *Le Febvre*.

Dese Gecollationeert tegens den voorsz. denombremente, ende Manen van Leene is mette selve accorderende. *Quod Attestor*, Francisc. van Buggenhoudt Greffier 1691.

CAPVT XLVIII.

De Dominio & Pago Hevillers.

Hevillers eiusque appendix *Bierbais*, loca semper accensita Comitatui de VValhain, donec 12. Novemb. anni 1657. Beatrix *de Cusance*, VVaveræ & VValhainij Domina, Caroli Lotharingiæ Ducis, uxor secunda, transcripsit *Gabrieli le Febvre*, uti patuit capite præcedenti, cujus filius Iacobus *le Febvre* illa in præsentiarum possidet.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. habetur.

Hevilleir dimidia Ecclesia. Rector eius est frater Adam Gerardi Canonicus Regularis monasterij Hellenchinensis Ord. Præmonstrat: deservit personaliter sub onere demidiæ Ecclesiæ, valor eius xxx. mod. speltæ.

Altare SS. Crucis & Nicolai, Rector eius est D. Iohannes Kynon deserviens personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada valetque sex modios speltæ.

Denique, me legisse memini in schedis computuum Comitatus de *Walhian*, verba ista.

Les terres & Seigneuries de *Bierbais, Hevillers, Villeroux, & Zusery*, ayans toute Justice, haulte, moyenne & basse, faculté de pouvoir constituer, Bailly, Mayeur, & Eschevins, & collation d'une Chapelle Castrale audit *Bierbais*, droict de congé, Chasse, pesche, franche taverne, moulin bannal avec les edifices & prairies en dependantes &c.

CAPUT XLIX.

CAPVT XLIX.



Castellum Walhain

De Dominio, Comitatu & Pago VValhain.

W*Alhainij* deſcriptionem dabimus non noſtris ſed Gramaij verbis, prætermiſſis ſuperfluis quæ de etymologia nominis ſcripſit:

Caſtrum Valhainij vetus eſt, duplici cinctum foſſa, à Marchione Berghenſi magnifico opere cœptum reparari.

Ita loci genio munitum, ita fidei Deo Ducique datæ & debitæ tenaces habens incolas, ut exiguo adjuti præſidiariorum Namurcenſium numero, his iniquis temporibus & Bruxellenſium & alias rebellium manus evaſerint, conatum eluſerint.

Peculium fuit olim Illuſtris, ſi quæ apud Gallo-Brabantos fuit, familiæ: unde ferè ſemper obſervo aliquos Ducum lateri adhæſiſſe, & bellis tam Sacris quam profanis inſignem navaſſe operam.

Primum ejus generis invenio Jacobum, ante annos fere quingentos ampliſſimam in hoc tractu hæreditatem ad filios tranſmittere. Quorum alter Corbaci, alter Bolerij, tertius & natu grandior & ejuſdem cum patre nominis Valhaini Dynaſta factus eſt, ſocero Ottone de Dommartin, Warfuſææ Toparcha, dives plurium extitit pater liberorum, Guilhelmi, & Arnoldi & aliorum. Alterutrius filius fuit Arnoldus Gener Guilhelmi Hemricurtij. Cui hæres filia Joanni Loſſenſi Arnoldi Comitis ex fratre nepoti dynaſtæ Agimontio nupta dotale attulit Valhainium, relinquens cognominem marito filium avitæ patriæque hæreditatis poſſeſſorem, & ducta Baronis d'Aishove & Herines unica hærede ex ſtemmate Gaverorum nobilem. Hujus Joannis breve ſtemma ſubjungam, ut ex eo pateat qualiter Valhainij Dominium in alias ſtirpes devenerit.

Ioanni II.

Ioanni II. Lossensi Dynastæ Agimontio hæredes fuerunt.

Isabella quæ Ioanni Rochefortio dotem attulit Agimontium, Aishoviam, Herines æqualiter in filios divisam.

Ioannem Rochefortij & Agimontij D. ex felicitate D. d'Oupey & Herstal patrem. | Theodorum. | Razonem.

Ioannis qui gener fuit Hugonis D. d'Aleyn, Senescalli Luceburgensis.

Maria altera Ioannis filia Theodorico Toparchæ de Seraing elocata Walhainium obtinuit duarum mater filiarum.

Ioannæ quæ Gerardo Anghiano D. d'Havrez & de Bievene dotem attulit Serainium & Warfesæam.

Mariæ, quæ Engelbertum Marcanum Lovervallæ Dominum maritum habuit. Et Valhainum cum & post maritum possedit.

POst mortem Engelberti Mercani Ioanna ex impari conjuge Ioannis Brabantiæ Ducis neptis nupta Ioanni à Glymes inter alia Valhainium dotale attulit, si historijs & Heutero fides est.

Cæterum feudalis codex decreto oppidi Bruxellensis tradit Antonium de Glymes secundo-genitum Ioannæ id obtinuisse. Anno 1434.

Hoc constat ex eo tempore penes Glymæos & hæredes Bergarum ad Schaldim Dominos Walhainium perseverasse, & ferè secundo-genitum peculium.

Nuper Comitatus titulo insignitum cum in Marchionatum Bergæ eveherentur. Cui septemdecim vario titulo jam ante acquisiti pagi subjiciuntur.

Hoc pulchrum videtur, Dominos hos triplicis semper Justiciæ participes, regalis Abbatiæ, Gemblacensis & Cœnobij Lerinensis Advocatos à Ducibus electos.

Dominium hoc in stirpibus Comitum semper ferè in filiorum naturalium Brabantiæ Ducis diversis stirpibus ter conquievisse, à duobus possessum Episcopis, à pluribus Marchionibus, tandem in amplum & divitem desijsse Comitatum.

Quoad rem sacram ea tota à patrono Comite dependet, ut pote ejus fundata auctaque beneficio.

Est præter Parochialem Castrale & re, & nomine sacellum titulo sancti Sepulchri, Credo ob memoriam, Sacræ expeditionis à Dominis susceptæ.

Sunt & alia sacella septem. Ex quibus est ad orientem vetus titulo & miraculis Deiparæ ante annos 100. frequentatum, sacro sub Virginis tutela ornatum sodalitio, in quod prope proculque dissiti sua solent dare nomina; quod licet ad stuporem omnium nuperos Iconoclastarum evaserit furores vetustate tamen vitio casui vicinum, nuper ex liqueo in lapideum opera G. Mieulx Decani Gemblacensis & piorum eleëmosyna transformatum est.

Ex altera pagi parte ad sylvam quæ verum à Cuniculis nomen induit, ad honorem & exemplum Otrodromi Baptistæ sacellum est, & Heremita unus, cui hebdomadariam stipem ab antiquo largiuntur vicini Walhainienses.

Hactenus Gramaius; Porrò ne quid à nobis desideretur, dabimus quoque ea quæ de *Walhanio* leguntur in Prœlio *Woringano*, quod Latino & heroico carmine expressit V. N. Franciscus Dongelbergius anno 1640. teste Val. Andrea in Bibliotheca Belgica.

Terra dicta Walhain sita in Gallica Brabantia, potentes olim habuit Dominos, qui inter Brabantica vexilla seu Barones annumerati fuerunt, ut belli hujus Woeringani descriptio ostendit, in Diplomate Othonis I. Imperatoris, quo anno 922. Monasterij Gemblacensis possessiones confirmat, traditas à S. Wiberto, enumerat inter alia loca, in Comitatu Darnuensi, medietatem villæ Curtily dictæ, ac medietatem villæ Walahain dictæ. Advocatia prædicti Monasterij, ab eodem Imperatore collata fuit Lamberto Comiti Lovaniensi anno 948. conditione adjectâ, quod nunquam præter unum sub-advocatum possit habere, pertinet autem hæc subadvocatia, ad Dominium de Walhain, quod postmodum Comitatus titulo fuit insignitum, per Carolum V. Imperatorem, Ducem Lotharingiæ, Brabantiæ, &c. annexis eidem, ad condignam fastuoso nomine amplitudinem, Dominijs de Glymes, Opprebays, Wavere, &c. Sed hujus postea obtenta fuit separatio. His breviter prænarratis, antiquitatis latebras, quà licet, discutiamus: primus autem quem in illis detego, est Arnoldus Dominus de Walhein, qui vixit anno 1199. Reliquit Iacobum, Dominum insuper de Bouleir, aut Bonlez, & tertium Dominum de Corbays, ex secundo prodiere Ægidius, Orolius, & Iacobus milites, qui plurimarum familiarum authores fuerunt, in Gallica Brabantia, quas diversa nomina & insignia distinxerunt, ut Rupemont, Bommale, Bouleir, Bossuyt &c. Primus autem Iacobus, ex filia Domini Othonis de Dommartin reliquit Arnoldum Dominum de Walhein, celebrem in Prœlio Woeringano anno 1288. Cum filio suo Godefrido, qui gravi hoc militiæ rudimento conquassatus, in reditu obijt. Godefridi hujus fratres fuerunt Otho & Wilhelmus, Arnoldus item miles, Dominus de Walhein & Agimont, qui ex filia Wilhelmi de Hemericourt, reliquit filiam hæredem, nuptam Ioanni de Loz, de quo alibi ita inveni annotatum: Dominus Ioannes de Agymont, frater Comitis Lossensis, obijt in Italia, comitatus Henricum Lutzenburgum Imperatorem anno 1310.

Henri-

Henricus de Walhein miles, Dominus de Viller-Perwyn & de Vaulx anno 1339. cujus ex prænominatis sit filius aut nepos non reperi: reliquit ex Domina Catharina de Wynegem, filia Domini Ioannis militis, sua uxore, Aleydem uxorem Domini Rasonis de Montenaken, Heylwigem de Walhein, primis nuptijs uxorem Waltheri Leonis, à quo Ioannes Leo miles: secundis autem nuptijs, uxorem Wilhelmi de Chastre militis, à quo Theodoricus & Wilhelmus de Chastre, Elizabeth de Walhein, Canonicam in Mabeuge, Lancelotum denique & Henricum de Walhain, milites, vixere simul omnes anno 1359. Qui Lancelotus, postea fuit nominatus Ioannes, dictus Lancelot de Walhein, reliquit Henricum militem, à quo prodijt Ioannes de VValhein, maritus Domicellæ Catharinæ Hinckart: vixere anno 1469. Visuntur utriusque insignia, in vitrea, quam dederunt in choro Ecclesiæ de Huldenberge. *hæc ibi.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur.

Walhain dimidia Ecclesia &c. valet xviij. mod. speltæ. sub onere dimidiæ Ecclesiæ.

Altare S. Georgij ibidem &c. sub onere duarum Missarum. valet xiij. mod. speltæ.

Altare Mariæ Magdalenæ ibidem &c. sub onere unius Mis. hebdomadatim. valet vj. mod. speltæ.

Altare S. Nicolai ibidem &c. valet iv. mod. speltæ sub onere unius Miss. in hebdomada.

Rescriptiones Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. de *Sart lez Walhain*, per ignaviam typographi prætermissæ, quando de loco illo egimus, hîc exhibentur.

Sartum juxta Walhain quarta Capella &c. valet xxj. mod. speltæ.

Altare SS. Mariæ & Nicolai ibidem &c. Valet v. mod. bladi sub onere unius Mis. in quindena.

Cæterum, Aubertus Miræus in Chronico Belgico scribens ad annum 1533. Carolus V. Imp. (ait) Genua, quò 28. Martij pervenerat, solvens, in Hispaniam navigat, ad uxorem visendam. Idem Genuæ existens *Philippum Croyum* ex Marchione primum Arschoti Ducem & Rentiaci Marchionem creavit; tabulis ibidem mense Aprili conscriptis: Barcinonem cùm appulisset, *Antonium Bergium*, eodem mense Aprili Comitem de Walhain à se Genuæ creatum, subsequente mense Maio renuntiavit Marchionem Bergizomensem. *alij* 1532.

Præclaram hanc Dynastiam in præsentiarum possidet Carolus Princeps Vaudemontanus cui Reip. bono longævam præcamur vitam.



LIBER IV.

Continet Præfecturam Hulpensem, *vulgò* TER-HULPEN.

CAPUT I.

De Dominio & Municipio Ter-Hulpen.



SYlva *Sonia*, Brabantiæ maxima, præaltis densisque fagis alijsque arboribus umbrosa & amœna. Idcircò in ea, tot præclara condita monasteria, à Brabantiæ Ducibus in dilitijs habita, inter quæ eminent, *Viridis-Vallis*, *Septem-Fontes*, & *Rubra-Vallis*, de quibus in tempore memorabitur.

Ad Orientalem hujus saltus plagam, tribusque Brabantinis à Bruxella milliaribus, situm municipium *Ter-Hulpen*, cujus Parochiale templum antiquitatem loquitur.

Dominium loci attinet ad patrimonium Principis, Decima vero, ex ejus dono, ad Ecclesiam D. Gudulæ Bruxellensis, & Monasterium Affligemense, Ordinis S. Benedicti. Videatur Miræus in Not. Eccl. cap. c. xc. viii. Vicus in Geographicis tabulis dictus *Gallemart*, appendix Hulpensis Parochiæ.

Meminit hujus loci in Descriptione Belgij Ludovicus Guicciardinus, his verbis: *Hulpen è vicina una lega à Overische, è tre è mezzo di Brusselles: ha una bellissima Chiesa Collegiale.* Porrò seniores loci docuerunt nos, à majoribus suis nunquam de Collegiata Ecclesia quicquam audivisse.

Gramaius autem, hæc prodit: *Hulpenum & amplæ jurisdictionis & primæ famæ hic loci municipium, ab Henrico Duce, nisi fallor, oppidi jure donatum, certè ante annos ter-centum inter oppida solitum ad Comitia vocari, & chartis subscribere. Forum habet singulis Martis diebus.*

Sunt in hoc tractu plures molæ, ubi ex pannis, ad nihil utilibus charta conficitur.

Nec reticendum vulgatum Chronicis, hic olim natam & enutritam *Iohannam Hulpensem*, quam nulla ætatis suæ, pulchritudine corporis vicit, quamque Ioannes tertius Brabantiæ Dux deperibat. Meminit prolium eius, Christophorus Butkens lib. IV. Trophæorum Brabantiæ, pag. 448. 449. & 450. his verbis: Arnou Bastard de Brabant dict *Vander Hulpen* (né d'une fille de ce surnom) sa sœur la Duchesse Ienne luy donna le moulin nommé *Berch-Molen* &c. citatque ad marginem *Specht-boeck* fol. 189.

Henry Bastard de Brabant dict aussy *Vander Hulpen* frere du precedent d'un ventre, est mentionné audict registre, entre les hommes feodals de la Duchesse Ienne. citatque ad marginem *Specht-boeck* fol. 212. verso.

Margarete Bastarde de Brabant surnommée *Vander Hulpen* (pour estre née d'une fille de ce surnom) fut premierement mariée à Bernard *Vander Spout Sire d'Overische*, de qui elle laissa Bernard & Engelbert *Vander Spout* & autres enfants, desquels est descendu une ample & belle posterité, & en second lict ceste Dame fut espousé de Wauthier *de Melin*, de qui elle estoit vefve en l'an M. CCC. XCIV. Le Ducq son Pere luy donna six mille florins, comme les lettres susdictes de l'Empereur Charles IV. contiennent.

CAPVT II.

De Dominio & Municipio Braniæ Allodialis.

B*Rania Allodialis*, Præfecturæ Hulpensis municipium maximum, atque Dominium vetus, semperque clari nominis habuit dynastas, possediturque iamdudum à Principe Lotharingo. Parochiæ ambitus facile sex horarum est. Ecclesiæ, inque ea altaris S. Nicolai, Collator Capitulum Cameracense, ac pro majori parte decimator, porrò jus suum à *Braniæ* Domino relevare tenetur, ad quem quoque spectat decimarum pars non exigua, uti etiam collatio Altarium Divæ Virginis, & S. Stephani. Decimant præterea Braniensem agrum, loci Parochus, Capellani Altarium B. Mariæ & S. Stephani, Hospitale, Monasterium monialium de *Ierico*, & Abbatia Camerensis. Ast decimæ, quas Capitulum Cameracense Braniæ possidet, non uno tempore, eodemve authore acquisivit, videlicet ab Henrico Lotharingiæ Duce, anno M. C. XCVII. à Thimero de *Rogenies* anno M. CC. XX. & à quodam alio, uti constat ex diplomate erectionis Capellaniæ Castrensis. Facta anno M. CCC. XCV. quæ fundata est super decimam Cameracensium. Horum fidem facient, diplomata

mata quæ subjungimus ? magno labore & industria, ex monimentis Ecclesiæ Metropolitanæ Cameracensis, accepta. Quoniam non facile in Clericorum & Monachorum monimenta patet prospectus.

Ioannes Baptista *Gramaye* hujus loci meminit, his verbis. *Brania Allodialis, ad fauces sylvæ Sognesiacensis, fertili agro constituta, Ecclesiæ Cameracensis clientela in sacris, in foro* Wittemiorum *(inclyta ex naturali Ducum semine originem, & specioso ultra Mosam castro nomen refert familia) Toparchia, jam inde ab Henrici* Wittemij *tempore, qui id à Principe obtinuit supremæ jurisdictionis titulo honoratum & pluribus auctum Privilegijs an.* 1482.

Inter prima Brabantiæ Gallicantis loca recenseri solita, oppidi jure donata à Ioanne Duce, nundinas suas habens singulis septimanis incidentes in diem Martis &c.

Porrò, quæ tradiderunt Guicciardinus, Gramaius, alijque secuti Brabantinorum & Hannonum Annales, derivantes à *Brenno* Gallorum Regulo, Etymologiam *Braniæ*, ea ingeniosè magis opinor proferri, à novorum interpretamentorum avidis, quam ex vero. Trita enim hæc est, & regia via, in primis conditoribus indagandis, de regionis urbisue prisca voce, cognominem aliquem invenire, qui dicatur loco nomen indidisse.

H. Dei gratia Dux Lotharing. tam præsentibus quam futuris in perpetuum noverit Universitas vestra: quod cum essemus in procinctu peregrinationis nostræ; post omnes quæstiones, inter nos, & Ecclesiam Cameracensem, super altaribus de *Brana-Allodio*, & *Isca*, diutius habitas, & tandem nostræ voluntati relictas, per interventum Dñi Remensis, & virorum Religiosorum Claraevallensis & Igniacensis Abbatum, & hominum nostrorum, Altare Ecclesiæ de *Brana*, quæ sita est in allodio nostro, & quidquid in illo juris habebamus, Ecclesiæ Beatæ Mariæ Cameracensis, titulo eleëmosynæ ob remissionem peccatorum nostrorum, & uxoris nostræ Matildis, & prædecessorum nostrorum liberaliter contulimus. Hoc tamen tenore quod singulis annis Ecclesia Cameracensis, Ecclesiæ Remensi solvet, centum solidos sterlingorum, in de positione Beati Martini, ob anniversarium *Alberti* fratris nostri, piæ memoriæ, Leodiensis Episcopi, & prædecessorum nostrorum, & nostrum. Ad hæc Decanus præfatæ Ecclesiæ, tenetur nobis, & successoribus nostris, *hominium* præstare, in recognitione Allodij nostri, & eleëmosynæ, à nobis sibi collatæ: præterea in dote Ecclesiæ illius, ad proprios usus nostros quinque bonaria terræ, de concessione Ecclesiæ Cameracensis, cum placuerit nobis, retinebimus; ita quod eadem nullo titulo, nec nos, nec successores nostri, alicui nisi Ecclesiæ jam dictæ, conferre poterimus. Ecclesia etiam sæpè dicta, quidquid juris habebat, in Altari de *Isca*, liberè resignavit, & nostræ reliquit voluntati. Dñs insuper Archiepiscopus, & Ecclesia Cameracensis Dñm Episcopum Cameracensem, ab injusta impetitione dictarum Ecclesiarum, de cetero compescent. Ut autem hujus eleëmosynæ largitio, rata perseveret, sigilli nostri impressione, & testium subscriptione confirmavimus. &c. Actum Remis anno verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense Junio.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis M. Præpositus. A. Decanus, & quod cum eis est Beatæ Mariæ Cameracensis Capitulum. Omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nobilis mulier *Helvidis* Bruxellensis dicta Castellana, de consensu nostro acquisivit quandam decimam, quam Wicardus laicus de *Merebrania* tenebat in Parochia nostra de *Brania*, ad opus Capellaniæ suæ, quæ instituta est, in Ecclesia Beati Stephani, de eadem Brania, pro anima Franconis filij sui ibidem sepulti. Ita tamen quod prædicta Castellana, & eius successores, Capellanum dictæ Capellaniæ eligent, & eundem Capitulo nostro investiendum præsentabunt. Capitulum verò si idonea fuerit persona, investituram illius beneficij referet præsentatæ. Quod si forte idoneam personam non præsentaverit, Capitulum ipsam poterit refutare, præsentator verò alium idoneum præsentabit Capitulo modo supradicto investiendum. Capellanus autem jurabit fidelitatem Ecclesiæ, nec non presbytero Parochiali, cui etiam subsidium præstabit, in horis cum eo dicendis, tam nocturnis quam diurnis. Dictus verò Capellanus nihil percipiet in oblationibus, vel alijs Parochiæ proventibus, nisi de consensu Capituli, & presbyteri memorati, sed Capellaniæ suæ contentus stipendijs permanebit. Quod si forte Capellanus institutus, infidelis esset Ecclesiæ, vel insolens, vel deterius vivendo, contra se scandalum, sive labem infamiæ generaret, benigna admonitione præmissa, Capitulum posset ei Canonicam indicere purgationem, in qua si deficeret purgatione, omni lite ac appellatione cessante, Capitulum supradictum, amoveret eundem. Præsentator verò aliam idoneam personam, merè supramemorato Capitulo præsentabit, cui præsentatæ Capitulum sicut priori conferret investituram. Ut autem ista rata, & inconvulsa permaneant, & nullis oblivionis lapsibus valeant infirmari, sigilli nostri & sigilli *Leonij* Bruxellensis Castellani, & sigilli *Helvidis* eiusdem Leonij genetricis appensione dignum duximus roborari. Actum Cameraci in Capitulo, anno Dominicæ Incarnationis, millesimo ducentesio decimo sexto, mense Novembri.

Ego Leonius Castellanus Bruxellensis, notum facio, præsentibus & futuris, quod Thimerus de Rogenies, *(alibi legitur Rogenier)* homo meus, totam decimam quam tenebat, in tota Parochia de Brana-Allodio, sicut in terris extirpatis, & extirpandis, cultis & incultis, pertinebat ad ipsum, & impostrum tam ad eum, quam ad hæredes suos poterat pertinere: quam de me tenebat in feudum, de assensu meo, sub testimonio hominum meorum, Parium ipsius, vendidit bene & legitime, Ecclesiæ Beatæ Mariæ Cameracensis, & ad opus eiusdem Ecclesiæ, in manu mea sicut debuit reportavit. &c. Actum anni Dñi M.CC.XIX. XI. Aprilis.

Soror Oda dicta Abbatissa de Camera B. M. totusque eiusdem Conventus, omnibus præsens scriptum inspecturis salutem in Dño. Paginæ præsentis indicio noverit universitas: Cum Franco laicus de Strata, decimam quandam, intra terminos Parochiæ de *Brana*, quæ sita. Est apud *Stratam*, & valet annuatim duodecim

Tt 2 modios

modios ad menſuram de Brana , vel paulò plus , nobis in eleëmoſynam contuliſſet : & hoc etiam Cameracenſis Eccleſia indignè ferret , & quod ſine ipſius conſenſu receperamus eandem , cum ſita eſſet , ut dictum eſt, infra limites Parochiæ ſuæ de Brana. Tandem obtentu Religionis , & paupertatis noſtræ ; per interventum nobilium virorum Dñi Henrici Ducis Lotharingiæ & Leonij Caſtellani de Bruxella , ita ſuper hoc obtinuimus eiuſdem Eccleſiæ gratiam & conſenſum , quod eidem promiſimus , & promittimus teſtimonio hujus ſcripti , nos nequaquam ulterius , decimas infra Parochiarum ſuarum terminos conſtitutas , abſque eius licentia ingreſſuros , ipſa verò Eccleſia dictam decimam ſuo nobis confirmavit conſenſu , & nos eidem in penſionem eiuſdem decimæ duodecim denarios Bruxellenſis monetæ , reddere annuatim tenemur in Feſto Sancti Lucæ ſolvendos. In memoriam igitur plenamque notitiam præmiſſorum , Sigilli noſtri caractere , fecimus præſens ſcriptum muniri. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptimo decimo , menſe Februario.

Aub. Miræus in Not. Eccl. cap.CC.III. exhibet diploma *Leonij Caſtellani Brux.* inque eo legitur *Franco miles de Brania , dictus de Strata , anno* 1237.

Ego Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ. Notum facio præſentibus & futuris. Quod Thimerus de *Rogenies* , homo meus , totam decimam quam tenebat , in tota Parochia de Brana Allodio , ſicut in terris extirpatis , vel extirpandis , cultis vel incultis pertinebat ad ipſum , vel impoſterum tam ad eum quam ad hæredes ſuos poterat pertinere , quam de nobis tenebat in feudum. De aſſenſu meo , ſub teſtimonio hominum meorum , parium ipſius , vendidit bene & legitime , Eccleſiæ Beatæ Mariæ Cameracenſis , & ad opus eiuſdem Eccleſiæ , in manu mea ſicut debuit reportavit , & eam mihi coram paribus ſuis , libere & integre reſignavit; & requiſitus ſpontanie confeſſus fuiſſet quod nullum de cetero jus habebat in ea. Homines mei Pares eiuſdem , à me ſicut decuit adjurati , concorditer judicaverunt , quod nec ipſe nec hæres eius , ulterius jus habebant in ea , & dicta Cameracenſis Eccleſia bene & legitime poterat ad eandem admitti. Ego autem poſt prætatum hominum meorum judicium , in manu ven. viri magiſtri VValteri Archidiaconi Antwerpienſis , qui ibidem loco Cameracenſis Epiſcopi , quantum ad hoc ſubſtitutus erat ab ipſo , dictam decimam integram , & ab omni ſervitio vel juſtitia ſeculari liberam reportavi , qui eam reddidit præfatæ Eccleſiæ , libere , integre , & tranquille , jure perpetuo poſſidendam. Ad majorem igitur firmitatem , & perpetuam memoriam præmiſſorum , præſentem paginam meo feci ſigillo confirmari , & hominum meorum , & aliorum qui præſentes fuerunt nomina ſubnotari. Actum apud Bruxellam anno Domini M.CC.XX. menſe Octobri.

Erectio Cappellaniæ Caſtrenſis fundatæ à Iacobo de Angia Braniæ Domino an. 1395.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Labilis eſt hominum memoria , unde ea quæ fiunt in tempore ſcripturæ miniſterio indigent commendari. Igitur Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris innoteſcat, quod nos Jacobus de *Angia* miles terrarum & Dominatuum de Fagunies (Faigneules) de *Wierge* (Forſan Hierge) de *Villari* , ac de *Braniæ-Allodij* Dñs temporalis , inſpiratus ob remedium & ſalutem animarum noſtrarum , parentumque prædeceſſorum noſtrorum , necnon divini cultus augmentationem , in honorem Dei omnipotentis , ac Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ genitricis ſuæ , Capellaniam perpetuam Caſtralem , ad Miſſam quotidianam infra manſionem noſtram ſeu Caſtellulum dictæ Braniæ-Allodij , fundavimus , inſtituimus, dotavimuſque , & dotamus ad valorem triginta modiorum bladij menſuræ loci , in partibus & particulis quæ ſequuntur : videlicet in duodecim modijs ſiliginis & totidem modijs avenæ , ex decimis Venerabilis Capituli Eccleſiæ Cameracenſis , ibidem perpetuo levandis , ac liberè recipiendis. Item in decem & ſeptem bonarijs terræ arabilis , parum plus aut minus , emptis & acquiſitis erga Ioannem VVich , prout ſe extendunt in tribus petijs , à Brania ſupradicta uſque in noſtram ſylvam. Item & in alijs ſeptem bonarijs terræ largæ , emptis & comparatis erga Ioannem *Cotrial* , quondam filium Guillelmi *Cotrial* , & ſuos complices proximos , ad hoc conſenſum debitè ac liberè præbentes , ſituatis inter noſtras terras ab utraque parte. Quæ quidem bona univerſa prædicta , pro hujuſmodi Capellaniæ perpetuæ dotatione & fundatione , per Nos data & aſſignata , pro nobis noſtriſque hæredibus & ſucceſſoribus , ad uſus perpetuos ipſius Capellaniæ , poſſeſſorumque eiuſdem, in quantum in nobis eſt , irrevocabiliter deputamus & donamus per præſentes , eiſdem bonis , ad opus prædictum perpetuè renuntiando , nihil juris , partis , proprietatis ſucceſſoribus in ijſdem quomodolibet retinendo, conditione tali mediante , quod Nobis ac Dominæ noſtræ conthorali , quamdiu vixerimus , aut ultimus noſtrum vitam dumtaxat duxerit in humanis , liceat dictæ Capellaniæ quoad locum per nos & noſtrum quemlibet aſſignandum in divinis facere deſerviri , prout id noſtræ placuerit voluntati : quodque poſt obitum noſtrum , & dictæ noſtræ Conthoralis , quivis poſſeſſorum hujuſmodi Capellaniæ perpetuæ , in præſentia noſtrorum ſucceſſorum Dominorum de Brania ſupradicta , infra Caſtellulum ibidem , ſi autem in abſentia eorumdem , in altari ſuperiori Eccleſiæ Parochalis de Brania prædicta & alibi de mane (ſalvo tamen jure curati) hujuſmodi quotidianæ Miſſæ teneatur in perpetuo in divinis deſervire , Canonico ſemper impedimento ceſſante , Supplicantes nihilominus humiliter Inclytiſſimæ ac Generoſiſſimæ Dominæ noſtræ , Dominæ Ioannæ Dei gratiâ Luxemburgiæ , Lotharingiæ , Brabantiæ ac Limburgiæ Duciſſæ , ut de benigna gratia ſua tanquam Domina Superior , à qua dicta bona dependent , jure feudali , antedictam noſtram fundationem dotationemque , & bonorum hujuſmodi aſſignationem & deputationem per Nos , ut præfertur factas conſentire, confirmare ac amortizare dignaretur , necnon ſigilli ſui appenſione comprobare. In quorum omnium præmiſſorum veritatis teſtimonium certitudinemque & evidentiam ampliores. Sigillum noſtrum præſentibus litteris duximus ex certa noſtra ſcientia apponendum. Actum & datum in Brania , die octava menſis May , anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto. Sigillatæ erant hæ litteræ ſigillo quodam

ex cera rubra pendente in duplici cauda de pergameno, inferius erat, Collatione prævia cum suo originali scripto in pergameno & sigillato ut supra concordare inventa est hæc copia, per me notarium admissum residentem Bruxellis, quod attestor. Signatum B. Taverne Notarius publicus.

Secuta est amortizatio à prædicta Ioanna Brabantiæ Duce, die decima mensis Maij anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.



Castellum Braniæ-Allodialis

Cæterum, quisnam condiderit Braniense Castellum, quove sæculo, hactenus ignoramus.

Subsunt Braniæ vici aliquot quorum præcipuus *Waterlo*, ad fauces sylvæ Soniæ situs, notatus in tabulis geographicis Florentij *van Langren* aliorumque. Quo in vico, monasterium *Forestum* nobilium Virginum Benedictinarum juxta Bruxellam, insignem villam & Dominicales census jam-olim possidet, ex dono *Nicolai de Hocekerche*, quam donationem, ratam habuit *Godefridus Dux & Marchio Lotharingiæ*, anno M.C.XLV. Indictione VIII. his verbis. *Terram quoque Nicolai de Hocekerche, curti de Waterlos adjacentem, partim in filiæ suæ susceptione, partim pecuniæ largitione à fratribus conquisitam, liberaliter Ecclesiæ contuli.* Ita Butkens in Prob. fol. 39. Miræus autem in Not. Eccl. cap. CLXIX. habet *filiæ meæ.*

Istis adjungemus seriem Dynastarum Braniæ-Allodialis desumptam ex primario Codice Feudorum Gallo-Brabantiæ.

Extraict hors du Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant respostant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Brayne l'Alleud Hugelencourt folio lxix. recto & verso ce que s'ensuit.

Dame Beatrice du Cusance Duchesse de Lorraine 23. Junij 1643. par don de sa Dame Mere soubsescripte.

Dame Ernestine de Witthem 24. Martij 1633. par le trespas de Dame Marie Elisabeth soubsescripte.

Damoiselle Marie Elisabeth Marquise de Berghes sur le Zoom Comtesse de Berch & de Walhain Baronnesse de Perwes &c. xxx. de Decembre 1613. par le trespas de feüe Dame Marie Mencie de Witthem sa Mere soubsescripte.

Damoiselle Marie Mencie de Withem feudataire mortuaire *cum suis* xvj. Novembris 1591. par le trespas de feu Messire Iehan de Witham leur Pere soubsescript.

 Iehan

Iehan de Wittham iij. Decembris xv.ᶜ lvij. par le trespas de feu Maximilian de Wittham son Pere soubsescript.

Maximilian de Wittham Seigneur de Beerssel xix. Septembris xv.ᶜ liiij. par le trespas de feu Messire Henry de Wittham Chevalier son Pere soubsescript.

Henry de Wittham Seigneur de Beerssel le xvj. jour de Juing l'an xv.ᶜ xxiij. le trespas de feu Philippe de Wittham son Pere.

Philippe de Wittham le ij. jour de Septembre l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ xj. par le transport de Messire Henry de Wittham Chlr. son Pere.

Iehan Hinckaert, pour & au nom de Iehan & Henry de Wittham freres le xiij. jour de Mars l'an xiiij.ᶜ lv. par le trespas de feu Henry de Wittham leur Pere.

Henry de Wittham filz de Messire Henry de Wittham.

Messire Iaques Seigneur de Faignoeles son filz.

Dame Iehanne Dame de Faignoeles.

Messire Colart de *Vyler*, Tient la *Ville* & Franchise de Braine l'Alleud avec la fortresse Chasteau & bassecourt Illecq, la haulte Justice moyenne & basse tant en la Franchise comme aussi en la foraineté les maletotes de vin, des cervoises, boulengiers, bouchiers, & tous aultres drois en laditte Franchise alencontre de la Ville, Bailly Mayeur Eschevins Sargeant, messy, touriers, congies, lots, amendes, Rentiers Jurez de la Ville & Franchise. Cens, rentes, & toutes fourfaitures & autres droits Seigneuriaulx avecq aussi la Seigneurie de laditte foraineté dudit Brayne, Bailly Mayeur Eschevins Sargeans & tous officiers, loix, amendes, congies, cens & rentes Seigneuriaulx avecque aussi bois, eauwes, moulins à ban, si comme les moulins de Wissekin, Bayart & Manchinpont avecque les drois de deux Chevaulx allant & passant sur le bois de Soingne, avecque pareillement drois de copper & tailler mortte & secque laigne sur ledit bois, pour l'ardoir du mousnier de Manchinpont & de copper chaisnes sur ledit bois, au plus pres, & au moins de dommaige pour refectionner les pont ventelles & moulins dudit Manchinpont, avecq aussy le x. part des feurs del preye fents & mis en grains muleaux, aussi avant quelle se comprend & estendit. Pareillement les drois de gruerie & pesserie sur les rivieres en toutte la Paroiche dudit Braine avecque aussi les Waranches des conins, & toutes autres bestes sauvaiges passant & repassant en la Ville & Paroiche dudit Brayne avecques aussi le cauchie, tonniers & drois de harnas & bestes passant sur le chemin en laditte Paroiche avecque le droit de mectre & desmectre mambours de l'Eglise de Charité & hospitaulx pour recevoir & lever rentes revenües & aultres biens appartenants ausdits mambours & pour en faire rendre bon compte & reliqua au prouffit desdiz mambours à la correction du Seigneur de Brayne ou de ses Officiers avecque le droit d'un car de corouwet a quattre chevaulx & deux valetz que la maison & cense de Cambray appellé a Merbrayne sont tenu de livrer a leur despens au Seigneur de Brayne, en son service toutes & quantesfois que ledit Seigneur est semons de son Prince le Duc de Brabant pour aller en guerre en quelque voyage que ce soit. Item de laditte Terre & Seigneurie de Brayne & des appartenances d'Icelle sont dependans plusieurs plains fiefz & amples fiefz qui se relevent & font hommaige au Seigneur de Brayne. Et semblablement en laditte Seigneurie & Paroiche de Brayne sont & gisent plusieurs parties d'eritages tenu en alloux dudit Seigneur de Brayne. De laquelle Seigneurie tenue en fieff du Duc de Brabant comme dessudit, est tenu en fief & comprins le Villaige d'Ochikerque dont les fiefz & arrie fiefz se doibvent rapporter à laditte Seigneurie de Brayne. Et aussi pour prendre leur chief par les Mayeur & Eschevins d'Ochikerque. Et semblablement d'iceluy d'Ottengnies quant l'est besoing, cela doibt on faire immediat a ceulx dudit Brayne. Item avecq ce aussi la haulte, Justice moyenne & basse à Ohain, & au lieu de Nouchelle, les Mayeur, Eschevins, Sargent, Messy à Ohain, cens, rentes, congies, lois, amendes & tous autres drois Seigneuriaulx. Et pareillement audit lieu de Nouchelle hault Advoüé, cens, rentes, drois Seigneuriaulx, lois, amendes. Et sont touttes les parties dessudit tenues en un seul plain fief du Duc de Brabant, comme ledit Philippe de Wittham par son denombrement seellé de son seaul a rapporté en l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ xv.

Damoiselle Marie Elisabeth Marquise de Berghes sur le Zoom Comtesse de Berch & de Walhain Baronnesse Perwez &c. xxx. de Decembre 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de Wittham sa Mere soubsescripte.

Damoiselle Marie Mencie de Witham feudataire mortuaire *cum suis* xvj. Novembris 1591. par le trespas de feu Messire Iehan de Witham leur Pere soubsescript.

Iehan de VVittham iij. Decembris xv.ᶜ lvij. par le trespas de feu Maximilian de VVitthan son Pere soubsescript.

Maximilian de VVitham Seigneur de Beerssele le xix. jour de Septembre l'an xv.ᶜ liiij. par le trespas de feu Messire Henry de VVitham son Pere soubsescript.

Henry de VVitham Seigneur de Beerssele le xvj. jour de Juing l'an xv.ᶜ xxiij. par le trespas de feu Philippe son Pere.

Messire Henry de VVittham Seigneur de Beerssel & de Brayne l'Alleud Chlr. le xxix. jour de Decembre l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & ix. releva en fieff, en ensuivant certain don par nostre tresredoubté Seigneur le Roy de Romains & Monseigneur l'Archiduc Philippe son filz par certaines leurs lettres patentes, en date de x. jour de Juin l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ ix. pour les raisons y contenues audit Messire de VVittham fait comme il apparoit par la copie des lettres dessudites c'y apres escriptes. La Seigneurie & Justice, haulte moyenne & basse que mesdits

dits tresredoubtez Seigneurs & leurs predecesseurs Ducs & Duchesses de Brabant, ont eu en aulcuns lieux, & places dedans les Franchise & Paroiche de Brayne l'Alleud. Et pareillement la haulte Justice es lieux places Paroiches & Villaiges de Plancenot, Ohain, haulte Nouchelle esquelz lieux places Paroiches & Villaiges ledit Seigneur de Beerssele a les moyenne & basse Justices. Pour d'icelle haulte Justice par ledit Seigneur de Beerssele & de Brayne l'Alleud ses hoirs & successeurs Seigneurs & Dames desdits lieux places Paroiches & Villaiges perpetuellement & a tous jours Joyr & user, sauf & reservé, a mesdits tresredoubtez Seigneurs & leurs hoirs & successeurs leur haulteur & Souveraineté.

In obituario Ecclesiæ Braniæ-Allodialis, mihi per Parochum monstrato habentur ista.

Obit de Messire Nicolle de Barbenchon, Sire de Vilers & de Braine Lalieve, & de Dame Marguerite sa femme lesquels sont ensevelis en l'Eglise de Braine leurdite Ville, en la Chapelle de nostre Dame; ont donné &c.

Obit de Monsieur de Faingneulle.

Obit de Madame de Faingneulle.

Cum templum obirem, vetera, si quæ superessent, pristinorum Dynastarum monumenta sepulchralia inspecturus, reperta hinc inde, situ temporum exesa, integrum Philippi *Withemij*, cum epitaphio tali.

Chy gist Philippe de Witthem en son temps Signeur de Berselle, de Bautersem, de Brayne-Laleux &c. qui trespassa l'an xv.ᶜ xxiij.

Et Madamoiselle Iehenne de Halwyn son Espeuse qui trespassa l'an xv.ᶜ xxj. priez Dieu pour leurs ames.

Pontus Heuterus Rerum Austriacarum lib. III. cap. XII. meminit Braniæ-Allodij, his verbis:

Henricus VVitemius, Berselæ Dominus, defectione Bruxellensium motus, Castellis suis, Berselæ, Braniæ-Allodij, ac Foliæ de rebus necessarijs providit, accerimosque bello juvenes imponit, adeò Bruxellenses vexans, ut urbe nisi justo cum præsidio exire auderent. Qua de causa Berselam profecti, muros tormentis dejiciunt irrumpereque conantur: sed fortiter à Philippo VVitemio, Henrici filio rejecti, Bruxellam, multis desideratis, plurimisque vulneratis, rediêre. &c. Eò Philippum redigunt ut deditionem faceret &c. Eadem fuit fortuna Brainæ-Allodij, inopiâ pulveris tormentarij. Sed Folia vi, minis, nec blanditijs ad deditionem compelli potuit.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Plancenoy.

PLancenoy, pagus est, Braniensi territorio conterminus, à quo segregatus anno M.CC.XXVII. quando inibi erecta Parochialis Ecclesia, procurante Leonio Bruxellensi Castellano, loci Domino. Rei tum gestæ memoriam, ervi è monimentis Ecclesiæ Cameracensis, cujus summa edita est, diplomate sequenti.

Universis præsens scriptum inspecturis. L. Bruxellensis Castellanus salutem in salutis Authore. Præsentium testimonio notum facimus universis, quod cum in terminis Parochiæ de *Brania Allodij*, cujus Personatus spectat ad Capitulum Beatæ Mariæ Cameracensis, quædam villa de novo sit ædificata in loco qui appellatur *Planceonis*, & propter remotionem illius ab Ecclesia Matrice multa possint provenire animarum pericula, provisum est communiter tum à Capitulo Cameracensi tum à nobis, ut ibidem ædificetur Ecclesia & ad opus Sacerdotis ibidem servituri assignata est tertia pars Decimæ in omnibus sartis factis & faciendis in bosco nostro jacente inter *Braniam* & *Ohain*, & inter *Genapiam* & *Ransebecam*: Insuper tertia pars oblationum & agnorum & lanarum & aliarum minutarum decimarum & testamentorum ab habitatoribus dictæ villæ provenientium. Sed quia ista ad præsens non videbantur ad competens beneficium sufficere, cum illa decimæ pars dictorum Sartorum in præsenti non fuerit æstimata, nisi tantummodo ad valorem viginti modiorum Braniensis mensuræ & tertia pars aliorum proventuum usque ad quadraginta solidos Bruxellenses. Nos concedimus ut de annona nostra quæ debetur nobis in prædicto loco ratione terragij, suppleatur Sacerdoti ejusdem loci usque ad valorem triginta modiorum ejusdem mensuræ, donec per Dei gratiam reditus ibidem in tantum fuerint augmentati, quod Presbyter suam tertiam partem habere maluerit, quàm prædictos triginta modios, vel larga & bona æstimatione ostendere potuerimus dictam portionem triginta modios vel amplius valere. Insuper consensum Præsbyteri Parochialis de Brania Allodij super hoc obtinuimus, facta ei restitutione competenti per æstimationem duorum sacerdotum ad hoc electorum, omnium damnorum quæ ipse vel successores sui essent incursuri. In cujus rei testimonium præsens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo septimo mense Iulio in translatione Beati Martini. Appendet sigillum in cera rubra impressum, ex duplici cauda pergameneâ.

Cæterùm, hujus loci Dominium, ab omni memoria, attinuit ad Braniæ Dynaſtas. Gramaius de eo memoratur; his verbis: *Plancenotta Capitulo Cameracenſi in ſacris obnoxia, alias à Wittemijs poſſeſſa.*

Licet eoſdem ferè ſemper habuerit *Plancenotta*, quos *Brania*, Dominos, eorumque ſeriem dederimus, capite præcedenti, nihilominus ex primario feudorum codice, hæc quoque exhibenda remur.

Exſtraict hors du Cheff Regiſtre du Quartier Wallon Brabant, repoſant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que je trouve ſoubs la Capitulation de Plancenoit folio lxxvij. recto ce que s'enſuit.

MEſſire Henry de Witham Seigneur de Braine xv. Aprilis anno xv.ᶜ & xlv. par achat fait à Maiſtre Nicolas Germaulx, Tient tel droit & action que ledit Maiſtre Nicolas, avoit en ung cens de xxx. chappons xv. livres, payement par an. Chincq hommaiges, xiiij. maſuiers, ung Mayeur & aultres ſes appartenances, pour ung plain fief.

Damoiſelle Marie Elizabeth Marquiſe de Berghes ſur le Zoom, Comteſſe de Berch & de Walhain, Baronneſſe de Perwez &c. le xxx. de Decemb. 1613. par le treſpas de Dame Marie Mencie de Witthem ſa mere & ſes Predeceſſeurs *ut ſupra*, au regard de la Terre de Braine Juſques & y comprins Meſſire Philippe de VVittham ſoubzeſcript.


Philippe de VVittham, Seigneur de Braine l'Alleud, tient pour ung plain fief la Terre & Seigneurie de Plancenoit avec les Seigneuries & Juſtice, haulte moyenne & baſſe, Bailly, Mayeur, Eſchevins, Sergeant, meſſy, cens & rentes, congies, loix & amendes & toutes autres forfaitures. Et ſont les ſubjets manans & habitans dudit lieu tenu de franchize venir moulere à Braine al huyſmeule dudit Seigneur, avecq auſſi la VVaranche, gruerie & peſſerie comme audit lieu de Braine l'Alleud, comme tout ce appart par le denombrement dudit Philippe, rapporté en l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & xv. Vide lat. 1. verſ. 5. verſ. & 13. verſ. S.ᵗ Sp. 235. verſ.

Cette Seigneurie de Planchenoit à eſté donnée en mariage à Damoiſelle Ieanne de Halewijn & Meſſire Philippe de VVitthem ſon futur mary, par Meſſire Henry de VVittham ſon Pere le ij. de Septembre 1491.

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, Plancenottæ meminit, his verbis:

Le Ducq avoit la hauteur de *Plancenoit* & tout le reſte, hormis que Henry de Withem y at eu Cour & & Iuges, cens & rentes ſeulement. Il eſt apreſent poſſedé par le Seigneur de Braine l'Alleud. Le Comte de Bruay comme Seigneur de Rixenſart ou de Geneval y a quelque hauteur & droict ſur les Mez des blancs bois.

Cæterum, Braniæ Allodialis & Plancenottæ Dominia hodie attinent jure uxorio ad Franciſcum à Lotharingia Principem de *Liſlebonne*.



CAPUT IV.

CAPVT IV.
De Dominio Goumont.

PRætorium *Goumont* ædificijs ſpectabile, duplex cenſeri debet, urbanum ſcilicet & ruſticum: Urbanum ea pars, quam Dominus ſibi recipit, quia elegantius amœniuſque ædificata & inſtructa, quaſi urbani nitoris, & elegantiæ pluſquam ruſticæ. Ruſtica ea pars villæ, quam colonus habitandam ſibi optinet, quam remur *Braniæ* acceſeri.

Fuit olim peculium *Walhornæ* Domini, è gente *Schuyl*, pluribus locis hoc in tractu dominata. Tranſijt emptionis jure, ad Joannem *d'Ognate*, Philippo IV. Hiſp. & Ind. Regi à Conſilijs, ſupremique Belgij Ærarij Aſſeſſorem. Nunc poſſidet ejus filius connubio junctus Franciſcæ Virginiæ *Ryckwaert* Philippi, *Tiberij-Campi* & *Huldenberghæ* Domini, & Florentiæ Virginiæ *de Landas*, filiæ. Vide lib. primo cap.xxxiij.

CAPUT V.
De Dominio & Pago Genival.

IOannes Baptiſta Gramaye, in Gallo-Brabantia, perſtringens pagos præfecturæ Hulpenſis, Ooſtkerkani & hujus ita meminit. *Fanum Auſtrale, & Vallis Iunipiri pagi duo, undique ab arbitrio Dominorum gubernati. Hæc peculium Sombreffiorum olim fuit, illud Glymeæ ſtirpis, Ioanna dos, quæ in Rimerswalios ex ſe natos tranſmiſit.*

Joannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ſcribit de Dominio hoc pagoque, his verbis:

La ſituation de *Genival* eſt tres aggreable, ayant ſon Egliſe eſcarpée ſur la montagne du coſté de Septentrion, la Riviere de Lanne au pied, & les bois de Rixenſart en veüe, ayant un proſpect tresdivertiſſant, tant du coſté d'Orient que d'Occident. Cette terre abboutit au bois de Soignes, à la Hulpe, & à la Terre de Rixenſart, & de toutte memoire d'hommes at eſté poſſedée par les Seigneurs du meſme lieu, qui ſont auſſi Collateur de la Cure, & du Perſonat du lieu, qui eſt une dignité, dont celuy qui en eſt pourveu, à l'authorité de celebrer la Meſſe de la Paroiſſe aux principalles feſtes de l'année. Gramay appelle ce lieu *Vallis Iuniperi*, & quoy que ſa ſituation pourroit patrociner & donner quelque vray ſemblance à ſa conjecture, c'eſt ce que neantmoins l'on ne peut aſſeurer. Le Roy expoſa l'an 1630. la hauteur de ce lieu en vente, quoy que je croy que les Seigneurs de Rixenſart en ayent joüis paſſé longues années.

Extraict hors le Chef Regiſtre de Wallon Brabant, repoſant à la Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant, ou que ſe trouve ſoubs la Capitulation de Geneval folio lxxxvj. recto ce que s'enſuit.

MEſſire Euſtache de Croy Comte de Roeulx, *cum ſuis* vij. Junij 1582. par le treſpas de feu Adrian ſon Pere, & en vertu de la donation & pourveance en faicte par feu Meſſire Euſtache de Croy Eveſque d'Arras reſpectivement ſoubzeſcriptz.

Dame Glaude de *Melun* Dame doüariere de Roeulx xiiij. Martij xv.c lxxvj. ſtilo novo, par le treſpas de Meſſire Adrien de Croy ſon mary releva l'uſufruict de la Seigneurie & biens de Geneval.

Damoiſeau Iehan de Croy Comte de Roeulx le xxviij. jour de Iunij l'an xv.c & liij. par le treſpas de feu Meſſire Adrien de Croy Comte de Roeulx ſon Pere ſoubzeſcript.

Meſſire Adrian de Croy Comte de Reux le xiiij. jour d'Aouſt l'an xv.c xxxvj. par le tranſport de Meſſire Euſtas de Croy ſon frere.

Meſſire Euſtaſſe de Croy le xxviij. jour de Jullet l'an xv.c xxxvj. par achat fait à Coen Comte de Vernemborch.

Philippe Comte de Vernembourg le xxvj. jour de May l'an xv.c & xxv.

Coen Comte de Vernembourg le xx. jour de May l'an xv.c & xxv.

Iehan Comte de Vernemborch le vij. jour de May l'an xv.c xix. par tranſport de Meſſire Philippe ſon Pere.

Meſſire Philippe Comte de Vernemborch le premier jour de Fevrier l'an xv.c & quattre.

Item laditte Dame Marguerite de Sombreffe, tient la Seigneurie de Geneval avecque Mayeur, Eſchevins & Sargeant, avec ce en cens lviij. ſ3. vj. den. vj.xx xiiijz. chappons, xxij. tournois, ung Greff. & xxvij. plc. Item vij. bonniers de bois, xij. bonniers de terre, ung bonnier de pré, & la maiſon & tenure dudit lieu. Item ung moulin & une braſſerie. Item ung vivier contenant ung journal. Item viijz. ſtiers de ble, xj. muys ung ſtier d'avayne. Et joinct laditte Seigneurie à la Hulpe & à Rixenſart.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Ohain.

OHain censetur inter pagos majores hujus districtus, subsuntque ei viculi aliquot quorum præcipui *Smohain* & *Ransbeka*: prior, in mappis geographicis notatur sacello instructus, Hujus, meminit diploma erectionis Parochiæ de Plancenoit, à nobis supra exhibitum, Capite tertio. Decima cum jure patronatus Ecclesiæ, spectat ad Capitulum Cameracense, quod etiam hic loci, habet non exiguam censualem curiam, ex cujus dono, studiosè quærens invenire non potui. Omnium quidem, ejusmodi Curiarum, hoc in tractu, ad Ecclesiam Cameracensem attinentium, erectiones & donationes, in ejusdem Ecclesiæ Archivio etiamnum inveniuntur, & nobis benevolè submittendæ promittebantur, sed promptas amici manus novus superior cohibuit, ignarus, non nisi ad suæ Ecclesiæ majorem laudem talia desiderari: unde iterum mihi liceat conqueri, quod difficilis sit prospectus, in monimenta Clericorum & Monachorum, è quibus tamen antiquitates rerum nostratium, erui debent, si antiquissima scrutari velimus.

Gramaius de hoc pago dominioque prodit sequentia: *Sunt cognatæ terminationis Ophanium & Oosthanium, quasi dicas superum & Orientale Hanium, utrumque à Collegio Metropolitanæ Cameracensis Paræcum accipiens, utrumque Vcclensi lege jus justitiamque procurans. Hoc quantum Codices meminerunt Patritiæ Antverpiensis Hinckartiorum familiæ peculium fuit.*

Sunt in Ecclesia Obaniensi præter summam aram, altaria quatuor consecrata, quorum unum D. Nicolao sacrum & Pastoratui de *Planceno*y annexum, reditus ejus partim in Decimis, partim in alijs proventibus consistunt. Secundum D. Virgini, Tertium S. Catharinæ dicatum, suntque incorporata Curæ Ohaniensi, eorum reditus consistunt in agris. Quartum D. Annæ sacrum sed non fundatum.

Percipiunt quoque aliquam partem Decimæ, Beneficium N. in Ecclesia Parochiali Braniæ-Allodij erectum & N. habitans Bruxellis.

Extraict hors le Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que ce trouve soubz la Capitulation de Olhain folio 66. verso & sequenti, ce que s'ensuit.

DAmoiselle Charlotte Hinckaert Doüagiere de la Moullerie ix. May 1615. par tiltre de retraicte lignagiere & transport faict a son prouffict par Sr. Bernardo Cornelio soubsescript.

Sr. Bernardo Cornelio Seigneur de Meerbecke, Bailly de la Cité & Chastelenie d'Ipre &c. le xiij. de Novembre 1613. par tiltre d'achapt, faict contre Philippe & Guillaume de *Lievin, cum suis.*

Damoiseau Philippe de *Lievin*, *cum suis* vl. Decembris 1610. par le trespas de feu Iehan Hinckaert Chlr. Jadis Seigneur d'Ohain son grand Pere dessoubsescript; & de Messire Philippe *de Lievin* Seigneur de Famars son Pere, a cause de la brisée du lict & separation du mariaige de Dame Catharine de Hinckaert sa Mere, la proprieté.

Damoiselle Lucretia Hinckaert 22. Aprilis 1587. par le trespas de Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Damoiseau Iehan Hinckaert iiij. Decembris xv.^c lix. par le trespas de Messire Iehan Hinckaert Chevalier son Pere soubsescript.

Messire Iehan Hinckaert Chlr. xxiij. Martij xv.^c xlvij. avant Pasques par le trespas de Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Iehan Hinckaert le v. jour d'Octobre l'an xiiij.^c iiij.^xx par le trespas de feu Messire Iehan Hinckaert Chlr. son Pere soubsescript.

Iehan Hinckaert le iiij. jour d'Octobre l'an xiiij.^c lix. par le trespas de feu Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Iehan Hinckaert le xviij. jour de Juing l'an xiiij.^c xxxiij. en vertu des lettres Eschevinables de Louvain.

Ernoul du Bois son filz.

Messire Iehan du Bois son filz.

Messire Ernoul du Bois. Tient la terre & Seigneurie de d'Olhain avecq toutes ses appertenances gisant entre la terre & Seigneurie de Brayne la Leut & de Geneval d'un costé, & des aultres costes, entre les terres de Lanne & de le Hulpe. A ladite Seigneurie appartient premierement une maison avecq le Jardin contenant environ demy bonnier joindant d'un costé aux biens de Iehan de Forrest & Henry le Charlier & d'aultre costé au chemin du Seigneur.

Item encores une mayson & brassure ung courtil & ung pré contenant ensemble environ trois bonniers joindant d'un costé au chemin du Seigneur & d'autre costé a la riviere entre la Seigneurie d'Olhain & de Lanne.

Item

Item encores ung courtil gisant devant laditte mayson contenant ung bonnier, joindant damont aux remanants Iehan de Melein & des aultres costes au chemin du Seigneur.

Item encores ung pré gisant dessoubz le vivier contenant ung bonnier joindant d'un costé a la Seigneurie de Lanne & des aultres costez aux hoirs Raffe de Melein, & audit chemin le Seigneur.

Item encores sept bonniers de bois appellé le heussier gisant desseur Olhain joindant aux remanans Iehan de Melein de deux costes & d'aultre costé remanans Pirart le Bastart.

Item le cens appertenant a laditte Seigneurie d'Olhain montent chacun an ij.ᶜ iiij.ˣˣ iiij. viels gros compté, pour chacun viel gros ix. d. Lov,

Item cxl. chappons iiij.ˣˣ poilles.

Item cincquante & demy mailles dangiers pour chacune maille une placke de Brabant compté.

Item xxiiij. muys d'avaine mesure Brainois lesquels se prendent & levent chacun an sur plusieurs heritaiges gisans audit lieu d'Olhain, appartiennent encor a ladite Seigneurie ung Mayeur sept Eschevins, avecq environ lvj. hommaiges comme tout ce appert par le denombrement rapporté par ledit Iehan Hinckaert en l'an iiij.ᶜ iiij.ˣˣ xv.

Damoisele Charlotte Hinckaert dessus nommée ix. May 1615. par tiltre d'engagiere & transport comme cy dessus.

Sr. Bernardo Cornelio Seigneur de Meerbeeck Bailly de la Cité & Chastelainie d'Ypre &c. Ayde de la Chambre de leurs Altezes xiij. Novembre 1613. par tiltre d'achapt faict contre Damoiseau Philippe de Lievin soubsescript *cum suis.*

Damoiseau Philippe de *Lievin* &c. par le trespas & separation comme au relieff precedent, vl. Decembre 1610.

Damoisele Lucretia Hinckaert 22. April 1587. par le trespas de feu Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Damoiseau Iehan Hinckaert iiij. Decembris xv.ᶜ lix. par le trespas de feu Messire Iehan Hinckaert en son temps Chevailler son Pere soubsescript.

Messire Iehan Hinckaert Chevailler xxiij. Martij xv.ᶜ xlvij. par le trespas de feu Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Iehan Hinckaert le xij. jour de Jullet l'an xv.ᶜ xvj. par transport à luy fait par Philippe de Beerssel.

Messire Henry de Wittham Chlr. Seigneur de Beerssel &c. le v. jour d'Aoust l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ iij. par achapt fait alencontre de Iehan *T'serclaes,* tient tel cens en argent &c. chappons avecque la Seigneurie de Mayeur, Eschevins, pontgelt, forfaitures, amendes &c. hommaiges qu'audit Iehan *T'serclaes* & à ses predecesseurs souloient appartenir dedens la Paroiche d'Olhain gist, & hors des biens de Manil gisans à Braine la leut &c.

Damoiselle Charlotte Hinckaert ix. May 1615. par tiltre de retraicte & transport comme dessus.

Sr. Bernardo Cornelio Seigneur de Meerbecke &c. xiij. Decembris 1613. par tiltre d'achapt faict contre Damoiseau Philippe de Lievin *cum suis* soubsescript.

Damoiseau Philippe de *Lievin, cum suis* vl. Decembris 1610. par le trespas & separation comme dessus.

Damoisele Lucretia Hinckaert 22. April 1587. par le trespas de feu Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Damoiseau Iehan Hinckaert iiij. Decembris xv.ᶜ lix. par le trespas de Messire Iehan Hinckaert en son temps Chlr. son Pere soubsescript.

Messire Iehan Hinckaert Chlr. xxiij. Martis xv.ᶜ & xlvij. avant Pasques par le trespas de Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Iehan Hinckaert le v. jour d'Octobre l'an xiiij.ᶜ iiij.ˣˣ & neuff par le trespas de feu Messire Iehan Hinckaert Chlr. son Pere.

Iehan Hinckaert le iiij. jour d'Octobre l'an xiiij.ᶜ lix. par le trespas de feu Iehan Hinckaert son Pere dessoubsescript.

Iehan Hinckaert le xviij. jour de Juing l'an xiiij.ᶜ xxxiiij. en vertu des lettres Eschevinables de Louvain.

Ernoul du Bois son filz.

Messire Iehan du Bois son filz.

Messire Ernoul du Bois Chlr. Tient un moulin avec les cours de l'eauwe passant permy le Courtil Colin Janin Ioindant d'un costé a Jehan Jacquemin & Jehan Lanot, & aux remanans Colart Javin d'aultre. Encoire ung vivier contenan environ six Journaulx joindant d'un costé à la riviere entre Olhain & Lanne, & d'aultre au chemin le Seigneur. Encores lxxij. s. Louv. de cens appellé les cens de Taules avec Mayeur & Forestier.

Et se prendent & lievent iceulx cens de Taules sur plusieurs heritaiges & maisuiers lesquelz maisuiers sont appellez hommes de Taules & est ung plain fief.

Damoisele Charlotte Hinckaert ix. May 1615. par tiltre de retraicte & transport comme dessus.

Sr. Bernardo Cornelio &c. xiij. Novembris 1613. par achapt faict contre Philippe de Lievin *cum suis* soubsescript.

Damoiseau Philippe de *Lievin* cum suo indivis, ultima Decembris 1610. par le trespas & separation comme dessus.

Damoisele Lucretia Hinckaert 22. Aprilis 1587. par le trespas de Iehan Hinckaert son Pere soubsescript.

Damoiseau Iehan Hinckaret iiij. Decembris xv.ᶜ lix. par le trespas de feu Messire Iehan Hinckaert son Pere.

Messire Iehan Hinckaert Chlr. xxiij. Martij 1547. par le trespas de feu Iehan Hinckaert son Pere soubs-escript.

Iehan Hinckaert. Tient la terre & biens Doingnon aveca les cens & hommaiges y appertenans.

Iehan Hinckaert le xxv. jour de Janvier l'an xv.ᶜ v. par achapt fait au Roy de Castille. Tient la Souveraineté & Seigneurie d'Olhain, sauff les regales, confiscations de guerre, biens de Bastars, & aultres semblables, pour par ledit Iehan Hinckaert ses hoirs, ayans cause d'iceulx jouyr user & les tenir en ung plain fieff de la Duché de Brabant jusques à ce qu'ilz seront rachetez.

Hinc patet, in annum 1505. supremam jurisdictionem *d'Olhain* sive *Ohain* mansisse penes Lotharingiæ & Brabantiæ Duces, illoque anno pignori datam à Philippo Castellæ Rege, Ioanni *Hinckaert* fiduciario jure possidendam.

Cæterum, Maria Philippina *de Lalaing* filia N. de *Lalaing* & N. de *Landas*, nubendo Ioanni Baptistæ de *Hellin* Domino de *Ionquieres* filio Vice-comitis *d'Angest*. Dominium de *Ohain* marito cum dote adtulit.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, describit Dominium pagumque *Ohain*, his verbis:

Ohain est une tres-belle Terre & de grande estendüe & revenu, elle at esté possedée long temps par la noble famille *Hinckaert*, qui port de sable semé de billettes d'argent au lion rampant de mesme, & a pour devise, *Marche droit Hinckaert*. Vers l'an 1500. N. Hinckaert Seigneur d'Ohain avoit espousé Charlotte d'Ailly, fille d'Antoine & d'Anne de Ravesteyn, fille naturelle du Duc de Cleves, & vers ce temps selon les anciens denombrements, cette Seigneurie appartenoit pour une partie à Iean *Hinckaert*, & pour l'autre à Iean *Tserclaes*. Aujourd'huy elle appartient à N. de *Lalaing*. Il y a un bon Chasteau, du quel fait mention Iean François le Petit, Greffier de Betune en Artois, en sa Chronicque de Hollande imprimée à Dordrecht l'an 1601. par Guillaume Guillemot in fol. Tom. 2. livre x. pag. 176. l'an 1568. & dit:

Quelques Gentilshommes refugiés & bannis, sachans que le Duc d'Alve devoit aller passer sa semaine Sainčte au Cloistre de Groenendael dans le bois de Soigne, pour mieux y faire ses devotions, arriere de tout bruit de la Cour, penserent de l'y attraper. Les entrepreneurs furent les Seigneurs de Risoir & de Carlo freres, de la maison Vander Noot, & quelques autres Gentilshommes, lesquels avoyent environ six cens chevaux, & cincq cent hommes de pied, qui le plus du temps se tenoyent secretement au Chasteau du Seigneur d'Ohain gueres loin de là, mais comme le Duc y estoit prest d'y aller, leur entreprise fut descouverte par un de leur Trompette mesme, qui avoit autrefois esté serviteur au Seigneur de Liques, & fut le Duc retenu de n'y point aller: car s'il y fut allé, il estoit sans doute atrappé.

Eadem habent *Van Meteren*, *Haræus* & *F. Strada*, sed hic contračtius.

CAPUT VII.

De Dominio Laqueuwe.

Meminit hujus Toparchiæ Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, his verbis;

La Seigneurie *Laqueuwe* située a l'orée du bois de Soigne est de la Paroisse de *la Hulpe*.

Iean Brant Seigneur d'Aysseau, & de *Laqueuwe*, espousa Juliene de Spontin; eut pour successeur son fils Willaume en la Seigneurie de Lannebourg & *Laqueuwe* mort le 13. May 1447.

Auquel succeda Pierre son frere qui espousa Gertrude de *Neuville*, de laquelle il eut Juliene Brant Dame de *Laqueuwe*, femme d'Arnoud Seigneur de *Bourdaux*, & Guillaume Brant Seigneur de *Laqueuwe*, qui espousa Marguerite de *Hontoy*, dont il eut Iean Brant Seigneur de *Laqueuwe* allié a Françoise de *Waelmont* Dame de *Wissene* qui vendit *Laqueuwe* & *Lannebourg*.



CAPUT VIII.

CAPUT VIII.



Castellum Clabecq.

De Dominio Clabeck.

CLabeck, Dominium familiæ de *Cotereau*, situm in extremis Brabantiæ finibus, Hanoniam versus; primo lapide ab oppido Hallensi, ad ripam sinistram rivi, in territorio *Brania-Allodialis* orti, qui postquam præterlapsus, *Walteri-Braniam*, *Braniam-Comitis* & *Clabekam*, in Sennam fluvium devolvitur, prope pagum *Tubecam*, Gallicè *Tubise*. Subest Dominium hoc in sacris Ecclesiæ Tubekanæ, cujus jam-olim appendix. Prætorium loci Domini, in æs incisum, exhibitum suprà.

Gramaius in Præfectura Hulpensi, de *Clabeka* silet: porrò Guicciardinus in Descriptione Belgij, ejus meminit, his verbis:

Presso à Breine Alleud una lega, è quattro à Bruselles, intorno alla Signoria di Clabeck, *si trova sotto terra, una certa sorte di pietra gentile, che da quel luogo prende il nome, la quale di colore, & di mostra è tanto simile al Diamante, che gli e proibito il legarne in oro, ma è tenera, è non si vede, che sia buona à altro, che à far prospettiva, è ingannar la gente.*

Extraict hors le Chef Registre du Quartier Wallon-Brabant, reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant, ou que se trouve soubs la Capitulation de Glabbeke, folio xxxv. verso cè que s'ensuit.

MEester Pauwels Ooghe, ende Jouffrouwe Margriete van Edingen sijn gesellinne xviij. May anno xv.c vj. houden, navolgende den vercryge byden selven Meester Pauwels tegen onsen Heere den Coninck gedaen, die hooge Heerlijckheyt van *Glabbeke* inde Prochie van *Tubeke* gelegen, gelijck onsen Heere

 de

de Coninck die aldair gehadt heeft, uyt gescheiden t'resort, opperheyt ende regalien, het zy van bastaerde goeden, confiscatien van orloegen oft diergelijcke, om die by den selven Meester Pauwels sijnder Gesellinnen ende hunnen naecomelingen van nu voirtaen vander selver hooger Heerelijckheyt te gebruycken, ende die vanden Hertoighdomme van Brabant tot eenen vollen Leen te houden.

CAPVT IX.

De Dominio & Pago Leloux.

SUb initium sæculi Christi XIII. emergentibus bellis, inter Antistitem Leodiensem, & Comitem Namurcensem, migravêre, ex agro Leodiensi, Moniales Aquirienses, in pagum, de quo nunc agimus, novumque Monasterium condere cœperunt, anno eiusdem sæculi decimo, eo in loco, quo nunc visitur villa *Nœufcourt*, etiamnum illarum prædium. Sed aquarum penuriâ laborantes, non ultra septennium inibi moratæ, translatæ fuerunt, in vallem, quam nunc inhabitant, crebris fontibus irriguam. In antiquis itaque huius Monasterij schedis, locus hic vocatur *Alloux*, & interdum *Laloux*, hodie *Leloux* & *Leloz*: in geographicis autem tabulis Brabantiæ, Michaëlis Florentij à Langren, & in iisdem recusis à Guilielmo Bleau, & Nicolao J. Piscatore, habetur per inscitiam *Leloy*. Gramaius locum hunc perstringit cum duobus ei vicinis, his verbis:

Heremus, Hincartiorum ab antiquo peculium. Allodium *Collegij Nivellensis*, Plancenotta *Capitulo Cameracensi in sacris obnoxia, alias à Wittemijs possessa.*

Cæterum, distat ab oppido Nivellensi, primo lapide, in vasta planitie, quæ undique oculorum aciem finit.

CAPVT X.

De Dominio & Pago VVitterzyes.

SÆculo Christi decimo septimo, quo vivimus, abalienaverunt Belgarum Principes, in perpetuum, fere pagorum omnium Dominia, quæ sæculo XVJ. pignori data fuerant, & exinde fiduciario jure possidebantur, interque ea, Dominium pagi de *Witterzyes*, à Philippo IV. Hisp. Rege, transcriptum fuit N. Comitissæ de *Willerval*, anno M. D. C. XLIII. die XXIX. Decembris, pretij caput fuit 1284. florenorum.

Apud Gramaium de hoc loco habentur ista: *Witterſiacum in ſacris miniſtrum Aureæ Vallis, in foro eoſdem dudum cum Ophanio Toparchas habens.*

Ad memoratum cœnobium Aureæ Vallis attinet quoque hujus loci decima.

De Dominio Witterzies *habentur in primario Codice Feudorum Gallo-Brabantiæ folio xiij. recto, sequentia.*

DAmoiselle Barbe de Caverson xxvj. Novembris 1672. par achapt contre Dame Agnes de Davre.

Ladicte Dame Agnes de Davre, Comtesse doüariere de St. Aldegonde 26. Novembre 1655. par achapt absolut.

Dame Agnes de Davre xxvj. Septembris 1625. par le trespas de feu le Seigneur Warnier de Davre.

Sr. Warnier de Davre, Seigneur de Mierlemont v. Iunij 1589. per le trespas de Hector son Pere soubsescript.

Hector de Davre xvj. Novembris 1563. tient la haulte moyenne & basse Seigneurie de la Paroiche & Village de Witterſies soubz la Mayerie de la Hulpe, avecq les vollerie, pesscherie, amendes crimineles & civiles, confiscation des biens de bastars, des biens trouvez, outragez, dont l'on ne sçait le proprietaire, & aussy a cause des guerres mesme iceulx tenans partie adverse contre sa Majesté, & en oultre touttes aultres droits, prouffits & emolumens y appartenans.

Joannes *Blondéau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribens de *Witterſies* sive *VVitterzée* ita fatur:

Le Ministre de saincte Barbe *d'Orival* constitue un de ses Religieux au Pastorat de *VVitterzée*, & passé longues années les Seigneurs *d'Ophain* en ont esté Seigneurs haultains.

Le Chapitre de Nivelle & l'Abbaye d'Affligem, y ont leurs Courts, Cens & droicts Seigneuriaulx.

Les habitants du lieu se sont opposez en justice contre le Ducq, qui leur demandoit de chaque maison une poulle

poulle par an, & je croy que la cause est encor indecise. Il y a souz la mesme Paroisse, une autre Cour fonciere que l'on nomme *d'Assonville*, qui at autrefois appartenu à Iean *Huberlant*, qui l'a transmis à ses successeurs.

CAPVT XI.
De Dominio & Pago Ophain.

ANtiquissimus Dominus de *Ophain*, de quo in documentis fide dignis, hactenus nobis cognitis, mentio fit, comperio fuisse *Iohannem de Hellebeke*, designatum à Iohanne III. Brabantiæ Duce, anno M. CCC. XXXIV. ad componendam, quæ inter illum & Guilielmum Hannoniæ Comitem, de confinio emerserat controversia. Mandati diploma exhibetur à Christop. Butkens in Probationibus ad lib. IV. Trophæorum Brabantiæ fol. 174. inque eo nuncupatur: *Messire Iehan de Hellebeke Sire de Loenhout & de Ophain.* Recensetur etiam alius ab eodem Scriptore, lib. IV. pag. 458. inter proceres & nobiles feudatarios, qui vixêre sub memorato Principe Iohanne III. his verbis: *Iean Sire de Bouchaut, Loenhout, Ophain, Chastelain de Bruxelles fils de Gilles.*

Gramaius de hoc Dominio commemorans, tradit sequentia: *Sunt cognatæ terminationis Ophanium & Oosthanium, quasi dicas superum & Orientale Haynium, utrumque à Collegio Metropolitanæ Cameracensis Paræcum accipiens, utrumque Vcclensi lege jus justitiamque procurans.*

Hoc quantum Codices meminerunt Patritiæ Antverpiensis Hinckartiorum familiæ peculium fuit: Illud olim Trazeniacensium, denique Huldebergicorum anno 1460. Vltimò per unicæ hæredis nuptias cum I. de Davre in illam transijt familiam & etiamnum perseverat, plena totius jurisdictionis supremæ auctum potestate per Hectorem de Davre. Anno 1560.

In cujus Dominij fundo sita est Ordinis Cisterciensis Abbatia virilis.

Carpentier in historia Cameracensi enarrans prosapiam gentilium *S. Aldegonde*, habet circa finem pag. 70. hæc verba:

François Lamoral Comte de S. Aldegonde, prit alliance avec Agnes de Davre, fille de Warnier Seigneur de Miremont, du Bois Seigneur Isaac, *d'Ophain*, de Rosignies, d'Opperbais &c. & de Renée de la Douve Dame de S. Ghin &c. François Lamoral eut de sa femme Hugues Lamoral Comte de S. Aldegonde Baron de Noircarmes.

Vide quæ de gentilibus *de Davre* habentur apud Gramaium in Namurco Sectione 8. pag. 21. versa & seq. Præfecturæ Floridi Ruris. Et Carpentier in Historia Cameracensi parte 3. pag. 493. & seq.

Ioannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit de *Ophain*, his verbis:

Le Village *d'Ophain*, est en partie situé souz la Duché de Brabant, & la Comté d'Haynaut, tellement entrelacé, que l'on a peine à destinguer ce qui est de l'un & de l'autre. Ce que j'en sçay asseurement est qu'il at appartenu à *Iean du Bois Seigneur Isacq*, & je croy qu'icelluy estoit Iean de *Houdebierges* ou *Huldeberge* dit *Le Familleux*, Seigneur *du Bois Seigneur Isacq*, & *d'Ophain*. Selon que j'ay pu colliger hors les documents du Monastere du *Bois Seigneur Isacq*. Es archives de la Charité, je trouve l'an 1371. *Martiaul du Bois Seigneur Isacq*, Seigneur *d'Ophain*.

Il y at encore une autre partie audit Village nommé les *Meeulx* ou *Meez du Duc*, a cause qu'elle appartient au Duc de Brabant, qui en largeur contient cincq a six journaux s'estendant à la riviere *d'Ophain*, en allant à *Wauthy-Braine*, que Hector de *Davre* Seigneur des autres parties prins par engagere du Duc, à cause de la bienseance.

Le Chapitre de Nostre Dame de Cambray, at à *Ophain* quelques menuz cens & rentes, & y leve la Disme grosse & minüe, de laquelle un tiers appartient au Pasteur, parmy payant un tiers des charges affectées, deües aux Dames *d'Auwerghem*, aux pauvres & à l'hospital de Braine l'Alleud, & à la Chapelle de nostre Dame, fondée en la Parochiale *d'Ophain*.

CAPVT XII.
De Origine & Progressu Monasterij Nizellensis *Ordinis Cisterciensis in Brabantia-Gallica.*

DE conditore Ordinis Cisterciensis, & de causis quæ illum ad institutum illud impulerint, egimus lib. 2. quando descripsimus Monasterium Villariense. Ejusdem disciplinæ est Nizellense Cœnobium, sesqui milliario ab oppido Nivella, à cujus Domina Abbatissa *Christina Franckenbergia*, juxta

Miræum lib.2. Dipl. Belg. cap.96. fundatum eſt anno 1440. ab eaque dotatum Villa de *Roſoir* & Monaſterio Molinenſi, immediate ſubjectum, antea ſiquidem Molinenſis Cœnobij Villa fuerat cui annexa Capella cujus exordium ac progreſſum multis verſibus in ſua Gallo-Brabantia deſcribit Ioannes Baptiſta Gramaye, quos refert Chryſoſt. Henriquez in Faſciculo SS. Ord. ſui. De fundatione autem, ita ſcribit. *Dominus de Ophain primus Cœnobij fundator extitit. Abbatiſſa Nivellenſis fundatrix altera, quæ ex Prioratu Abbatiam fecit.*

Suſpicor quod tunc fuerit Dominus de *Ophain* N. *van Huldebergh* Dominus de *Bois Seigneur Iſac.*

CAPVT XIII.

De Dominio & Pago VVauthier-Braine.

W*Altheri-Brania* medio ferè itinere Braniam-Allodialem inter & Braniam Caſtri, ad meridionalem plagam ſaltus Soniæ ſita. Pagum medius interfluit rivus, è Braniæ-Allodialis fontibus ortus, qui in Sennam fluvium, Tubiſæ ſe exonerat.

Parochialis Eccleſia antiquæ admodum ſtructuræ, Collator eius quondam fuit Perſona loci; hodie per unionem Perſonatus Paſtoratui, jus ad Epiſcopum devolutum.

In eadem Eccleſia Beneficium B. Mariæ etiam unitum Curæ, & præter ſummum altare & B. Mariæ, alia duo non fundata.

Cenſetur ſub Parochiæ ambitu, Capella Sanctæ Aldegundi ſacra, juxta quam eremus ſeu cella anachoretica.

Abbatiſſa Monaſterij vulgò dicti *Wauty-Braine*, de quo mox dicetur, præcipua pagi Domina. Gramaius de Branijs agens, *Walteriana*, inquit, in ſacris *Perſonatum* habet, aliàs Capituli Nivellenſis & Baronis Gaesbecani peculium eſſe ſolet. In quem autem Gaesbecani ſuam tranſtulerint curiam nondum intellexi.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet de Waltheri-Brania, ſequentia.

Il y a diverſes Seigneuries ſouz la Paroiſſe de *Wauty-Braine*, dont l'une appartient aux Damoiſelles de *Gaesbeke*, & une autre au Chapitre de Nivelle : on y a autresfois ſuy la Loy de Liege, mais à preſent la couſtume de Nivelle y eſt en uſage.

L'an M.CC.LXXX. le Ducq Iean premier deſigna Henry *Prochian* Bourgeois de Bruxelles, pour en ſon nom accepter & recevoir tel Alleu que Wauthier de Braine Chevalier tenoit à *Watier-Braine*, pour en adheriter l'Abbeſſe & Convent de *Watier-Braine*, ſauf la haute juſtice que le Ducq y retenoit, ſi comme de feu, meurtre, Larcin, &c. *Butkens* donne au ſurnommé *Wauthier* le tiltre de *Sire de Braine*, mais la Charte qu'il produit aux preuves de ſon 4 lib. des Trophees de Brabant pag.113. ne contient que *Watiers de Braine*, auſſy l'on voit que le Ducq s'y retenoit la haute Juſtice, que Philippe IV. Roy d'Eſpagne expoſa en vente l'an 1630.

Les Comtes d'Haynau ont autresfois voulu tirer partie de cette terre en controverſe, auſſi bien que pluſieurs autres lieux aux environs de Halle.

L'Heremite.

L'*Ermite* eſt comme je Croy ſouz la Paroiſſe de *Wauty-Braine*, ou les Damoiſelles de *l'Hermite* ont eu cydevant cens, rentes, loix & amendes, qui ſe jugent ſelon la Loy d'Uccle. L'an 1630. le Roy expoſa la hauteur en vente. Gramaye n'en dit autre choſe que les mots ſuivants, *Heremus Hincartiorum ab antiquo peculium.*

CAPVT XIV.

De Monaſterio Walteri-Braniæ, *monialium Ordinis Ciſtercienſis in Brabantia Gallica.*

Joannes Bapt. Gramaius de hoc Cœnobio tradit iſta :

W*Alteriana* (Brania) ab Equite illuſtri nomen habet. Qui in fundo ſuo ante annos 500. pluſminus, Ciſtercienſis inſtituti femineam extruxit Abbatiam, celebrem illam & Cantipratenſis tempore *Sanctarum Altricem Virginum & Integræ pietatis hoſpitium.* Cœnobium ante annos 28. flammis abſumptum partim Catherinæ *de Leſte* reparari ceptum, partim Ioannæ *V Veſſen* Abbatiſſarum induſtria reſtauratur.

Auguſtinus Wichmans XXXVIII. Abbas Tongerloënſis Ordinis Præmonſtratenſis, in Diœceſi Sylvæ-ducenſi. Edidit anno 1632. *Brabantiam Marianam* à ſe conſcriptam cum eſſet Paſtor in *Mierlo*, & Archipresby-

ter Helmondanus in quo opere lib. III. cap. XXV. accuratè meminit hujus loci, his verbis. Monasterium, vulgò Walteri Brania in finibus Brabantiæ Wallonicæ, primo lapide ab Hallis Hannoniæ oppido, quod fundatorem suum nomine proprio satis significat, *VValterum* videlicet, virum nobilem, & Equitem illustrem, qui in proprio fundo illud extruxit anno M.CC.XXIV. ut habet noster Dion. Mudtz. in Appendice Historiæ Ecclesiasticæ suæ Belg. quamvis Chrysost. Henriquez in Fasciculo ad annum referat 1229. quo eodem illud etiam commemorat Her. Rosweyd. in sua Histor. Ecclef. ex Chron. Cisterc. Miræi, quod ad marginem citat. Fuit olim celebre admodum Cœnobium, plurimis sacris virginibus, Sanctitate vitæ commendatis, plenum: & ut scribit Thom. Cantipratan. *Sanctarum altrix Virginum, integraque pietatis hospitium.* Verum bellicis pronuper tumultibus, cladem quoque cum multis alijs communem sustinuit, & ruinam magnam, licet paulatim & disciplinæ veteri, atque ædificijs pristinis restituatur, Abbatissa ex *Valle-Ducis* evocatâ. Patet autem Abbati Villariensi, qui eius curam habet: adservaturque in eodem Spina Coronæ Dominicæ, Capita duo ex parthenio S. Ursulæ Sodalitio, nec non Christi Salvatoris statua ex Cruce pendentis, prodigijs celebris, ut in suo Hiero-gazophilacio scribit Raissius.

CAPUT XV.

De Dominio & Pago Oostkercke.

OOSTKERKA, Dominium vetus, in extremis Brabantiæ oris situm, Hannoniam versus. Feudalitio nexu dependet à Principe, quoad jus Gladij, Castellum loci; à Braniæ-Allodialis Domino, cum juribus prædiisque ei annexis. Præterea tenentur in feudum à Præposito Nivellensi, & à Gaesbekæ Barone, nec non à Facuwesij Domino, nonnullæ *Oostkerckana* Toparchiæ partes, omnes singulatim transcribere longum foret, & ni fallor â Curia Angiana in *Ronkieres*, possidetur, etiam clientela non exigua.

Jus Patronatus Ecclesiæ spectat ad Toparcham, in cujus chori medio visitur tumulus longitudinis septem pedum & quatuor latitudinis, tribusque pavimento sublimior, & circum circa teutonicis litteris inscriptio talis.

Cy gist noble homme Ingelbert Dally Chlr. Sr. Doosterque de Froumelles et de St. Denisboucle / qui trespassa l'an xv.c xxiij. le iiij. jour de Novembre.

Et Madame Jehenne de Luxembourg fille naturel / de feu puissant Prince Loys Conte de St. Pol / Connestable de France qui trespassa l'an xv.c lvij le xvj. de Juing. pryez pr. ls. ames.

Super monumentum, quod est ex cæruleo marmore, exsculpta sunt, amborum supina simulachra, appositis gentilitijs insignibus.

Ludovicus Comes fani S. Pauli de quo in citato epitaphio mentio fit, Parisijs capite plexus fuit Ludovico XI. regnante, die XIX. Decembris anno M.CCCC LXXV. duxerat primò Ioannam Barrensem Marlæ Comitem, deinde Mariam filiam Ducis Sabaudiæ, quæ unicum tantum filium Ludovicum peperit. Prior liberos quinque. Vide Pontum Heuterum, in genealogia Lutzenburgica, porrò de morte præfati Comitis, consule Philippum de Commines scriptorem coævum.

Tandem Luxemburgica stirps mascula, desijt an. 1616. in Henrico Duce de *Piney*, Principe de Tingry, Comite de Brienne & Liney. Vide Chronicon Belgicum, Auberti Miræi.

Ioannes Baptista Gramaye, in sua Gallo-Brabantia, perstringens pagos præfecturæ Hulpensis, hujus & Genivallensis meminit his verbis.

Fanum Australe, & vallis Juniperi pagi duo, undique ab arbitrio Dominorum gubernati. Hæc peculium Sombreffiorum olim fuit, illud Glymeæ stirpis, Ioannæ dos quæ in Rimerswalios ex se natos transmisit.

Idem Gramaius, in Bruxella pag. 75. agens de Gentilibus *Tserclaes* & Dominijs ab ijs possessis, Arnoldus, inquit, cum uxore Catharina *Dielbecam* accepit & Arnoldi patruelis Michaël cum sua *Oostkerckam.*

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribit ista.

Gramaye rapporte que la terre d'Oostkercke at esté donnée en mariage à Ienne de Glymes, qui l'an 1532. espousa Adrien de *Rimerswal* Seigneur de *Lodyck*, & la transmit à sa posterité. Je ne sçay ce qu'il en est, mais cette Jenne estoit fille de Jacques de Glymes Seigneur de Grimberges, & d'Isabeau de *Boshusen.*

Le suiet que j'ay d'en douter, est que l'an 1518. Engelbert d'Ailly s'en qualifioit Seigneur, & qu'il se trouve au Registre des fiefs de la Dame de Nivelle, que l'an 1547. Jenne de Luxembourgh vefve d'Engelbert de *Fromelle* Seigneur d'Oostkercke, releva deux plain fiefs qu'il tenoit de Robert de Croy Evesque de Cambray en qualité de Prevost de Nivelle.

Je ne sçay si c'est de ce lieu qu'estoit Nicolas *d'Oskercke* qui l'an 1138. signa entre autres la confirmation des biens d'Affleghem, que fit le Duc Godefroy premier. Le sieur Maximilien *de Viron* fut en nos jours Seigneur d'Oostkercke & Conseiller du Roy au Conseil de Luxembourgh, qui d'Anne *Triest* procrea Lambert Maximilien *de Viron* Seigneur d'Oostkerke & Marie Marguerite *de Viron.*

L'an 1630. le Roy exposa la hauteur en vente.

Cæterum, in elencho seu denombramento nuperis annis teutonicè conscripto, inter cætera habentur ista.

Het Casteel van *Oostkercken* metten boomgaerde, groote bempden ende l'Espesces, sijn verheffende van een volle Leen vande Heerlijckheyt van Brain-Lalieud.

Item alnoch ses dachwanden Weyde gelegen by de brugge le Teillier, resorterende onder de voorsz. Heerlijckheyt van Oigstkercken, 'twelck is een leen verheffende onder den Heere Prooft van't Capittel van Nyvel.

Item 40. bunderen bosch in twee parceelen komende d'een tegens d'ander, gelegen in't gesicht van't voorsz. Casteel, ende komende tegens de voorsz. Weyden genoemt Lespesces, mitsgaders tegens de heyden der voorsz. Heerlijckheyt van Oigstkercken, gehouden in een volle leen vande Baronnie van Gaesbeke.

Item alnoch eenen anderen bosch groot dry a vier bunderen gemeynelijck gheeten den bosch Dame Iehanne & des Try, gelegen onder de Heerlijckheyt van Zatt, waer van ses dachw. leen sijn verheffende onder den Heere van Faulcue, neffens de heyde aen het pachthoff van Lamotte, ende dat aen diversche zyden, ende aenden wech gaende vande voorsz. heyde naer Brain le Chasteau.

Item elf bunderen en een dachwant oft daer ontrent winnende Landen, komende tegens de landen vande hoeve de la Falise, by den wech gaende van Oigstkercke naer Coeurcq, ende aenden wech gaende van Tubise naer het bosch van Fay au Bourbailly & aux Beginnes.

Item de voorsz. Heerelijcke Cheynsen consisterende in 70. Cappuynen oft daer ontrent.

Item in Gansen twee.

Item sesthien Hinnen ende een halve.

Item in vyf Correweyden.

Item in vierentwintich twee quart ende een pinte haver.

Item in penningen duysent veerthien saulx xvij. makende vyf hondert seven stuyvers seven deniers salvo justo.

Alles sonder te begrypen de Heerelijcke Chynsen die schuldich is den Heere Gaillard ter saken vande landen ende pacht-hoven competerende aenden selven.

Item dat aende voorsz. Heerlijckheyt van Oigstkercken alnoch is geaffecteert een volle leen verheffende vanden Heere d'Engien onder Ronquier, van welcke volle leen d'Engien, gelijck oock van t'gene van Gaesbeke ende vanden Heere Prooft van het Capittel van Nyvel, daer af sessentseventich leenen bevonden worden min ofte meer die daer onder verheffen, onder de welcke worden bevonden seven oft acht volle leenen.

Synde te noteren, dat het Recht 't welcke den Heere der voorsz. Heerlijckheyt van Oigstkercke van Sijne Majesteyt besit 't welck is den slach ofte executie vande Justitie, is beleent voor de somme van veerthien hondert guldens eens, dus hier memorie.

CAPVT XVI.

De Dominio & Pago Chapelle S. Lambert.

FAnum *Sancti Lamberti.* Pagus in colle situs, unde amœnus prospectus in loca vicina, prataque quæ crebri fontes rigant, quæque Lanna fluvius haud procul inde ortus, medius interfluit.

Antiquissima notitia pristinorum Dominorum loci, eruenda ex schedis, propinqui Monasterij *Aquiriensis*, nemore & *Decimis* ab illis donati anno M. CC. XLIV. uti bina subjuncta testantur diplomata, quorum authographa exhibita fuerunt nuperis annis à D. Benedicta *de la Motte*, hodierna memorati Cœnobij Abbatissa, in causa litis, contra Guilielmum *Baulduin*, loci Parochum, in Suprema Brabantiæ Curia instituta, suntque ista:

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Quoniam parum est labenti memoriæ hominum, ea quæ firmitatem perpetuitatis requirunt, relinquere, nisi & scriptis & fidelibus commendentur, testium testimonio. Inde est quod ego W. Nivellensis Præpositus, universis tam futuris quam præsentibus, præsenti pagina notifico, quod Decimam quam Gozolo de Capella *miles, & xxvj. d. tenebat à me in feodo, in manus meas ad opus Dominarum de* Awiria *Cisterciensis Ordinis resignavit; quam videlicet Decimam, & denarios præscriptos eisdem dominabus pro remedio animæ meæ, ad opus perpetuæ sustentationis reportavi. Vt autem prædicti* Gozolonis *resignatio, & mea reportatio, firmitatis*

tatis robur obtineant; præsentem paginam sigilli mei munimine dignam duxi roborari. Collata concordat cum suo originali, *Signatum* DE Herzelles & B. LE MIRE.

Universis præsens scriptum inspecturis. Ego Henricus dictus miles de Basilica sancti Lamberti *juxta* Lanehe, *& Henricus unigenitus meus, cognoscere veritatem, universitati vestræ notum facimus, quod nos causis, clamoribus, calumpnijs, & omni juri terræ, nemoris, & Decimæ in quibus dicebamus adversus domum* Awiriæ *nos jus habere, omnibus renuntiavimus, & ea domui* Awiriæ *liberè & absolutè in eleëmosynam quittavimus, & assumpto libro, coram Abbatissa & Conventu, ego & Henricus filius meus, super Altare Beatæ* Mariæ de Awiria, *reportavimus, & quia sigillum non habemus, sigillo Domini Castellani Bruxellensis, præsentem paginam ad preces nostras fecimus roborari. Anno Incarnationis Domini, Millesimo CC. XLIIII. mense Augusto, in die beati Bartholomei Apostoli. Testes autem hujus rei, Dominus Bosinus miles de* Othegnees, *& Dominus Godefridus miles frater ejus, & Dominus Godefridus miles de* Rixansart, *& Dominus Henricus dictus* Bavenchiens, *Ioannes* Laneh, *Ioannes filius Domini Bosini de* Othegnees.

Ex Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1518. à nobis supra exhibitis lib. 3. cap. 31. patuit *Capellam S. Lamberti* esse Ecclesiam filialem de *Mousty*, his verbis.

Capella Sancti Lamberti prope Lannam, Ecclesia filialis de *Monasterio supra Diliam.* Rector est Dñus Bartholomeus Tartareaux, deservitur per eundem. valet x. modios siliginis, habet onus Missæ Dominicis & Festivis diebus.

Altare B. Katharinæ annexatum. Matricularius est conjugatus.

Quo sæculo quove sæculi anno, ab Ecclesia matrice fuerit sejuncta, studiosè quærens invenire non potui.

Ioannes *Blondeau* scribens de pago & Parochia *Mousty* cujusque verba dedimus lib. 3. capite 31. supra citato; asserit id contigisse à ducentis & quinquaginta circiter annis.

Hoc constat, conditam inibi ac dotatam Capellam Divo Lamberto sacram, à quodam viro nobili *Engelberto* in sui juris fundo idque ante annum M.C.LXXX. uti patet ex diplomate subjuncto.

Notum sit universis Christi fidelibus, quod ego Gozolo miles de Capella Sancti Lamberti, quã juxta turrim suam avus meus Engelbertus in fundo suo condidit ac dotavit, & in qua pater meus Gottefridus & mater mea Adelisa, & uxor mea Gisla sepeliri voluerunt, volens animæ meæ saluti propensius providere, do presbytero eiusdem Ecclesiæ duodecim sextaria siliginis mensuræ de Wavera, capienda singulis annis in grangia nostra, & non redimi poterunt, nisi cum septendecim pro uno, & valor tunc applicabitur in terris arabilibus, pro Missa quam Ecclesiasticus ordo pro fidelibus defunctis celebrari ordinavit. Testes hujus rei Gottefridus Castellanus, Henricus de Isca, Godinus villicus de Lovanio, ego Gozolo qui presentem cartam sigillo meo firmavi. Acta sunt hæc apud Lovanium anno Dñi M.C.LXXX. *mense Octobri.*

Porrò quisnam condiderit veterem illam turrim, juxta quam ab *Engelberto* olim structa *Capella*, hactenus assequi non potui, anno M.D.XLII. maxima sui parte incendio imminuta fuit, Martino *van Rossem* Gallo-Brabantiam devastante.

Sed nuperis annis novis ædificijs aucta fuit prædicta turris, inque ijs eleganter structum Oratorium domesticum seu Capella Castralis; facultatem faciente, ad sacrificium Missæ celebrandi, Namurcensium Episcopo, primaque inibi Deo oblata hostia die XVI. Septembris anni M.D.C.LXXXVII.

Cæterum, meritò huc referri potest, quod scribit Franciscus Zypæus in Notitia Juris Belgici lib. 2. de Jure Emphiteutico. Inquiens, plerisque locis, res omnes, à pagorum territoriorumque Dominis, feudali, Emphiteutico, vel censuali nexu dependent, raræ optimo jure possidentur: alicubi alaudia sunt utroque nexu soluta: sed rariora hæc, feuda quidem frequentiora, censuales res aut Emphiteuticæ assiduæ ferè.

Universus enim hujus pagi ager, feudali, Emphiteutico vel censuali nexu dependet à Territorij Domino.

Ast suprema sive alta hujus pagi Jurisdictio, penes Lotharingiæ & Brabantiæ Duces mansit in annum 1566. quando Andreæ *de Camby* Territorij Domino, à Philippo II. Hisp. & Ind. Rege pignori data fuit,


quamque eius hæredes fiduciario jure possiderunt in annum 1630. Tandemque anno M.D.C.XLIV. XV. Febr. Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex, in perpetuum vendidit *Thomæ Lopez de Ulloa* S. R. Imp. Marchioni, Comiti Rodæ S.Agatæ, Baronique Limalæ, à quo antea, ab anno 1630. fiduciario jure possidebatur, transcriptionis precium fuit quatuor florenorum milla.

Joannes Baptista Gramaius, perstringit Toparchiam hanc his verbis:

Fanum Lamberti *etiam à Sombreffijs possessum nuper, ubi supremæ jurisdictionis Andreas* Cambré *titulum cedente Rege acquisivit anno* 1566.

De Camby dixisse debuerat quodque fiduciatiam acceperat jurisdictionem.

Solebant Domini de *Mousty* ad Thiliam, hoc in pago suum quoque habere tribunal & Prætorem, aliosque justitiæ ministros, sed Dominium illud, cum juribus ei annexis, transcripsit Franciscus Josephus *de Spanghen* Mostiaci Dominus, Jacobo Baroni Le Roy & S. R. I. territorij Capellæ S. Lamberti Domino.



Castellum la Tour iuxta fanum St. Lamberti

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de Fano Sancti Lamberti fatur his verbis.

La Seigneurie de *Chapelle Sainct Lambert*, n'est pas d'une grande estendüe, mais d'un bon rapport, consistant en bois, prez, terres labourables, cens Seigneuriaux, rentes, & Cour Feodale, de laquelle dependent plusieurs fiefs, entre autres la Seigneurie Fonciere & cens que la Commenderie de *Chantraine* possede a *Pinchart* en releve en un plain fief, & le Seigneur at aussi une bonne maison, que l'on nomme la Tour.

La Hauteur de ce lieu, appartient au Baron de Limale, par achapt qu'en a fait du Roy le Pagador General Thomas Lopez de Ulloa Baron de Limale pere du moderne, qui à prix d'affection immoderée a voulu aggrandir la splendeur de la terre de Limale, tant en bastiments, qu'en y annexant les hauteurs & titres des Seigneuries voisines, encor bien qu'il n'y avoit aucun fond ou revenu, & ne possede en celle cy qu'un petit prez en Censive du Seigneur Foncier Jacques Baron le Roy & du Sainct Empire, que je trouve dans le Registres de la Dame & Princesse de Nivelle, avoir relevé en l'an 1683. le plain fief appellé *le Cens Seigneurial de Lanne à Sainct Lambert* à luy devolu par la mort du Baron Philippe son pere, Seigneur de Brouchem & Foncier de Chapelle S. Lambert, comme appert aux dits Registres folio 221. verso.

La Cure de Chapelle S. Lambert est de facile administtation & d'un bon revenu, principalement depuis que le Curé, a gaigné par proces, la moitie de la disme du lieu, que les anciens Seigneurs avoient aumosné à l'Abbaye de Nostre Dame *d'Aywieres*, & outre l'import considerable des anniversaires fondez dans son l'Eglise, il possede plus de la dixieme partie de tout le fond du Village, en bois, prez & terres labourables, dont il

releve

releve aucunes parties du Seigneur Foncier & des autres il luy paye cens, marque evidente qu'elles procedent aussi des anciens Seigneurs, parmy lesquels je trouve dans un viel Registre d'Obits, que Maistre Guillaume Baulduin Pasteur du lieu, m'a monstré, que Bernard *vander Spout* que les Wallons appellent *del Spout* & Bernard fils du susdit Bernard *vander Spout* en ont estez successivement Seigneurs, & y possedé la Seigneurie & Cense de *la Tour*. Dans l'Eglise l'on y voit encore la sepulture d'un d'iceux & peutestre y sont ils enterrez tous deux; auparavant en estoit Seigneur Jean de *Ghilenghien*, ne sçachant pourtant comment, de la maison de Ghilenghien la terre à esté tranferée à celle de *vander Spout*, mais bien que Jenne ou Isabeau *vander Spout* espousant Henry *Estor* Seigneur de *Bigarde* la porta en dote à son mary, & procreerent Bernard *Estor* aussy Seigneur de *Bigarde* & Foncier de la Chapelle S.Lambert, qui espousa Marguerite de *Baenst*, laquelle & son fils Jean *Estor* Seigneur de *Bigarde* &c. furent condemnez à mort, pour crime d'heresie, dans le malheureux siecle passé, & trespasserent la veille de Rois, l'an 1547. leurs biens confisquez au profit du Roy; & puis par decret venduz à Jerosme *Baudewyns* fils d'Adam, qui en à fait le relief l'an 1550. en la Cour de *Mousty* pour la Seigneurie Fonciere de Chapelle S. Lambert, & dans la Cour de la Dame de Nivelle, pour les cens Seigneuriaux à *Lanne*.

L'an 1563. Adrian *de Camby* comme mary & mambour de Damoiselle Anne *Baudewyns*, fit le relief.

L'an 1606. Anne *de Camby* fille d'Adrien de Camby & d'Anne Baudewyns fit le relief avec le Sieur Maximilien *van Mechelen* son mary & mambour.

L'an 1637. Philibert *van Mechelen* au nom & comme Commis du Sieur Maximilien van Mechelen son oncle, heritier d'Anne de Camby susdite, à fait le relief.

L'an 1651. le Sieur Paul Roels Seigneur de *Traulée* at au nom & de la part de Damoiselle Margarite *Baudewyns* Dame Fonciere de Chapelle S. Lambert par la mort de N. à fait le relief.

L'an 1654. le 15. de Decembre ladite D. Marguerite *Baudewyns* à vendu à Messire Philippe *Le Roy* Chlr. Banneret Seigneur de Brouchem &c. & depuis fait Baron du St. Empire, la Seigneurie Fonciere de *Chapelle S. Lambert*, appendences & dependences d'icelle. Ainsi est ladite terre tombée en la maison du Baron *Le Roy* qui la possede presentement.

LIBER V.

Continet Præfecturas Graviensem, seu Gresiensem, Gemblacensem & Gemblacum oppidum.

CAPUT I.

De Dominio & Municipio Grez.



GREIZIUM, inquit Gramaius, illustre municipium, amplum, potens, nobile. Olim Comitatus titulo insigne, quod docet *Gernerius Comes de Grez*, in expeditione sacra celebratus, sub Duce Godefrido III. Olim nundinas suas, leges & tribunal proprium, & quindecim in circuitu prætoria ab equitibus habitata habebat. Toparchæ ex prima semper nobilitate fuerunt, omnibus ferè bellis nominati; Dominia in suam stirpem amplissima transtulerunt, interque alia *Lintrense*. Ex quo per filias *Grazium* cepit in alias stirpes transferri, eosdem semper cum *Lintria* Dominos habuit. *Hæc Scriptor ille.*

Balduinus cognomento Hierosolymitanus, Comes Montensis sive Hannoniensis, in Syriam ad bellum sacrum profecturus, anno 1096. *Covinum* alijs *Tuwinum* Castellum vendidit Oberto Episcopo Leodiensi, cujus transcriptionis inter cæteros nobiles testis fuit *Comes Warnerus de Grez*. Exhibeturque rei tum gestæ diploma ab Auberto Miræo lib. I. Donationum Belgicarum cap. XXXI. satis manifestum indicium ante id tempus Comitatum extitisse, unde familiæ *van Grave* Gallis *de Grez* & tot exinde nobilium nomen promanavit.

Recensetur à Francisco Dongelbergio in suprema Brabantiæ Curia Senatore, in Isagoge ad genealogias nobilium qui interfuerunt prœlio Woringano, pag. 143. *Radulfus* de *Gravia* miles anno 1281.

Raso de Grez Dominus de *Maleve* defunctus 28. Januarij anno 1351. & Domina Margareta de *Rivieren* uxor eius, Domina de *Neerlinter*, defuncta 15. Martij anno 1364. sepulti ambo in Capella Sancti Georgij in loco de Grez. Fuit hic Raso filius Gilberti militis.

 Et

Et prosequendo inquit, jacet etiam ibidem Dominus Gilbardus *de Grez*, Dominus de *Bierch* & de *Hauchines* miles qui obiit ipso D. Dorotheæ anno 1364. eiusdem bona adjudicata fuerunt anno 1376. D. *Gerardo de Grez*, Domino de *Soyse* militi, qui ea vendidit Ingelberto de Grez suo fratri &c.

Raso de Grave Dominus de *Linthere*, vixit anno 1339.

Item anno 1375. vixit Ingelbertus filius quondam Domini *Imberti de Grez* militis.

Domina *Maria Godevaerts* filia Ioannis militis, ex filia *Waltheri vander Brugghen* militis, Domini de *Heverle*, uxor quondam *Balduini de Grave*, tenet Dominium in Parochia de *Erps* anno 1382. hic Balduinus est frater supradicti Domini *Gilbardi de Grez*, reliquit *Rasonem*.

Balduinus de Gravia Dominus de *Maleve*, filius quondam Domini Gilberti, factus oppidanus Bruxellensis anno 1376. Raso de Gravia miles eius filius, tenet Dominium in *Erps*, item *Maleve* sicut Gilbertus de Grave illud tenuit & bona de *Wolfshage*.

Ioannes de Glymes, Dominus de Berge super Zomam Grimberge &c. Executores testamenti sui, quod condidit 7. Octob. anno 1427. nominat patrem suum, Dominum de Glymes, Balduinum fratrem suum, Rasonem de Grez avunculum suum, Franconem de *Borssel* & alios.

Domicella Joanna filia Rasonis de Gravia, Domini de *Heverle*, & *Maleve*, relicta Jacobi de *Iauche* anno 1437. Raso de Gravia Dominus de Heverle, vendidit illud anno 1448. Domino Nicolao Raulin. *Hac ibi.*

Obijt anno 1350. inquit Divæus *Raso à Gravia* eques fortissimus, cujus etiam exteri chronographi meminêre in bellis Anglicis. Eodemque autore *Razo à Gravia* Ioanni IV. Brabantiæ Duci adhuc minorenni Rector datur à Lovaniensibus anno 1415.

Porrò an hi *Radulphi*, *Rasones*, *Ingelberti*, *Imberti*, *Gilberti*, & *Balduini* de *Gravia* omnes fuerint dicti loci Domini merito dubito, siquidem eorum epitaphia hoc non indicant.

In templo de *Grez*, ad dextrum latus aræ maximæ, in quodam sacello visitur stupendæ magnitudinis monumentum è vivo saxo, cum incubantibus priscæ armaturæ militis uxorisque eius simulacris.

Epitaphium marmori incisum, hactenus frustra desideravi, suspicor esse Razonis de Grez, Domini de *Maleve*, & Margaretæ de *Rivieren* de quibus supra facta mentio. Inquirendum utique.

Hemricurtius in speculo nobilium Hasbaniæ cap.3. pag 43. scribit Gilbertum de Gravia duxisse filiam Rasonis de *Seraing* equitis ex familia *Warfuzaa*, his verbis, Messire Raes de *Seraing* Chevalier eut trois filles, la premiere fut mariée à Messire Gilbert de *Greis* en Brabant, dont ceux de *Greis* sont sortis, & le Seigneur de *Lintre* par sa Mere. Legiturque apud eumdem Scriptorem cap.XIX. pag.245. Rasonem de *Celles*, Jacobi Domini de *Celles* equitis Bannereti filium, duxisse filiam *Grezij Domini in Brabantia*, nullo expresso nomine, sed ut colligi datur, contigit circa annum 1350. Sub Ioanne secundo reperitur lib.IV. Tropheorum Brabantiæ cap.VIII. pag 381. Raso Dominus de *Grez* & de *Neerlinthre*, eodemque lib. cap.IX. pag.458. Sub Ioanne tertio possessum à Daniele *de la Riviere* Toparcha de Grez & de Neerlintre ex familia Arschotana, diciturque postmodum fisco adjudicatum, unitumque patrimonio Principis, causam tempusque aliquando sed frustra inquisivimus, in Regestis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, in quibus tamen deprehendimus spectasse ad Brabantiæ Duces à ducentis & pluribus annis Dominium ejus, & quinta Augusti anno M. DC. XXVI. Pignori datum à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege, Baroni de *Wonsheym*, fiduciario jure possidendum, pro triginta millibus centumque florenis, eodemque jure & tempore Dominia *Fani S. Laurentij* & *Nodebais* pignori data, pretijque caput fuisse quindecim florenorum millia. Scilicet Dominium *de Grez* cum annuo censu mille florenorum, *Chapelle S. Laurent & Nodebais* quadringentorum & quinquaginta, tenuitque ætate nostra præfata Dominia dicti Baronis vidua Ermengardis de *Ghilenghien*.

Porrò cum rursus fuerint à Principe auctioni exposita anno 1645. decima Ianuarij, quis ea emerit hactenus me latet.

Abbatissa Vallis Ducis duobus à Lovanio milliaribus, Cisterciensis Ordinis Monasterium, Graviæ potitur Decimis inibique sacrorum constituit ministrum.

Olim hîc Begginasium fuit, hodieque monstrantur ædes, nunc anus aliquot inhabitant, vitam ex pitancia tolerantes: adjacet sacellum Capellano & dote instructum non exigua, cujus collator Toparcha de *Pieterbais*.

Templum Parochiale D. Georgio sacrum, & venerandis Sancti Marculphi Lipsanis celebre; est illuc accursus peregrinorum maximus, invocaturque potissimum ab iis, qui strumarum incommodo laborant. Dicti Sancti obiter meminisse oportet, fuit S. Marculphus Abbas Ordinis S. Benedicti in Constantiensi Galliæ Diœcesi, condiditque Nantum monasterium, ibique mortuus & sepultus; porrò postmodum corpus delatum ad Corbiniacense templum, ad quod honorandum Christianissimi Reges Francorum, statim atque Remis inuncti sunt, proficisci solent. Dicuntur enim hujus meritis accepisse beneficium divinum suo attactu sanandi strumas. Erecta ibidem creditur à S. Ludovico Rege confraternitas, in qua primus inscriptus, ejusdem hactenus habetur protector.

Inter characteres temporis, quibus definiri S. Marculphi ætas potest, eminet regimen Childiberti primi Regis Francorum & Ultrogodis Reginæ, quam pro secunda vice adijt Compendij circa annum 558. ut colligi datur ex historia vitæ ejus.

Abhinc annis amplius quinquaginta, civis quidam Wavriensis docuit Gravienses, modum faciendi calcem, ex saxis inibi nascentibus cretæ mixtis, unde non exiguum loco commodum accessit.

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus loci, his verbis:

Souz

Souz la Paroiche de Grez, il y at plusieurs Chasteaux & Seigneuries, qui meritent que l'on en parle separement, tels que les Chasteau de *Laurentsart*, de *Pieterbais*, & de *La Motte*. Les Seigneuries de *Bercus*, *Argenteau*, *Lis*, *Morsain*, & *Dionceau* ou *Douceau*, qui at jadis appartenu à la famille d'Audregnies, à present à celle de Verreycken.

CAPVT II.

De Dominio Bercus.

EX Commentarijs Joannis *Blondeau* :

Je croy que le bois de Bercus, at autrefois appartenu à une noble famille du Cambresis, qui porte le mesme nom & pour armes d'or à trois treffles de sable.

Ce bois est a present possedé par le Chapitre de nostre Dame de Cambray, & horsmis qu'il est gisant souz la Paroiche de Grez, est independant de toute autre jurisdiction, ayant separement son Mayeur, Eschevins, Greffier & Sergeants, droict de franche chasse, & mesmes ses loix, usages & amendes touchant le bois, & divers cens Seigneuriaux aux environs. Quant à la Famille de Bercus, voyez Carpentier en son histoire de Cambray partie 3. pag.218.

CAPVT III.

De Dominio La Motte.

EX Commentarijs Joannis *Blondeau* :

En Aoust 1578. l'Armée des Estats, souz la conduite de Maximilien Comte de *Bossu*, print en passant (au rapport de Jean François le Petit liv.xr. de ses histoires) les Chasteaux de *Dyon*, de *La Motte*, *Helsenne*, & du *Sart*. La Motte se laissa batre, où n'y avoit que 15. ou 16. Soldats, le reste paysans, & fut prit d'assaut, ou le Seigneur *de la Noüe* Marechal de Camp, le Viscomte de *Gand*, & le Collonel Michel *Caulier* passerent l'eau des fossez jusques à la ceinture (encor que ce ne fut pas sagement fait audit Viscomte pour un chef General de la Cavallerie comme il estoit) & avec les Anglois, qui se jettoient dedans comme grenoüilles, l'emporterent, & taillerent les Soldats tous en pieces, pardonnant aux Paysans.

Ce Chasteau est au milieu des prairies, en une assiette fort agreable, ayant le Cloistre de *Florival* en veüe, & quantité de surgeons de fontaines, qui produisent des eaux en tres-grande abondance, & le rend de difficil acces.

Il fut basty par *Guy* . . . . . enterré à Florival.

Les biens de la Motte relevent en partie de la Cour Feodale de Brabant; & ont appartenu à Gilles de *Bonlez*, & puis à Messire Guy *del Motte*.


Le Registre Feodale de Brabant rapporte, que par le trespas de Bauduin de *Brousberge*, Catherine de *Brousberge* dite de Bonlez sa fille, & Engelbert *Hardung* son mary les releva 1479.

Catharine Hardung leur fille, par le trespas de ladite Catharine sa Mere, & Nicolas *Nyrelle* son mary releva l'an 1502. Et puis ladite Catherine Hardung l'an 1505. les transporta à Guy de *Heule* Chlr. allié à Jenne de *Gesves*, laquelle fut mere de François de *Baillet*, qui releva l'an 1540. par le trespas de sadite mere, ayant laissé un fils nommé Jacques, & Jenne, Anne & Marie de *Baillet*.

Messire François *d'Outremont*, par l'adjudication faite à Anne de *Baillet* sa mere, par sentence du 2. May 1572. le releva l'an 1605. & l'an 1622. le transporta au profit de Gautier de *Hontoy*, auquel succeda l'an 1625. Jean de *Hontoy* son fils. *Ex Regestis Feudorum Brabantiæ & alijs.*



CAPVT IV.



Castellum Laurentsart.

De Dominio & Comitatu Laurentsart.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

La Seigneurie de *Sart*, est une tres-belle Terre, assise en la Paroiche de *Grez*, avec un Chasteau dans une situation agreable, sur le costé gauche de la riviere du Thy, basty dans les prairies qui luy donnent de tous costez un tres-beau prospect, ayant du costé de Septentrion des montaignes, bois & plainures voisines pour le devertissement de la chasse. La basse Court est grande & belle, & au milieu d'icelle une fontaine, comme aussi en la place du Chasteau. Ie crois que ce lieu a prins nom de *Laurensart* de Laurent de *Blioul*, qui en at autresfois esté Seigneur; & qui l'an 1531. avec D. Catharine de *Coene* sa femme, faisant leur testament, laisserent en vie Engelbert de *Blioul*, Jenne, Hierosme & Laurent, qui procrea Marguerite de *Blioul*, comme j'ay remarqué hors divers proces, qu'ilz ont eu ensemble. Cette famille portoit azur au chevron d'or acompagné de trois roses de mesme.

Si la memoire ne me trompe, cette Terre at autrefois esté en la famille de *van Etten*, & en celle de *Reuel* Seigneurs d'*Audregnies*, à s'informer.

Hæc de hoc loco Scriptor ille, quibus adjungemus epitaphium Margaretæ de *Blioul*, quod deprehendimus in choro templi Divæ Virginis Wavriensis, juxta aram maximam ad latus Evangelij, ubi etiam visuntur insignia familiæ de *Blioul*, & consanguinearum gentium in vitrea fenestra pincello adumbrata.

Cy gist Dame Margarite de Blioul, en son vivant Dame du Sart, Doüagiere d'Audregnies, Vefve du feu Charles de Reuel, en son temps Chevalier, Seigneur dudit Audregnies, laquelle trespassa le 3. *jour de Febvry l'an* 1594. *priez Dieu pour son ame.*

Transijt

Transijt postmodum *Sarti* Dominium in familiam *Verreycken*, quod nos monet cenotaphium marmoreum Bruxellis visendum in sacello quodam, dextri lateris, navis templi Capellarum, adversus parietem è regione altaris, cujus verba dedimus lib. secundo capite v.

Cæterum, erectum fuit hoc Dominium in Comitatum 16. Decemb. anno 1674. in gratiam Petri Ignatij Verreycken Ordinis militaris Alcantaræ Equitis, Baronis de Bonlez &c. Romanduæ Brabantiæ summi Prætoris.

CAPVT V.

De Dominio Dulcheau.

DUlceau, à veteribus scriptum *Dionceau*, nec non *Douceau*: quondam hæreditas gentis *d'Audregnies*, nunc vero familiæ *Verreycken*, quæ jurisdictionem loci à Philippo IV. Hisp. & Indiarum Rege acquisivit, primò jure pigneratitio pro mille florenis. 18. Julij anni 1630. postmodum emptionis jure, pro bis mille ducentis florenis, in auctione publica, in Concilio Finantiarum habita decimanona Januarij anno 1644.

CAPUT VI.

De Dominio Argenteau.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

En la Paroiche de Grez y at une Seigneurie fonciere dite *d'Argenteau*, ayant apparement retenu ce nom des Seigneurs qui l'ont possédé, & peutestre des penultiesmes Seigneurs de *Bossuyt*, elle appartient à present au Seigneur de *Bossuyt* moderne, & consiste en divers cens Seigneuriaux, qui se levent souz la Paroiche de Grez, & en divers arrierfiefs.

CAPVT VII.

De Dominio Lis.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

La Seigneurie fonciere du *Lis* releve de *Pieterbais*, est située en la mesme Paroiche, & appartient a present à Jean *l'Hoste*, Pensionnaire de la Ville de Louvain; elle consiste en divers cens souz *Grez*.


CAPUT VIII.

De Dominie Morsaing.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

Morsaing est une cense & Seigneurie fonciere souz *Grez*, qui a cy-devant produit une famille qui en portoit le nom, consiste en quelques menus cens.

CAPVT IX.



Castellum de pieterbais iuxta grez

De Dominio Pieterbais.

EX Commentarijs Ioannis *Blondeau*.

PIETERBAIS eſt une tresbelle Seigneurie ſituée auſſy ſouz la Paroiche de Grez: de laquelle ſont mouvants divers fiefs, & de laquelle dependent, alternativement avec l'Abbeſſe de *Vaul Duc*, la collation des benefices & autels de S. Iean Baptiſte, S. George, S. Michel, & S. Agnes autrement dit des Ames, en l'Egliſe Paroichiale de Grez. Le Seigneur de ce lieu pretend auſſy la Surintendance du Beginage audit lieu, & la collation de la Cure de Mouſty ſur Thy.

Le Chaſteau de Pieterbais eſt magnificq & tresbien baſty, environné d'eau & foſſez fort larges. Les anciens Seigneurs pour autant que je ſçache ont eſtez ceux de Grez & fut vendüe par un des heritiers de François de *Baillet* a la famille *vanden Berghe*, & eſt à preſent poſſedé par Lamoral vanden Berghe Seigneur de Pieterbais, Biez &c.

Scribit Gramaius in Præfectura Aincurtenſi pag.37. *Fanum Mariæ* in ſacris Villario obnoxium, *Petribaſium* Eccleſiæ de *Latuto* filiaque, ideo a Paræco Latutenſi dependens. Illud Graviorum, hoc Montenacenſium peculium. *Hæc ibb.*

Porrò cum Ioannes *Blondeau* dicat Petribaſium ſeu *Peterbais* inſigne Dominium eſſe ſitumque ſub Parochia Greſienſi, uti ſupra ex eo retulimus, & Gramaius illud annumeret diſtrictui Aincurtenſi, infra quam Præfecturam locus reducendus ſit ambigimus; inquirendum utique.

CAPUT X.

CAPVT X.

De Dominio & Pago Biez.

BIez ab aliquibus *Bierges*, *Bierch* & *Bije*, ſcriptum legimus, antiquorum Grezij Dominorum hereditas; de quo pago ita Gramaius, *Allodium de Bierges etiam ante annos centum adhuc penes Grezij Toparchas fuit.* Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus Dominij his verbis.

Biez at appartenu à l'ancienne famille de *Grez* & eſt un appenage d'icelle comme j'ay deduit ailleurs; c'eſt un Alleud qui at haute moyenne & baſſe juſtice, dont les Seigneurs ont auſſy autrefois poſſedé la diſme. Il appartient à preſent à la famille *vanden Berghe* par tranſport des heritiers François de *Baillet*.

CAPVT XI.

De Dominijs & Pagis Chapelle S. Laurent & Nodebais.

DE ambabus his Toparchijs, commemorans Gramaius in Præfectura Greſienſi; *Complectitur*, inquit, FRANCISIA *quam vocant*, NODEBASIUM.

Præfectura FANUM LAURENTII, *Haſterienſis Abbatiæ peculium.*

Ephemerides verò Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ, teſtantur ſub Philippo IV. Hiſp. Rege pignori datas, his verbis. Chapelle St. Laurent & Nodebais demeurent engagé depuis le 5. d'Aouſt 1626. pour 15000. flo.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia de præfatis locis ita ſcribit.

Chapelle St. Laurent eſt un village qui jouït des meſmes Franchiſes & Privileges que Grez: pour autant qu'il appartient au Duc, & eſt engagé au Comte de Wonsheym, & le reſte appartient a l'Abbaye de *Haſtier*, de l'Ordre de St. Benoit, au Comté de Namur.

Nodebais fut l'an 1626. engagé par le Roy au Baron de Wonsheym, & chaſque maiſon, ou on fait feu, doit par an un ſtier d'avoine au Seigneur.

Porrò præfata loca an fuerint poſtmodum à Principe repignerata, vel in perpetuum tranſcripta hactenus me latet, certus tamen, in Concilio Finantiarum, die decima anni 1645. denuò venditioni, in auctione publica, fuiſſe expoſita.

CAPVT XII.

De Dominio Gottechien ſive Gertechien.

DE Toparchia *Gottechien* legimus in Ephemeridibus Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ, ea quæ ſequuntur. *Gottechien* fuſt eugagé le 3. d'Aouſt 1626. a Gerard *d'Vdekem* pour 1300. flor. & renchery le 9. d'Avril 1638. par Judocus *vanden Eede* pour autres 500. flor. & vendu le 9. d'Aouſt 1657. pour 1200. flor. pardeſſus l'engagere, A. N.

In templo Divæ Virginis Wavrienſis, viſitur monumentum ante ſedem Concionatoris cum hac epigraphe.

Icy repoſe le corps de treſvertueux jeun homme Monſieur Ioſſe vanden Eede Licencié es Loix, & Seigneur de Gottechin: reliqua fugentibus literis legere nequivi.

Ioannes Baptiſta Gramaye in Præfectura Aincurtenſi poſtquam de *Rodio Speculi*, quem locum *Rouxmiroir* appellamus, egiſſet, ita ſubjungit, GOTTECHEMIUM *ubi decimas Wilhelmus de Dongelberch Capitulo Aincurtenſi aſſignavit anno* 1126.

Porrò an hic locus inibi deſignetur, inquirendum utique.

CAPVT XIII.

De Dominio & Pago Boſſuyt.

BOSSUTUM (*niſi quod Schoonvorſtani & eorum hæredes aliquid juris alibi poſſident*) *fuit ſemper Dominorum* Greſij. *Supremæ juriſdictionis honore auctum ſub Franciſco* Baillet *anno* 1565. *quo eodem anno id Martinus* vanden Berghe *emit. Venditum denique* J. Drencquaert *anno* 1590.

Præfata habet Gramaius in Præfectura Greſienſi; ſed accuratius deſcribitur hæc Toparchia à Ioanne *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, his verbis.

Le Village de *Boſſuyt* eſt ſitué ſur une eminence, diſtante d'un quart de lieüe du bois de Merdal, dans un terroir fort fertil & abondant en grains. Son nom quoy qu'un peu alteré, porte ſon etymologie avec ſoy, & eſt pour ſa ſituation appellé *Boſſ-uyt*, c'eſt a dire, hors du bois, quoy que vulgairement on luy donne celluy de *Boſſut*.

Ce Village, at autrefois eſté l'appenage d'un cadet de la famille de Walhain, & ſes deſcendants en ont prins le nom; Butkens en ſes Trophées de Brabant lib.IV. pag.223. trouve *Ringot de Boſſut*, ſoub le Duc Henry premier, & je croy qu'il eſtoit d'une famille anterieure a cellecy de *Walhain*, de laquelle à peuteſtre eſté Jean de *Boſſuyt*, qui en l'an 1417. eſtoit Grand Bailly de Nivelle & du Wallon-Brabant.

Je trouve depuis, que Wallerand *d'Itre* Eſcuyer fut l'an 1533. Seigneur de *Boſſuyt* en Brabant, & j'ay veu une verriere en l'Egliſe du lieu, ou l'an 1547. Regnaut *d'Argenteau* qui avoit eſpouſé Françoiſe *de la Haye*, s'intituloit Seigneur de *Ligny*, *Tongrines* & *Boſſuyt* ou ilz ſont agenoüillez en armes acoſtées de leurs peignons & bannieres.

Gramaye dit que horſmis la partie qui appartenoit aux *Schoonvorſts* & leurs heritiers, *Boſſuyt* a touſiours eſté poſſedé par les Seigneurs de *Grez*: & que l'an 1565. François *de Baillet* en achapta la hautuer, qui fut achaptée la meſme année par Martin *vanden Berghe*, & vendüe l'an 1590. à J. Drencquaert, *Regnier Le Roy* & *Adriane vanden Berghe*, achapterent depuis ladite Seigneurie, partie de *Iean Danneux* Seigneur *d'Abancourt* & l'autre de Jacqnes *d'Argenteau* Seignuer *de Velaine*, & l'ont tranſmis à Guillaume *Le Roy* leur fils, qui entre autres enfants qu'il at eu de Gertrude *de Croy* ſa famme, laiſſa Regnier, mort a marier, Maximilien Seigneur *d'Erchennes* & Marcq Antoine Seigneur *Boſſuyt*, *Erchennes*, *Gottechin* &c. qui at eſpouſé Anne Marie de *Dielbeecke* fille du Seigneur *d'Attenhove* & ſœur de N.... de *Dielbeecke* Baron de *Holsbeke* de laquelle il at une belle generation. Cette famille port d'azur à cincq coquilles d'or miſes en croix.

Guillaume *Le Roy* prins la hauteur par engagere du Roy l'an 1626. avec la Seigneurie de *Gottechin* ſouz Incourt pour la ſomme de cincq mille & deux cent florins.

Conrard de *Elſloo* de la famille de Gavre y at autresfois eu une Cour cenſale.

Je trouve dans le Wallon-Brabant trois familles du nom *Le Roy*, qui portent differentes armes.

Le Roy, Seigneur de *Boſſuyt*, porte d'Azur à cinq coquilles d'or en croix, comme j'ay deſia dit.

Le Baron *Le Roy*, Seigneur foncier de Chapelle S. Lambert, porte au premier & quatrieſme, d'argent à la bande de gueules, au ſecond & troiſieſme coupé d'argent & de gueules, à deux croix pattées, de gueules, ſur argent, & une eſtoile à cincq pointes & un croiſſant d'or, ſur gueules.

Une autre famille du nom *Le Roy*, eſt à Nivelle, & porte de gueules, au pal, à la faſce, & à la barre d'or. Dont eſtoit Meſſire Iean *Le Roy*, Doyen de l'Egliſe Metropolitaine de Saint Rombout à Malines, Conſeiller du Grand Conſeil, par commiſſion de l'an 1638. & du Conſeil Privé par autre commiſſion de l'an 1653. qui mourut au mois d'Avril en l'an 1656. enſevely au Cheur de ladite Metropolitaine, voicy ſon epitaphe:

Hic jacet Admodum Reverendus & Ampliſſimus Dominus Ioannes Le Roy, quem virtus huic Eccleſiæ Canonicum ac Decanum dedit: doctrina in ſupremo Belgij & ſanctiori Concilio, fecit Conſiliarium.

Hæc ſcriptor ille, quibus adjungemus quæ leguntur in ephemeridibus Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ, de oppigneratione & venditione hujus Dominij, è quibus certò erui poteſt veritas & notio illarum rerum, quæ ita habent.

Boſſuyt fuſt engagé le 3. d'Aouſt 1626. pour 4380. florins.

Et rehaulcé le 9. d'Aouſt 1638. par autres 1200. flor. & vendu abſolument le 20. de Januier 1644. à Damoiſelle Marie Le Roy pour autres 6420.

CAPUT XIV.

CAPUT XIV.



Monast. Floridæ-vallis Ord. Cister. Ab. F.

De Monasterio Floridæ-Vallis. Ord. Cister. Abbatia feminea.

Augustinus Wichmannus lib. tertio Brabantiæ Marianæ cap. XVIII. meminit hujus Cœnobij satis accuratè, ex Gramaio, Miræo alijsque historicis, ideoque verba eius visum dare.

Vallis-Florida, Gallicè, *Vaulx-Flori*, communiter autem, *Flori-Val*, Cœnobium est altero lapide à Lovanio, sed versùs Wavriam, in Brabantiâ Walonicâ situm, & à cœlesti prodigio nomen suum mutuatum. Cùm enim templi fundamenta eo loco jacta essent, qui hodieque, *Vetus Abbatia*, & *Pratum Capellæ*, nominatur, divino monitu jussæ sunt locum petere floribus conspersum, & fundationi Ecclesiæ veluti oportuniorem futurum, eumdem eligere. Id factum; & prout repererant in orbem pictam floribus planitiem, templum extruxerunt, atque hinc, *Vallis-Florida*, loco nomen adhæsit: ad quem non incongruè hisce verbis cælestis sponsi B. Virginem Dei-param licet invitare: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam hiems transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terrâ nostrâ. Flores*, inquam, *fructus honoris & honestatis*. Hæc est enim illa.

Vallis-Florida, Virginesq; Flores,
Virtute omnigenâ decora turma,
Quas & Lilia Castitatis ornant,
Et Rosæ, gemini indices Amoris,
Nec non & Violæ, aureaq; Caltha,
Sanctæ symbola, tesseræq; vitæ.

Inter quas non minima sanctioris vitæ excellentiâ fuit Ven *Genta*, à suscepto Cistercïensium instituto, prima Abbatissa.

Fuerunt siquidem primitùs hoc in loco Sorores Ordinis D. Benedicti: sed anno 1218. vel ut alij, 1220. Cistercïensem habitum & institutum adsumpserunt sub prædictâ *Gentâ*; quæ ut eius familiaris testatur Thomas à Cantiprato lib. I. Apum cap. II. primò quoque Monialis fuit Ordinis nigri, ac Romam ad Sedem Apostolicam profecta, ab eâdem mutati Ordinis & Cœnobij confirmationem impetravit. De quâ illud singulare idem commemorat, *nempe veritate testatissimâ traditum fuisse, cùm annis fermè triginta Monasterio præfuisset, numquàm pro cibo vel potu extra Conventum quinque solidos expendisse, cujus lectus in dormitorio communis erat, & refectorium*

refectorium in Conventu. Quod si horâ prandij fessa itinere aforis advenisset, Conventum intrabat, & socias Moniales ad Infirmariam mittebat. Plura alia de eadem memoratu dignissima recitat idem Cantipratanus, qui eam lectulo infirmitatis decumbentem paulò ante mortem visitavit; quæ etiam ab hujus recessu, non multò pòst ab hoc sæculo discessit, globo ignis lucidissimo eius transitum de cœlo prænuntiante. Obiit verò an. Incarnati Verbi 1247. die Martij 23. prout patet ex eius Epitaphio in *Valle-Floridâ*, licèt pro more eius sæculi simplici, etiam-num conspicuo; quod in sacro suo Auctario & Hiero-gazophylacio Belgico recitat Arn. Raissius, qui ad 23. Apr. sacram eius memoriam posuit.

Colitur prætereà, & in magnâ veneratione hîc est, quia miraculis coruscat, sacra B. Virginis Imago Deiparæ, quæ quantæ sit virtutis & beneficij, muta circum-pendula anathemata vocaliter loquuntur.

Quod autem ad Cœnobij hujus Fundatores, fuerunt ij, ut scribit Grammayus, Dux noster, & Toparchæ Ottiniaci, Nethenarum, Bossuti, & Gresij. Verùm Ioannes d'Assignies Abbas Nizellensis in vitâ *Beatricis de Nazareth* juxta Liram, Gallicè nuper editâ, scribit eius patrem *Ven. Bartholomæum Lanionem*, vulgò Vleesch-houwer, Thenensem Civem, extruxisse ac fundasse *Vallem-Floridam*, dum de eo ita meminit: *Mortuâ verò uxore suâ carissima, ipse mox unà cum tribus suis filiabus, Floridæ-Vallis Cœnobium Ordinis Cisterciensis à se erectum, ingressus est* &c. In M. S. tamen vitâ *Beatricis Nazarethanæ*, quam penes me habeo, pro *Floridâ-Valle*, legitur *Rameia*. Miræus verò in Chron. Cisterc. dicit primas Cisterc. Virgines cum præfatâ Beatrice, ex Lintrensi Monasterio juxta Thenas, ad *Vallem-Floridam* venisse. Ut ut sit, ego litem non dirimo, quia loci monumenta non inspexi. Faciat cui ad ea accessus, & otium, ac lubentia. Hactenus Wichmans; quibus addemus præfatæ *Gentæ* Abbatissæ epitaphium:

Anno Domini, millesimo ducentesimo quadragesimo septimo: obijt Domina Genta, quondam Abbatissa Vallis-Floridæ O. P. E.

Per circuitum lapidis verò hi versus conspiciuntur.

Archa piæ fidei, mater miræ speciei,
Nutrix virtutum, solvit natale tributum.
Grex de solatus tristatur, mole reatus
Nulla mulctetur, sed cœlicolis societur.

CAPUT XV.



Castellum Bonlez.

De Dominio, Baronatu & Pago Bonlez.

Belerium



Castellum Bonlez

pag. 204

B*Olerium* utrumque ſuperum & inferum, illud gentiles de *Glymes*, hoc de *Boler* agnovit, inquit Gramajus, in deſcriptione Præfecturæ Greſienſis; ſed ampliori narratione exponitur Dominium hoc, in Juriſprudentia Heroica, ideoque tranſcribere viſum.

BONLESIUM, à Gallo-Brabantis, apud quos in diſtrictu Nivellenſi ſitum eſt, dictum *Bonlez*, olim ſtirpis de WALHAIN peculium, ex qua Ægidius dictus de Bonlez. Poſt cujus obitum ſucceſſit in hac Dynaſtia Balduinus de Broutsberge: eoque defuncto anno 1485. filia ejus Joanna, Joanni de Hoſden militi enupta, illam in mariti familiam tranſtulit: hinc Jacobus, Euſtachius, & Carolus de Hoſden, ordine patres & filij, hujus loci Dynaſtæ. A quibus devenit anno 1624. ad Ludovicum Franciſcum VERREYCKEN Equitem auratum, Dominum de Hamme, Sart ad Thyliam, Imden, Ruart, &c. Sereniſſimis Archiducibus & Philippo IV. Hiſp. Regi in Belgio à Conſilijs aulæ & belli, Ludovici, pariter Sereniſſimis Archiducibus & Philippo II. Hiſp. Regi à Conſilijs aulæ & belli, aurei velleris illuſtriſſimo ordini à Theſauris, & Ludovicæ Micault filium, qui, poſtquam ob ſua & parentum merita hoc Dominium anno 1645. in Baronatum erectum eſſet, illud Petro Ignatio, ex Anna de Buſleyden filio ſuo primo-genito, anno 1649. ceſſit.

CAPUT XVI.



Gemblacum Ord. S. Benedicti Ab

De Monvſterio & Oppido Gemblacenſi.

G*Emblacum* vetuſtum opidulum Divo Wiberto celebratum; qui Litholdi filius nobilitate inter Lotharingiæ proceres conſpicuus, ac hujus loci vicinorumque pagorum Dominus, Caſtellum ſuum *Gemelaus* ſeu *Gemblaus* in Monaſterium Benedictini Ordinis convertit; patrimoniumque ſuum ei tranſcripſit anno 922. & relicto ſæculo, *Gorzia* juxta Metas Monaſticen profeſſus, deceſſit anno 962. Gemblacumque relatus, ac anno 1110. à Frederico Coloniæ Archiepiſcopo, ac Oberto Leodij Epiſcopo, in Synodo Colonienſi, Sanctis adſcriptus eſt; procurante potiſſimum Sigeberto Monacho & Chronographo Gemblacenſi, qui ſcripſit hiſtoriam vitæ ejus, à *Surio* editam.

Opidi Dominium penes Abbates remanſit, quod Arnulphus nonus Abbas foſſa muroque munivit, porrò nuperis annis juſſu Principis demolitum, ne ab hoſte occuparetur, nec longi temporis intervallo, ſecutum

pejus malum, quod fortuito igne & opidum & monasterium absumpsit. Gramaius ex archivis Cœnobij locum descripsit atque inscripsit Ludovico *Sombecho* Imperialis Monasterij Gemblacensis Abbati, eoque nomine Comiti Darnuensi, Baroni Gemblacensi, & Brabantiæ nobilitatis Primati. Ideoque verba ejus visum dare. Cum præmiserim Ottonis primi, Germaniæ & Lotharingiæ Regis diplomata duo, quibus confirmat Gemblacense Cœnobium, vulgata ab Auberto Miræo in Notitia Eccles. Belgij cap. LVI.

Otto divina favente clementia Rex Lotharienfium & Francigenum. Agnoscat fidelium conventus, quòd quidam WIBERTUS nomine, à sæcularibus hujus vitæ tumultibus recedens, vertit se ad monasticæ regulam vitæ, & construere basilicam mox cœpit in loco GEMBLAUS dicto, in honore Domini nostri Iesu Christi. Talis ergò desiderij nepotem suum Wibertum calore succendi prospiciens avia sua GISLA, præsidio constructionis ejusdem Gemblacensis Cœnobij, res eidem nepoti suo contulit hereditarias, quas sibi vir suus nomide ROTHINGUS impendit, dotis gratia, in Comitatu *Lomacensi* atque *Darnuensi*, villam videlicet *Gemelaus* cum omnibus ad eam pertinentibus; in eodem quoque pago villam *Busiouls* dictam, & in villa *Asnatgia* quidquid ipse jure tenuit, & apud eumdem pagum villam *Salvenerias*, unumque mansum, quod emit, vocabulo *Ruoz*, alterumque mansum fiscalem in loco, qui dicitur *Vilers*, similiter in pago Hasbain apud villam *Hermez* mansum unum, quod Rothingus & conjux ejus emerunt.

Vitæ denique monasticæ normam multiplicari cernens piissima Gisla, dedit nepoti suo Wiberto quidquid Rothingus dotis gratia donaverat; in Comitatu *Nastenaco* villas *Nastei*, *Corbeis*, *Avoncourt* & *Curceles*, & molendinum unum super fluvium Fontlain in Comitatu Lazensi, & clibanum quemdam in civitate Sens nuncupata, per annos solventem singulos XXX. solidos nummorum, similiter in Comitatu Stampais villam Maison dictam, & villam Algeldi.

Dominus interea præfatus Wibertus de paternis vel maternis rebus suæ hereditatis legales faciens traditiones, dedit quidquid jurium visus est habere, fratribus in eodem loco Gemblaus sub regulari viventibus disciplina, quos ibidem Dei coadunaverat miseratione, in Comitatu scilicet Breibant, in loco *Melin*, Ecclesiam, cambam, molendinum, & culturam Arnulphi, ac decem mansos de Lietzinis, quos filio suo Wiberto mater solummodò cum fratre suo Oilboldo legaliter tradidit, & apud eumdem pagum medietatem villæ Putain, medietatemque Beurene, in Comitatuque Darnuensi medietatem villæ *Curtily* dictæ, ac medietatem villæ *Walahain* dictæ, medietatemque Wasmont in pago Hasbain.

Siquidem & in hoc habuit doctorem venerabilem ERLUINUM, qui & ipse Canonicam, qua vivebat, regulam mutavit in monasticam vitam. Ipsum præfatus Wibertus, post ædificatam Ecclesiam & officinas claustri, quas simul construxerant, sibi eligit Abbatem, & se cum omnibus, quas accersierat, monachis commisit regendum. Igitur virtute nostræ roboramus auctoritatis quidquid ipse contulit illi Ecclesiæ, ac quidquid exinde venerabilium virorum largitione fuerit concessum. Et annuimus Abbati Cancellarium sibi constituere quemcumque voluerit ex suis; similiter mercatum, percussuram monetæ, macheriam; nec per gyrum ipsius Abbatis quislibet Comes sive Legatus Dominicus ulla utatur potestate, sine permissione Abbatis & Advocati: isdemque locus absolutus sit ab omni teloneo.

Idem Otho I. Lambertum I. Comitem Lovaniensem constituit Advocatum Monasterij Gemblacensis, anno 948.

Otho divina favente clementia Rex Lotharienfis & Francigenum. Quidam vir nobilis WIBERTUS nomine his temporibus construxit monasterium in honore SS. Petri Apostoli & Exuperij martyris, in pago Darnuensi, in proprietate hereditatis suæ, quæ *Gembloues* nuncupatur. Qui adiit presentiam nostram, cum Erluino ejusdem loci Abbate, & locum ipsum nostræ tutelæ commisit. Quod nos gratanter accepimus, ac sigilli nostri impressione roboravimus. Verùm quia fratribus ejusdem loci grave nimis esset præsentiam Regis semper adire, cum electione ipsius Wiberti & Abbatis, dedimus Advocatiam ipsius Abbatiæ LAMBERTO Comiti Lovaniensi, viro forti & bellicoso, qui vice nostra adjutor eorum sit ac defensor. Illud etiam statuimus, ut Comes Lovaniensis nunquam præter unum Subadvocatum habeat. Porrò Subadvocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud juris habebit, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, gallinam unam, avenæ sextarium unum. Acta sunt hæc anno D. CCCC. XLVIII. Indictione XII. anno Imperij nostri XII. in oppido Franconefort, mense Iunio, in martyrio Petri & Pauli.

LOcum istum antiquitus (*inquit Gramaius*) Gemmelaus, mox Gemblaus aut Gemblays denique per euphoniam Gemblours dictum constat, quod postremum hodie invaluit.

Nominis originem certam & quæ solidè placeret hactenus non reperi, certus interim frequentia urbium pagorumque vocabula vulgò fingi aut efferri latina si non voce saltem terminatione in *acum*, quæ collata veterum chartarum fide cum præsenti appellatione, Teutonice per eech / gallice par *aus*, *ays* vel *us* efferuntur. Ex quorum genere Gemmelacum; de quo nihil admodum, quod dem habeo, nisi me respexisse interdum ad germanicum Haus quod domum sonat, & cogitasse de Gemmelio milite, cujus nomen in genesi veterum Ducum reperi.

Locum

Locum Romanorum temporibus notum & arce instructum fuisse sunt qui tradunt, sunt qui credant, quos tradere & credere mallem, à Francis munitum, adeoque ijs rerum potientibus nomen inter horridas silvas invenisse.

Hoc constat Lotharici regni partem & fortè Comitatui Darmiensi (*Darnuensi*) sub aut accensitum fuisse.

ARCEM autem sive VILLAM (utrumque legis) vetera in BASILICAM mutavit D. Guibertus & potestatem faciente Ottone Augusto IN FORMAM CASTELLI (sic verba sonant) munivit ut tuti à Barbaris & prædonibus habitarent religiosi, sub annum 946.

Arnulphus Abbas Imperatorum Ducumque Pontificumque favore & privilegijs auctior urbem munivit, mœnivit muro fossaque altitudine non contemnendis, anno 1153.

Joannes Abbas, 100. siliginis modios civibus dedit onus sternendi plateas in se suscepturis, anno 1414.

Opera urbis vix ulla memoratu digna. Turrim Gemblacensis horarij Otto de Davre, & portam majorem. Braxatorium urbis unicum Papinius struxit.

Fata urbis & adversitates præcipuæ sunc hæ:

Heribrandus Bratuspantium Comes D. Guiberti sororius jus aliquod in Comitatum Gemmelacensem sibi arrogans armataque manu occupans nascentis Monasterij exordia turbabat, sed accurrenti ad famam Guiberto cessit tantisper hominis motus reverentiâ, anno 950. aut circiter.

Quæ eadem Hunnorum laxatis per Arnulphi Imperatoris mortem audaciæ habenis Belgium fæda populatione vastantium à Gemmelaco impuras manus avertit, anno 960. aut circiter.

Post mortem vero Guiberti anno 963. Heribrandus, quem dixi, hactenus & senis & affinis sui reveritus sanctitatem, modo nec Cæsaris authoritatem, nec Pontificis diras formidans, oppidum & quæcumque in eo, sui juris facit, attractis in consilij & armorum societatem Namurcensi Comite & Florinensi Toparcha, & alijs etiam aliqua sanguinis communione Guibertum tangentibus. Nec ad pacis leges devenire potuerunt, licet tot fracti malis Gemblacenses, nisi Ottone Augusto annitente, Duce procurante, idque cum dimidia ferè bonorum jactura.

Circa an. 1100. Domicilium autem Abbatiale bello & igne insuper consumptum Lietardus Abbas restituit.

Anno 1130. Postea diffidentibus inter se ob noni & novi Abbatis electionem Godefrido Lovaniensi & cognomine Namurci Comitibus, per hunc & ejus complices municipium Gemblacense flammis absumptum est, bibliotheca & templo Abbatiæ per miraculum illæsis.

Interjectoque aliquot annorum intervallo, nato aliapropter inter Brabantensem & Namurcæum bello, obsessum ab hoc Gemblacum, unaque parte suppositos ignes vento juvante totum in cineres quodammodo abijt, anno 1181.

Anno 1185. Iterum ab eodem Hannonum auxilijs adjuto ex improviso occupatum prædisque, ut nihil reliquum manserit, exhaustum est. Unde Namurci ditio Lucij Papæ supposita interdicto, donec religiosos in integrum restituisset.

Sub annum 1200. Urbs & cœnobium hoc modo deformata per Guibertum Abbatem ferè restaurata sunt.

Anno 1489. Bello Belgarum intestino incensæ à præsidiarijs omnes suburbanæ domus, ne hosti commodæ essent: obsessum ob hoste Gemblacum, ipsa Palmarum, sed post triduum recessum ab urbe, ferroque & flamma in vicinos agros grassatum.

Anno 1548. Belli francici tempore & Gemblacum & Argentona ab hoste incendio absumpta fuissent, nisi Prior loci vadem se pro 1700. Carolinis præbuisset: qui tamen vetante gubernatrice soluti non sunt.

Anno 1563. à rebellibus Regi, Auriaco Duce spoliatum, & pretiosa supellectili orbatum.

Non multo post incendio fortuito pro bonâ sui parte deformatum ipso festo 11. virginum milibus sacro, anno 1568.

Cumque profugi ad mille quingentos, anno 1578. ex pugna, qua ordinum exercitus cum Ioanne Austriaco congressus succubuerat, Gemblacum divertissent, jamque res ad obsidionem vergeret, Lambertus Abbas per literas primò, tum per se factum purgans, & se & urbem & profugos servavit à damno & indignatione Principis.

Nec multo post tum Auriaci tum contagiosæ luis metu, dispersi religiosi, alius aliò exulatum profecti, paulatim unus post alium redierunt.

QUoad civitatem: Eius Dominium beneficio Imperatorum, aut Franciæ Lotharingiæque Regum penes Comites, aut ut alij, Barones fuit, ex nobilissima Austrasiæ Ducum stirpe procreatos.

Ex quibus fuit inclytus Rothingus,

Cui ex Gisla hæres fuit Litoldus.

Litoldi ex Osburga filius Guibertus & Gemblacum & ab eo dependentia monasterio suo ibidem transscripsit.

Ex quo tempore non possessionem tantum sed & dominium absolutum nulli obligatum, cum immunitate à tributis & cudendæ monetæ alijsque privilegijs Abbates Erluini à Guiberto constituti successores acquisiverunt.

Qui etiamnum Comitum honore insignes primum in ordinum Brabantiæ consessu cathedram obtinent.

Quibus ab Ottone permissum *Cancellarium ex suis* sibi adsciscere & *Advocatum* quem vellent assumere.

An.925. Electos dein video Aletranum qui Archigrammatei, *Goderanum virum inclytum* qui Patroni munus obirent. *Subsignant chartam donationis prædij d'Orp. an.944.*

Huic successisse videtur Austridus D. Guiberti consanguineus nisi quis dicere malit plures eodem tempore, quod licebat, Advocatos electos.

Cæterum, credo ut tutorem haberent magis potentem & adversarijs formidandum, Abbatis & fratrum rogatu Otto Imperator declaravit Lambertum Lovanij Comitem & successores eius Gemblaci Advocatos. *An.* 947. *demum eius nomen reperio cum longè ante constitutus sit.*

Quorum erat religiosos tueri & nihil *præter gallinam unam, denarium unum, sextarium avenæ unum, singularum domuum ratione* quotannis recipiendum, in urbe aut territorio juris habere. *Ex lite in curia mota contra D. Valhaini & sententia Philippi ducis data* 17. *Augusti* 1451.

An.1257. Peccatum contra prius aliquoties; nominatim, cum Aleydis Henrici tertij conjux authoritate in Gemblacum sua abuteretur, Gobertus ex Comite Asperi-montis Villariensis monachus equum raptim conscendens excussusque fortè & graviter læsus, ita cruentatus coram Duce apparuit; rogatusque authorem cum in ipsam D. Petri Gemblacensis oppugnatricem retorqueret culpam, Ducem ab iniquitate, monachos à molestia liberavit.

Jus hoc, aut verius proventus Patronatus Gemblacensis, hæredes Comitum Lovaniensium Brabantiæ Duces, in vicinos Valhayni Regulos transtulerunt, certo pretio interveniente, qui in publicis scriptis tantum *Subadvocati* dicuntur.

Ex quibus Wilhelmus, cum plus urbi quam tueri debebat importunus esse Ducali præsentia & authoritate repressus est. *Ex literis Henrici Ducis dat. Gemblaci mense Sep. an.*1217.

Iterum Wilhelmi hæredes præter fas & morem multa à territorio exigentes, plura minantes Ioannes Dux coërcuit. *Ex literis Ducalibus roboratis* 20. *nobilium sigillo. an.* 1288.

Sed paulò pòst ad antiquum rediens Valhaini Toparcha cum Gemblacenses sub signis suis vellet ad bellum proficisci, sententia Principis iterum cedere jussus est. *Ex edicto Ioannis Ducis dato in Iulio. an.* 1348.

Interjecto tempore Abbas contra eosdem longam sed indecisam litem suscepit ob captivos quosdam in *Bandeset* per officiales Gemblacenses, quos ipsos præter ordinem, donec res per curiam decideretur, coactus est Abbas missos facere, Duce Gemblacensis terræ confiscationem interminante. *Ex vita Ioann. de Walhaimo Abbatis, apud Pasture & Sombechum itemque exactis in curia.*

Nec multo post, eo quod I. de Glymes Valhaini Dominus à quodam subdito Gemblacensis Prælati rogatus cogere vellet prætorem ad exequendum jus, lis in concilio provinciali mota & definita pro Gemblacensibus. *Per acta & consultationes & sententiam Philippi Ducis datam* 17. *Augusl. an.* 1451.

Post Advocatum proxima imò summa oppidi dignitas villicus & scabini, per quos Prælati judicio constitutos & ab eodem pendentes urbs ab antiquo gubernata. *Id refertur & confirmatur in litteris Venceslai & Ioannæ Ducum dat. an.*1593.

Cives olim & majore numero & per opificum collegia aliquot dispersi.

Ex quorum parte nobiliori Otto de Daure arcus oblongi lignei instituit societatem. *Ex literis eius & juramenti præstiti formula. an.*1470.

An.1400. Arcus ærei, quem pedalem vocant, contubernium Ioannes Del Bare.

An.1548. Catapultariorum autem Collegium à Papinio Abbate exordium habet.

Solent & poliendis ingenijs poëtarum habere conventicula, quæ, ut alia multa, temporum vitio evanerunt.

AD rem Sacram pergo, cujus incrementum, si non initia accepta ferat, necesse est Guiberto suo Gemblacum.

Eius opus est Ecclesia Parochialis, quæ in urbe unica est.

Olim monachis ad Sacra peragenda frequentata.

Donec ab Olberto Abbate altera in vicino extructa est. *An.*1020.

Qui idem oratoria Doctoris gentium, Archangelorum Coryphæi. *An.*1080.

Ioannis Evangelistæ erexit.

Cryptam Virgini matri inscriptam Tietmarus.

Sacellum Antistitis Martini Guibertus Abb.

Cæterum Parochialis semel cum reliqua urbe flammis absumpta est.

An.1462. Pontificis authoritate monasterio annexa per unum ex fratribus administranda.

Denique visum consultius animarum curæ stabilem & secularem Parœcum assumi, quod hodieque servatur.

Annectitur ab antiquo Parochiali curæ Archi-præsbiteratus. 62. olim Pastores & quidem ipsius oppidi Namurcensis quatuor suæ jurisdictionis habens, quorum nunc vix medium servat.

Collapsa fortè & sibi & sacris restituta.

Abbatialis

Abbatialis autem Eccleſia in parte, quæ præsbiterium complectitur, profanata, cùm fortè teſtudo lapidia corruiſſet, nemine, quòd miraculi inſtar eſt læſo omnibus in odeo præſentibus, Sacris reſtituta per Antonium Abbatem.

Abbates porrò qui huic Collegio præſunt jam inde à prima ſui inſtitutione infulis & mitra uſi; niſi quod Lambertus Abbas baculum eburneum, quo olim utebantur, in pedum mutaſſe argenteum perhibeatur. *An.*1350.

Immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubjecti; ideoque quamvis olim Leodicenſis nunc Namurcenſis diœceſis ſit Gemblacum, tamen viſitationem Epiſcopi nunquam paſſi ſunt Religioſi.

Adeoque cum Ioannes ab Erkel Epiſcopus eò quòd Gemblacenſes viſitaturum ipſum in urbem admittere recuſaſſent, armata manu eos invadere putaret, res per ſententias Principum & Pontificis decretum ſopita eſt.

Amplius ut eſſet qui in ſpiritualibus monaſterij negotium ageret, Pontifex, S. Petri Lovanienſium Decanum Conſervatorem declaravit privilegiorum loci, adjungens D. Gudulæ Bruxellenſis Decanum & S. Iacobi Leodicenſium Abbam.

Societatem cum 29. & amplius Eccleſijs jam olim Gemblacenſis inivit, inchoatam à S. Viberto & Erluino & ſubinde ampliatam.

Quod autem dixi, ſolum Pontificem Gemblacenſes agnoſcere, poſtea mutatum eſt; cum Ioannes de Bronio, ſpe obtinendi ab eo auxilij, ſe & ſuos Epiſcopo Leodienſi & eius viſitationi permiſerit.

Et poſtea majoris boni intuitu Arnoldus Abbas capitulo Bruſfeldienſi in Saxonia & eorum viſitationi ſuum monaſterium ſubjecerit.

Abbates Vtraque Poteſtate illuſtres hoc ordine ſibi invicem ſucceſſerunt.

ERluinus Abbas inſuper & reformator Lobienſis ob. an.986. regiminis 63. Heriwardus frater eius ob: an.989. Erluinus ſuperiorum affinis ob: an.1012. Olbertus Ledernenſis neſcias an doctrinæ an ſanctitatis merito illuſtrior D. Iacobi Leodicenſium & fundator & primus Abbas ob.1048. Miſach ſuperiori ut ſanguine junctus, ita laborum comes ob.1071. Tietmarus dubites an nobilior an prudentior ob.1093. Lietardus cujus opera clarum miraculis D. Guiberti corpus è terra in ſublimius feretrum elevatum ob.1115. Anſelmus vario ſcientiarum genere inſtructus ob: an.1138. Arnulphus ex S. Nicaſij Rhemenſium monacho advocatus ob: an.1155. Petrus ob: 1156. Odo Duci noſtro Charus ob: an.1159. Ioannes titulo, ut volunt, non optimo dignitatem adeptus, plurium teſtis calamitatum ob: an.1198. Guibertus ante Florinenſis Abbas doctrina ſanctitate & ſcriptis clarus ob: an.1208. Wilhelmus concilio Lateranenſi interfuit, ob: an.1229. Henricus vir ſummè induſtrius ob: an.1233. Arnulphus, Wilhelmus, Godefridus brevis ævi Abbates. Ioannes ex Affligimenſi Abba huc tranſlatus ob: an.1240. Ioannes de Bronio vir prudens & inclytus ob:an.1259. Radulphus ex Haſbanica nobilitate ob: an.1268. Arnulpus de Caſtris protector monaſterij eximius ob: an. 1300. Godefridus ob: an.1323. Arnoldus de Roſiers ob: an.1346. Lambertus de Liroux ob: an.1379. Nicolaus de Rupemont ob: a.1399. Ioannes del Bare ob. an.1421. Omnes claro ſtemmate nati. Ioannes de Valhaino illuſtri Comitum Baronumque ſemine oriundus ob: an.1440. Luduvicus d'Oignies antea S. Urſmari Abbas vir undequaque magnus & reformandæ religioni aptiſſimus ob: an.1457. Otto de Daure Toparchæ Mirlemontani filius clara Vicecomitum ſtirpe natus ob: an.1477. Ioannes de Carniers ob: an.1495. Ioannes d'Ittre ob: an.1500. Poſt quem electi ſucceſſivè. Otto de Vivario & Anthonius de Boſſunes uterque ante inaugurationem vita functi. Ita ut aſſumptus Arnoldus de Solbronecq Athenſis antea Iardineti Abbas qui collabentem aliquatenus monaſterij ſtatum egregiè reformavit ob: an.1511. Matheus à Floreffia ob: an.1517. Anthonius Papinius literatus admodum nec minus pius ob: an.1541. Ultimus eorum qui libero collegij ſuffragio aſſumpti. Poſt quem Cæſarea præſentatione Arnoldus de Monte ob: an.1549. Bernardus Feriet ob: an.1557. Lambertus Hancaert Athenſis, vir apprimè eruditus & ſacræ theologiæ valdè ſtudioſus & amans: & qui ſarcophagum Divi Guiberti affabrè fieri fecit ob: an.1578. Ioannes Caverel ex monacho S. Vedaſti ob: an.1588. Luduvicus Sombechus non vulgaris eruditionis & humanitatis vir, cujus beneficio pleraque hujus loci antiquitatem tangentia mihi communicata ſunt, Libri, ſchedæ, diplomata ex quibus ſuperiora compilavi.

Encomium Abbatiæ Gemblacenſis.

GEmmam iſtam in Brabantiæ noſtræ angulo, annulo dicere debebam, latentem, in horum temporum fimo Gallis noſtris minus fortaſſe ac par eſt æſtimatam libet ad bilancis examen revocare; & collatis quæ admirationi eſſe ſolent dotibus, veram cum poſteris & præſentibus pretij rationem inire.

Locus is eſt quem Exuperij Marijque Martyrum, Magloni Antiſtitis, Guiberti fundatoris, unius item ex Parthenio Regalis Urſulæ ſodalitio, unius ex illuſtri Gereonis collegio corpora reddunt omnibus ſuſpiciendum.

Is eſt quem *SS. Fortunati, Nicalai, Martini* & aliorum reliquiæ commendant. Is eſt quem hoſpitio ſuo & hoſpitij præmio caſula inclytus honoravit Bernardus. Quem exilij tranquillioris ſedem Epiſcopus unus, Prælati plures; vitæ quietioris portum Abbates tres poſitis infulis, Præpoſiti totidem, Canonici Eccleſiarum Ca-

thedralium diversi elegerunt. Cujus immediatè olim Pontificibus Romanis subjecti curam Romanorum Reges, Protectionem Brabantiæ Duces, Tutelam nobilissimi Belgarum Principes suscipere posse inter gloriæ suæ insignia titulosque referebant. Hæc Brabantiæ prima adyta, ubi religio illa secretior & sanctior quam monasticam vocamus primum sibi Princepsque delegit habitaculum. Unde tanquam ex virtutum integritatisque omnis diversorio singulis pæne sæculis evocati qui aliorum quaquaversus monasteriorum declinantem statum suo conformarent.

Ita Erluinus ex Palatino Cæsaris, Canonicus, ex familiari D. Guiberto, nascentis monasterij constitutus gubernator, à Raginerio Montensi Comite, ut Lobiensis cœnobij res componeret & disciplinam evocatus, primum Præpositi mox Abbatis titulo & potestate, illa in functione invidiam, convitia, cruciatus diversos, ad extremum oculis privari à discolis (quos generis splendor supra religiosæ vitæ modum ellatos & freni impatientes in præceps agebat) sustinuit, repulsusque ad suos senio & morbo gravis animam nihil inferior Martyre efflavit. Ita Olbertus ab Antistite Leodino multis precibus adductus Abbatiæ S. Iacobi in insula primus extitit fundator formatorque. Ita Guiberti cura Florinenses, Ioannis industria Affligimienses ad meliorem frugem revocati sunt, aut certè in bona conservati.

Ita Mathæo S. Andreæ prope Brugas, Anthonio Trudonopolitanum, Lamberto nostra memoria Heverlense monasterium per aliquot ex suis in ordinem redigendum Principes aut Antistites commiserunt. Numerat hic locus ex Abbatibus 4. qui binis eodem tempore Abbatijs præfecti onus cum admiratione dubites an fructu majore expleverint: Papinium Clarevalensis, Wilhelmum Lateranensis Synodorum testes: Arnulphum ipsius Papæ Innocentij manibus Romæ inauguratum. Ut taceam Guiberto fundatori à Carolo simplice (testatur Richardus Archidiaconus Virdunensis l. 3. Antiquitatum Belgij) Leodicensem Episcopatum, majori gloria dubites an oblatum an contemptum.

De sacris dixi, addo quasi sacra. Vetus sacratium Musarum, eruditionis scrinium. Belgicæ antiquitatis fontem Gemblacum merito appellari. Cujus alumnis acceptum ferimus, quod populariuum sanctorum res gestas tenemus, Comitum antiquorum facta imo & nomina habeamus, sacros codices fide optimá exaratos videamus.

Erat scilicet ab annis sexcentis exstructa Gemblaci bibliotheca, erant qui scriberent, erant qui dictarent. Quoad res sacras infinita sunt volumina, quoad mixtos unus instar omnium Sigebertus, cui unius sæculi vitam suam debet Belgica, Poëtas etiam non ignobiles fuisse docent varia hinc inde monumenta, quæ & ego & mecum alij cum voluptate percurrerunt.

Oratores non qui in pulpitis tonare, aut vulgi aures demulcere soleant, sed Regum animis, provinciarum causis agendis aptissimi. Quales Arnulphus disertissimâ apud Philippum Pulchrum regem Franciæ pro Comite Flandriæ usus oratione, & Lambertus operosa apud Hispanum Regem pro nobilitate Brabantorum functus legatione. Iam quod Gemblacensium mores, disciplinam, scientiam haberent probata, frequenter ad diversa cœnobia, divorsosque magnates erudiendos monachi hinc evocati. Testis Olbertus postea Abbas, qui Vormatiensis, Misach qui Leodiensis Episcoporum exititerunt instructores. Anselmus in Altevillarensi & Latiniaco, Vibertus in Florinensi Abbatijs Tyronum facti moderatores.

Si libet & alia perspicere Abbates Comitum titulo Brabantiæ primi immunitate gaudent 2. Cæsarum, 3. Regum, Ducum 5. privilegijs & immunitate roborata, Monachi olim claris natalibus bene multi, Prælati per 200. ferè annos nulli nisi illustri loco nati, Principibus chari, ordinibus accepti. Opes olim planè Regiæ nunc temporum vitio ne umbram antiqui splendoris referentes. Locus olim solitarius & secretiori vitæ oportunus, nunc haud inelegans, quem nec apricum nemus, nec pascua læta, nec fæcundus ager destituat. Numerus monachorum subinde major centenario fuit, ex quibus gregi Dominico præclaram navant operam assiduè 13. Addam viri magni elogium ante has civiles turbas enunciatum. Ait ille: *Vis cum moribus optimis pietatem imbibere? Gemblacum vade. Vis erudita comercia & sacram supellectilem tractare? Gemblacum vade.* In quo finio.

Hactenus ista ex Gramaio, quibus addere placet Rescriptiones Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. in quibus legitur.

Gemblacum dimidia Ecclesia Rector ejus est Abbas Monasterij Gemblacensis S. Petri, deservitores sunt &c. sub onere quinque Missarum hebdomadatim absque Dominicis diebus. Valet xlviij. modios speltæ, bona consistunt in Decimis grossis & parvis.

Altare B. Mariæ sub imagine Crucifixi &c. valet tres modios.

Altare S. Eligij &c. valet tres modios.

Altare SS. Nicolaij & Servatij &c. valet viij. modios speltæ.

Altare B. Joannis Evangelistæ &c. valet quatuor modios speltæ.

Altare SS. Jacobi & Christophori &c. valet tres modios speltæ.

Altare xi. millium Virginum &c. valet tres modios speltæ.

Altare S. Nicolai in hospitali &c. valet xij. modios speltæ.

Infra Metas.

Capella B. Mariæ Leporosorum &c. valet xxv. modios speltæ.

Capella

Capella in *Forier* &c. valet iv. modios ſpeltæ.
Capella Gorgonij in *Lyroux* &c. valet duos modios ſpeltæ.
Capella S. Nicolai in *Harton* &c. valet tres modios ſpeltæ.

De Gemblacenſi Comitatu.

QUod hujus Comitatus partes in triplum plures faciam, inquit Gramaius, quam nunc ſit Gemblacenſis terræ, ne quis arbitretur me ſine authore facere, noverit me nomina ſingulorum ex M.S. codice habere, cujus mihi copiam fecit Illuſtriſſimus Comes Bauſſigniacenſis, noverit etiam ante me P. Divæum hanc Comitatus Gemblaceni amplitudinem probaſſe. Et certè, ut meam opinionem dicam, licet exiſtimem ſcriptores illos potuiſſe in errorem trahi, ex eo, quod videntes Montis Vibertini Dominium penes Gemblacenſes eſſe, crediderint omnes qui Præfecturæ dicti Montis ſubcenſentur pagi, eodem ſpectare, tamen negare nolim magnam eorum partem è B. Guiberti patrimonio eſſe, certus pluſquam dimidia bonorum parte per importunitatem affinium D. Guiberti Gemblacenſibus olim excidiſſe. Primo loco hic adſcribam, quæ & fuerunt & adhuc cenſentur partes Dominij Gemblacenſis. Hactenus Gramaius.

PRÆFECTURÆ GEMBLACENSIS.

CAPVT I.

De Dominio & Pago Lyroux.

TAmetſi, *Lyroux* Gramaio *Liberolium*, cum aliquibus vicinis locis, Joannes Baptiſta Gramaius, paucis perſtringat verbis, proferenda tamen, is itaque Scriptor *Vallis-Vicennis*, *Liberti-Campus*, & *Liberolium*, inquit, *Prætorem Paracumque urbanos habent.*
Produximus ſupra in deſcriptione Monaſterij & Oppidi Gemblacenſis Reſcriptiones Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacenſis pro anno 1511. inque iis legitur, Gemblacum media Eccleſia, &c. Infrà metas ejus Capella Gorgonij in *Lyroulx* &c. valet duos modios ſpeltæ &c.
Cæterum Vaulvicenet, à Gramaio *Vallis-Vicennis*. Bertichamps, *Liberti-Campus* appellatur.

CAPUT II.

De Dominio & Pago Grand Manys.

M*Aniacum*, inquit Gramaius, *duplex*, in ſacris alterum Lezij, alterum oppidi appendix, ſuos Prætorem & Scabinos habent. Hæc de loco iſto Scriptor ille, plura nobis non ſuppetunt; de altero Maniaco *Petit Manys*, egimus in Præfectura Montis Sancti Wiberti, lib. tertio cap. xlii.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Ernage.

E*Rnagia*, *Curtile* ſive *Curtiacum* & *Savanella*, inquit Gramaius: *Licet appendices Curæ urbanæ, ſeparatos tamen Paſtores habent.*
De Ernagia legimus in Reſcriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacenſis pro anno 1511.

Ernaige juxta Gemblacum, Ecclesia filialis ab Ecclesia Gemblacensi, &c. Sub onere Dominicis diebus & semel in septimana Mis. valet xiv. modios speltæ, in terris, censibus, & Anniversarijs.

Altare S. Johannis Bap. ibidem. &c. valet v. modios speltæ, sub onere unius Mis. in hebdom.

Asnatgia in diplom. Ottonis, hodie *Ernaige* & *Ersnage*. Vide suprà cap. xvi.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Cortys sive Courtil.

DEdimus capite præcedenti pauca illa verba quibus Gramaius perstrinxit *Curtiacum*, nec habemus quæ istis addere, nisi quod legamus in Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511.

Curtis juxta Gemblacum, Ecclesiæ filialis ab Ecclesia Gemblacensi, & Altare B. Katharinæ pridem annexatum &c. valet xviij. modios speltæ, sub onere unius Missæ in septimana absque Dominicis diebus & festivis. Bona consistunt in terris & Anniversarijs.

In diplom. Ottonis, reperitur *Courtil*, *Curtily* dictum. Vide suprà cap. xvi.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Saulvenier.

PAtuit ex iis quæ produximus capite III. ex Gramaio, quod *Savanella* licet appendix Curæ Urbanæ, separatum tamen Pastorem habeat. Idemque Scriptor de eodem loco ait: *Immunitate à tributis & contributionibus gaudet. Cujus privilegij dum causam curiosè indago, intellexi Venceslao Duce in Brabantiam primò venienti ab incolis itum obviam cum tympanis & apparatu specioso, Ducemque remuneraturum hoc eis indulsisse.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1552. legitur.

Saulvenier Ecclesia filialis Ecclesiæ Gemblacensis &c. sub onere Missæ diebus Dominicis & Festivis valet xiij. modios siliginis, in terris arabilibus.

Altare B. Mariæ Virginis &c. sub onere unius Missæ in hebdomada valet vj. modios siliginis.

Altare B. Annæ &c. valet v. modios bladij sub onere unius Missæ in hebdomada. *Hæc ibi*,

In Rescriptionibus autem anni 1559. legitur Altare Sanctornm *Annæ & Cornelij* &c. Verùm antiquiores Rescriptiones, quarum plurima exemplaria in collectaneis meis asservo, *S. Cornelij* non meminerunt.

In diplom. Ottonis *Saulvenier* dicitur *Salvenerias*; vide suprà cap. xvi.

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Lonzée.

POsteaquam Gramaius (cujus verba dedimus Capite præcedenti) retulisset privilegium exemptionis Tributorum, à Wenceslao Duce pago Savanellæ concessum: prosequendo ait: *Simile & ob similem causam gaudet*, LONZEA *beneficio, in sacris Gemblacensis Ecclesiæ filia, ubi Argentona Cisterciensis instituti feminea Abbatia, tali initio propagata.* De Abbatia illa mox dicetur.

CAPVT VII.

De Origine & Progressu Cœnobij Argenton Ord. Cister. Abb.

ARgentona in finibus agri Namurcensis monialium Ordinis Cisterciensis Abbatia, circa Gemblacum, anno M. CC. XXIX. à Guilielmo *Harentony* Domino & *Ida* ejus conjuge condita, Guilielmo Parwisij Domino, & Joanne Episcopo Leodiensi, approbantibus, ut patet ex subjunctis eorum diplomatis.

Universis

Universis Christi fidelibus Willelmus de *Harenton* & uxor ejus ..... universitati vestræ notum facimus, quod nos contulimus in eleëmosynam conventui monialium, quæ consilio nostro se transtulerunt de Grandivalle ad locum qui dicitur *Argenton* propè *Harenton*, omnia bona nostra quæ habemus apud prædictum *Harenton*, tàm in agris quàm in pratis, nemoribus, molendino, vivario, reditibus, censu & domibus, exceptis septem bonnarijs terræ arabilis, quæ contulimus Ecclesiæ de Gemblaco.

In cujus rei testimonium præsentes litteras sigillo Domini Jacobi quondam Aconensis Episcopi fecimus sigillari. Actum anno M. CC. XXIX. mense Maio.

Ego Godefridus Dominus de Peruez, Ducis Lotharingiæ fratris filius. Notum facio, quod *Willelmus de Harenton* & uxor suo *Ida* de licentia mea in eleëmosynam contulerunt domui de *Argenton*, Cisterciensis Ordinis, Leodiensis Diœcesis, terras, aquas, silvas, prata, & ædificia cum molendino & rebus alijs, quas habent & habituri sunt apud *Harenton*, nihil mihi juris, nihil sibi vel suis heredibus reservando, præter usumfructum, quem dicti Willelmus & Ida, quamdiu vixerint, tantum sibi reservaverunt, & septem bonaria terræ, quæ jam dicti Wellelmus & Ida domui Gemblacensi tenentur assignare post obitum suum, jure perpetuo possidenda. Præterea etiam omnibus innotescat, quod voluntate nostra & assensu filiæ Domini Thomæ militis de *Smechim*, Clara & Achias, domum monialium de *Harenton* possunt intrare, & ibidem de licentia nostra habitum assumere monialem. Datum anno M. CC. XXX. feria iij. post festum B. Laurentij.

Joannes Dei gratia Leodiensis Episcopus notum facimus, quod domum monialium de *Argenton*, Cisterciensis Ordinis, & locum ipsarum sub nostra protectione recipimus; donum quod eis contulit Willelmus de *Harenton* & Ida uxor sua, auctoritate nostra confirmantes. Datum anno M. CC. XXXII. mense Augusto, feria vj. post festum B. Laurentij.

Exhibentur præfata Diplomata ab Auberto Miræo in Notitia Ecclesiarum Belgij cap. CCI. & postremum à Christophoro Butkens in Probat. ad lib. viij. pag. 226. & seq. idque paulò extensius.

Ioannes Baptista Gramaius, describit Argentonam his verbis:

Argentona Cisterciensis instituti feminea Abbatia tali initio propagata.

Guilielmus de Hareton & Ida conjuges advocatis è grandi valle virginibus Cœnobium instituti Cisterciensis fundarunt, assignatis ei quæcumque in Argenton possidebant agro, villa, censibus, authoritatem faciente Parwetano Toparcha.

Ubi numerus virginum justus olim fuit, & disciplinæ regularis observantiam maxima. Adeoque hoc cœnobium per 2. confessores Villarienses directum & exempla & initium dedit saluberrimæ reformationi per omnia loca invectæ.

Per has turbas incendio absumptum, profectis in exilium Vestalibus. Quæ licet plurimum cum paupertate luctantes, nihil tamen de veteris observantiæ disciplina remiserunt.

Hactenus Gramaius; Porrò Augustinus *Wichmans* scribens de hoc Cœnobio, in sua Brabantia Mariana; Solebant autem, (inquit) Moniales hujus loci antiquitus Abbati Villariensi tamquàm Patri suo subesse: sed modò Alnensem recognoscunt. *Hæc ibi.*

Cæterum, non solùm sæculo superiori, sed nuperis annis dum variarum gentium exercitus tractum hunc vastarunt, cœnobio bellorum malis attrito, miseranda rerum facies fuit. Sed prudenti directione, Annæ Catharinæ *Copin* nobili genere natæ, hodiernæ Abbatissæ, reviviscit.



 LIBER VI.

LIBER VI.

Continet Præfecturas Aincuriæ, Dongelberghæ, Melinij, Gestæ S. Joannis, Gestæ Geronpontis, seu Vironpontis, Jacheæ, & Oppidum Geldonense cum appendicibus.

CAPUT I.

De Dominio & Pago Incourt.

PETRUS Divæus Rerum Brabanticarum lib. I. cap. VI. Est, inquit, inter Romanduos vicus insignis *Eincuria* : D. *Reginulfa* corpore ac miraculis clarus, ubi patrem ejus Adonem virum in palatio Francorum nobilissimum habitasse, ac loco nomen dedisse, ut Adonis, Curia diceretur, opinantur : meminit Reginulfæ Sigebertus in gestis anni 643.

Ioannes Molanus in Natabilibus Sanctorum Belgij ad 14. Iulij fatur hujusmodi. In *Aijcuria* natalis sanctæ *Ragenufla* Virginis. Quæ temporibus Dagoberti orta est in *Brumbazia* Hasbaniæ villa, ex parentibus genere inclytis & religione Christanis, quorum nomina fuerunt Aius & Aia ut non nullorum fidelium asserunt testimonia unde Aij-curtis nomen remanet. Porrò filia à tenera ætate senilia exsequebatur opera. Vigebant enim in ea affabilitas, temperantia, justitia, longanimitas, eleëmosyna, abstinentia, patientia, humilitas, mansuetudo, pietas. Erat charitate non ficta, fide robusta, stabilis spe. Quam cum Ebroinus adolescens ad connubium postularet & parentes nolentem urgerent, diemque nuptiarum præscriberent, illa Christi sponsi sui amore languens, in eodem proposito prævias cognatas suas sanctas Aldegundem & Gertrudem sequi voluit. Undè intestante die nuptiarum, cum una ancillula ad vicinæ silvæ latibula confugit, optimam cum Maria partem eligens. Cæterum fidele ejus propositum Deus compendioso remuneratis est fine, nolens eam diu pondus diei & æstus tolerare. Paulò enim pòst, quæ studuerat Angelorum vitam imitari, eorumdem ministerio ad cælestem subvecta est paradisum. Mox autem parentes omnibus cognitis, de commissa in eam injuria, pœnitentiam egerunt & membra honestè tumularunt : & processu temporis super tumbam eius Ecclesiam suis ædificaverunt stipendijs. Quo in loco, cujus meriti habebantur lipsana, frequentibus miraculis ostendit divinitatis clementia, & hactenus ex propriæ Ecclesiæ officio. Porrò Sigebertus Gemblacensis chronographus memoriam eius celebrat ad annum sexcentesimum quadragesimum tertium : *Virgo*, inquit, *Dei Ragenufla, Sanctitate claret in Gallia.* Requiescit verò virgineum corpusculum Aijcuriæ in Gallica Brabantia, sed Canonicorum collegium inde translatum est Lovanium ad Sancti Jacobi Basilicam, anno millesimo quadringentesimo, quinquagesimo quarto. Teutones vocant eam *Sinte Rainoffele t'Eincourt.*

Habet autem Ragenufla in Aij-curia fontem, unde hydropici & alij languentes sæpius remedium acceperunt. Pridie porrò annuæ processionis in festis Pentecostes, incolæ feretrum ad fontem dictum deferunt, & aquas illas ut plus efficaciæ merito Ragenuflæ habeant, attactu feretri avita ceremonia sanctificant. *Hæc ibi.*

Eadem fere habet Aubertus Miræus in fastis Belgicis & Burgundicis, præterquam quod non dicat Sigebertum chronographum meminisse Ragenuflæ in gestis anni 643. satis gnarus ea quæ de illa leguntur in eius chronicis, à racematoribus adjecta, ideoque Miræus in suo exemplari quod ad autographum veteresque codices manuscriptos comparaverat, illa aliaque multa minori charactere excudenda curavit, ut tali signo indicaret, ea aut Gemblacensi in codice domestico non reperiri, aut recenti manu esse agglutinata quod hîc obiter notandum existimavi.

Cæterum non capio cur dicatur à Molano, S. Ragenuflam *in eodem proposito prævias cognatas suas Sanctas 'Alegundem & Gertrudem sequi voluisse*, cum ante illarum conversionem ad vitam monasticam mortua anno 643.

Gramaius describens districtum sive Præfecturam Aincurtensem tradit sequentia, citatque *M. scrip. vita S. Raginulpha in S. Iacobo Lovanij. Adonis-curia* ab Adone Geldonensi Comite nomen haud dubiè servat quem eundem esse volunt cum Radulpho *viro nobili & potente* patre S. Raginulphæ. Hic cum nullam ex Gisla uxore prolem reliquam haberet, defuncta, (quæ virginitatis servandæ, & vitam sanctiorem amplectendi gratia relictis parentibus in secreta sylvarum profugerat, ubi Deus vitæ eius sanctitatem post mortem miraculis confirmavit) Raginulpha, Ecclesiam suo in allodio struxit, quæcumque in vicino possidebat ad aram S. Lamberti Leodicensium obtulit, idque in usum 12. Canonicorum anno 1036. *Ex diplomate Reynardi Episcopi data indict. 3. pridie cal. Decemb. anno regni Conradi 14. in urbe Letgia id est Legia pro qua Molanus Luigia scribit.*

Justo interim tempore elapso & necdum executioni mandata piorum voluntate conjugum, Antistes Leo-

diorum conſcientia urgenti ſatisfacere viſus relictam hæreditatem partitus eſt; ita ut altera eius pars Abbatiæ S. Laurentij aſſignaretur, altera Canonicorum Collegio, quod ipſum à patrono Abbate dependeret an. 1179. *Ex diplo. Henrici Epiſcopi Leodienſis.* Vixerunt hîc Canonici olim regulariter & denique facta partitione cenſus ſinguli ſuos habere cœperunt an. 1205.

Statuta autem quæ hodieque in uſu ſunt capitulariter inſtituta ſunt. *Ex præfatione eis præfixa an. 1355.*

Quæ Capitulumque totum Eugenius Papa reformavit an. 1444.

Anno 1454. Nicolaus Lovanium in S. Jacobi Parochialem Eccleſiam tranſtulit. *Ex bullis hac de re datis, per Theſaurarium Capituli ut alia omnia mihi oſtenſis.*

Libertatem ampliſſimam Obertus Epiſcopus primus dedit an. 1142.

Reynardus Henricum Comitem Lovanienſem dedit Advocatum anno. 1036.

Capitulum magno loco natos olim plures habuit. Ex Opperbaſijs Danielem Decanum anno 1396. Theſaurarium Franconem Dongelbertium anno 1302. Doctrina celebres habuit Jacobum Bayum S. Th. Doctorem eximium nuper. Simonem de Buſco olim Canonicum cujus vidi ſpeculum virtutis.

Fuit hic olim celebre Beginaſium, olim Abbæ Villarienſi commiſſum, fuit & Noſocomium inſigne & ſacella in circuitu aliquot. Gaviſa fuit olim Aincuria jure municipij, unde lego in teſtamento D. de Dongelbert *Heſchevins de Francke Vil de Aioncourt.*

Hic obſerva *Hebdomadarios* perpetuos id eſt ad vitam fuiſſe & inter dignitates fuiſſe in Capitulis olim. Unde legis teſtamentum *Petri de Buſco-Ducis presbiteri hebdomadarij Eccleſiæ Aicurienſis.*

Walterus de Trudonois homo liber, dat libera donatione per manum Godefridi Ducis (nota etſi liber tamen quia vaſſallus opus erat Patroni auctoritate) *ad altare S. Petri in Ayuncurth partem prædij &c.* Quod annotandum utpote phraſi & more antiquo.

Hactenus Gramaius. Porrò quoniam noſcere principia rerum, omnes avidè cupimus, iſtis nos addemus diploma erectionis prædicti Collegij Canonicorum Aicurienſium quod inde poſtea Lovanium ad S. Jacobi ædem anno 1456. eſt tranſlatum, juxta decretum Nicolaij V. Papæ pridem datum, ut aſſerit Aubertus Miræus in Notitia Eccleſiarum Belgij cap. LXXXV.

Reinardus Leodienſium Paſtor indignus: omnibus in Chriſto pax multiplicetur. Vir nobilis *Radulphus* cum conjuge ſua *Giſla*, poſſeſſionibus hujus ſæculi abundantes, ſed de fructu carnis ſuæ heredem nullum habentes. Conſilium Evangelicum ſimul acceperunt, ut facerent ſibi amicos de rebus tranſitorijs, qui eos in æterna tabernacula recipiant, & ſervos Chriſti, imò ipſum Chriſtum heredem ſuum deſignarent.

Itaque conſtructa Eccleſia in proprio territorio, in villa quæ vocatur *Aiuncort*, omnes ſuas poſſeſſiones eidem contulerunt, ad uſum videlicet XII. Canonicorum. Quod cum noſtro conſilio perfeciſſent, venerunt ad noſtram civitatem, & illic tradiderunt S. Mariæ & S. Lantberto medietatem Eccleſiæ, & dimidium alodium, cum omnibus facultatibus ſuis, & *Brombau* quæ ſunt ſitæ in Comitatu *Dungleberc*, & *Holtam* quæ eſt in Comitatu *Steppes*; & *Wolmereis* cum dimidia Eccleſia, quæ jacet in Comitatu *Brunengurt*, & *Chierberghe* cum integra Eccleſia in Comitatu *Anguers*, & aliam integram Eccleſiam de *Opprebais*. Horum omnium traditionem fecerunt ambo. *Radulfus* & uxor ſua *Giſla* ad altare S. Lantberti, me ipſo *Rainaldo* Epiſcopo præſente, cum pluribus noſtris fidelibus, Canonicis & nobilibus laicis, quorum præcipui iſti fuerunt.

Rotfridus Archidiaconus. Waizo Præpoſitus.
Nitzo Cuſtos, Gerardus Archidiaconus, Comes Gilbertus.
Comes Henricus, quem ſuper hoc fecimus Advocatum.
Godefridus, Wolurardus, Gumbertus, Bernerus, Griboldus.
Giſlanus, Fulcuinus, Algiſus, Liezelius, Girardus.
Lanzo, Balduinus, Ioannes, Helfridus.

Actum in urbe Letgia, pridie Kal. Decembris anno Dominicæ incarnationis, milleſimo triceſimo ſexto, Indictione quarta, anno autem regni Chuonradi Imp. quarto decimo.

Hæc ibi, ſed plenius extat hoc diploma lib. II. diplomatum Belgicorum cap. XXVII. nobis ſufficit illud contractius deſcripſiſſe, qui plura deſiderat de tranſlatione hujus Collegij conſulat Lipſium & Vernulæum in Lovanio: operis noſtri vaſta moles eſt, & amanuenſi non utimur.

Cæterum illud mirari incidit, Aubertum Miræum in annalibus Belgicis ſcripſiſſe ad annum 643. Aicurienſe Canonicorum Collegium, *à patre S. Reginuſlæ ſeu Ragenuſlæ fundatum*, cum clare appareat ex diplomate Reinardi ſeu Rainaldi Leodienſium Epiſcopi ſupra exhibito, atque à Miræo vulgato locis citatis, id factum à *Radulpho cum conjuge ſua Giſla* anno M.XXXVI. hoc eſt quadringentis ferè annis poſt tempora *Ragenuſlæ*, cujus patrem Divæus *Adonem* vocat, Molanus *Aium*, matremque *Aiam*. Niſi forte Gramaium ſecutus, qui Adonem eundem eſſe vult cum Radulpho huncque patrem S. Raginulphæ, porrò ſemper obſtat ratio temporis, cujus tot ſæculorum intercapedo, rem non veriſimilem facit, movitque forſan Miræum ut poſtmodum ſcriberet in ſuo chronico Belgico ad prædictum annum 643. hujuſmodi; *S. Reginuſla virgo claret, & quieſcit in Aicuria Gallo-Brabantiæ vico; ubi olim Canonicorum fuit collegium, ab eiuſdem patre incohatum.*

Sed omnibus conſideratis, arbitror præfatum Canonicorum Collegium non fuiſſe fundatum aut incohatum à patre S. Ragenuſlæ, ſed à Radulpho cum conjuge ſua Giſla. Nec intelligo qua ratione ab hac ſententia debeam diſcedere. Rem iſtam diſcutiendam relinquo amicis noſtris Reverendis PP. Danieli Papebrochio, Franciſco Baertio, & Conrado Janningo, Societatis Jeſu Presbyteris, Ioannis Bollandi & Godefridi Henſchenij,

in conſcribendis Actis Sanctorum diſcipulis & ſucceſſoribus, quando pervenerint ad hiſtoriam vitæ S. Ragenuflæ, cumque habeant inſtructiſſimam bibliothecam (qua interdum eorum benevolentia utor) non dubito quin explicatione dilucida, doctiſque ſuis commentarijs vitam illam illuſtrabunt, pari felicitate, quâ multa & difficillima Sanctorum Acta enodarunt.

Haræus in Annalibus Ducum ſeu Principum Brabantiæ S. Ragenuflæ non meminit, quod equidem miramur, cum in cæteris ſatis accuratus. Bartholomæus Fiſen in hiſtoria Eccleſiæ Leodienſis celebrat memoriam eius ad annum 647. tribus annis tardius quam oporteat.

Chriſtophorus Butkens Trophæorum Brabantiæ lib.III. cap.II. producit præfatum *Radulphum* his verbis; *Raoul Sire d'Aincourt* &c. Porrò non arbitramur eum poſſediſſe ſupremam juriſdictionem loci, quam in antiquiſſimis codicibus Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ, ad Principem eiuſque patrimonium attinuiſſe legimus in annum 1644. quando Philippus IV. Hiſp. & Indiar. Rex illam abalienavit, uti docent adverſaria dictæ Cameræ, quæ ita habent: Incourt & Longueville furent engagez le 4. May 1629. pour 3000. flo. & vendues abſolument le 13. Janvier 1644. au Sr. de Hemskercke pour autres 4000. flo.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs ſuis de Gallo-Brabantia ſcribit: Vers l'an 1225. le Duc Henry I. octroya à ceux de la Mayerie d'Incourt la communication de pluſieurs privileges & immunitez jadis concedées a ceux de la Ville de Louvain. Quod hauſit ni fallor ex Chriſtophoro Butkens, iſque ex Divæo, cujus verba hæc ſunt. *Anno millesimo ducenteſimo vigeſimo quinto baſilica D. Michaëlis Lovanij corruit, & Henricus Dux incolas Encuriæ* (Incourt) *Lovanienſium quibuſdam privilegijs uti conceſſit. Charta Lovanij datâ, ſignatâ ab Arnoldo Nobelo, & Valtero Cæſare Equite Coſſ. Salomone à Bolleburna & Meiſone Scabinis.* Sed dum pro more ſuo Scriptor ille, nomina propria familiarum Latinæ conſuetudini tradit, lectori incognita obviunt, qua in re multi ſcriptores errant, ut devinandum ſit quos homines genteſque velint, intelligantue, ſeu mente percipiant.

CAPUT II.



Caſtellum Maleve

De Dominio & Pago Maleve.

IOannes Baptiſta Gramaius ſcribens de Præfectura Aincurtenſi, *ſunt*, inquit, *in hoc tractu Dominia primæ notæ Malevia & Dongelberga utraque veteri Prætorio inſignis. Illa Abbate Villarienſi præſentante curatorem animarum*

rum accipit: & celebres habuit Toparchas, maximè ex quo in Graviam & Iacensem familias nuptiarum titulo transijt. Razo autem Gravius & Ægidius Iacensis Arnoldo de Corswarem *ex Baronibus Hasbaniæ transscripserunt anno* 1448. *Cujus filius aut nepos Guilielmo* Stradio *vendidit anno* 1498. *& Stradiorum è gente Ludovicus à Rege supremæ jurisdictionis titulum acquisivit anno* 1560.

Idem Scriptor agens de Cœnobio Villariensi ita fatur: *ut autem magis ampliter constet de nobilium in Villare & cleri populique affectu; subjiciam nomina eorum qui sacella quaquaversus templum coronantia dotarunt ibidem ferè sepulti.*

Primi fundator est, Gertrudis & Moriazarth, 2. Rixa de Sombreffe. 3. Clementia de Malevia. &c. hæc ibi.

In Necrologio Villariensi quod mihi benignè communicavit Abbas N. *van Stralen*, legimus ad 15. *Septembris Anniversarium Dominæ Odæ de Malevia.*

Et ad 11. *Octobris Anniversarium Reyneri militis de Malevia.*

In Prœlio Woringano pag. 144. Balduinus de Gravia Dominus de *Maleve*, filius quondam Domini Gilberti, factus oppidanus Bruxellensis anno 1376. Raso de Gravia eius filius, tenet Dominium in *Erps*, item *Maleve* sicut Gilbertus de *Grave* illud tenuit, & bona de *Wolfshage*.

Finis diplomatis Ioannis IV. Brabantiæ Ducis quo declarat Abbatem Parcensem esse perpetuum & hereditarium Capellanum Ducis Brabantiæ anno 1416. ita habet:

Per Dominum Ducem, Domino Henrico de Bergis Domino Grimbergensi & Domino de Melino, & Henrico Domino de Heverle, militibus, ac Rasone de Graven Domino de Maleve, *Raynero* Moers, *& Henrico de Werthusen, nonnullisque alijs de Consilio præsentibus.* De Dinter.

Vulgavit prædictum Diploma Aubertus Miræus lib. 1. Donationum Belgicarum cap. cxxxv.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs Gallo-Brabantiæ describit Maleviam, his verbis:

Le Village de *Maleve* à communiqué son nom, à une ancienne famille bienfaictrice de l'Abbaye de Villers. On trouve auſſy Regnier de Maleve, qui l'an M. CC. LIX. fut tesmoing à une donation faite par Gerard de Louvain Seigneur de Grimbergh. *Butkens* lib. VIII. cap. II.

Depuis la Seigneurie (qui est Fief de Brabant) est entrée par alliance dans la famille de Grez ou van Grave, qui passé plusieurs siecles, à rendu le nom de Raze si familier que l'on a de la peine d'en trouver la suite.

Divæus lib. I. cap. IV. parle de Raze de Grez, qui fut Seigneur de Maleve & de Saincte Marie, Village contigu. Raze Seigneur de Maleve procrea Raze, qui espousa Marie fille de Iean heritiere de Heverlé, par trespas de Henry son frere Chambellan hereditaire de Brabant: qui vers l'an M. CCCC. L. vendit Heverlé à Antoine de Croy, ne sçachant s'il en fit de mesme de la terre de Maleve, qui apres luy at appartenu à Gille de Jausse, lequel l'an 1448. la ceda à Arnould de Corswaren, dont le fils ou neveu la vendit l'an 1498. à Guillaume de Stradio Chlr. qui l'an suivant fut fait Chancelier de Brabant, & s'acquitta l'espace de cincq ans loüablement de cette charge.

Antoine Sanderus *in dissertatiuncula de eminentioribus quibusdam Catholici Regis in Belgio Concilijs*, le nomme: *Dominus Wilhelmus Stradio, Eques, Toparcha de Orbais & de Maleve.*

Et Hubert Loyens Secretaire du Conseil de Brabant, en ses Eloges des Chanceliers, l'appelle Seigneur de Maleve, Orbais &c. Je croy qu'il eut pour fils Henry Stradio, duquel se voit ou voyoit l'epitaphe en l'Eglise des freres Mineurs à Bruxelles, sur une tombe de pierre bleüe pres l'Autel de Saincte Barbe, qui est tel:

Hic jacet nobilis & famosus Dominus Henricus de Stradio, de Orbasio & de Maleve, Dominus temporalis, qui obijt prima Septembris 1557. *Et Illustris Domina ejus conthoralis Domina Isabella de Mengerscruyt, filia insignis ac nobilis militis Domini Iudoci de Mengerscruyt quæ obijt* 2. *Octobris* 1535.

Sur laquelle sont gravez leurs respectifs quartiers, sçavoir: *Stradio, Walhain, Tseraerts, Baronaige*, & ceux de *Mengerscruyt, Moerkercke, Winnesecle, Briarde.*

Louys de Stradio succeda & rendit cette terre plus illustre, par l'achapt qu'il fit de sa haute justice l'an 1560. Il fut Grand Bailly du Wallon-Brabant, deceda la predite année, laissant enceinte Margarite de Berghe-Grimberghe sa compaigne qui acoucha de Jeanne de Stradio, & estant vefve espousa en secondes nopces Pierre de Salmier Seigneur de Brimaigne &c.

Jeanne de Stradio Dame de Maleve &c. La veille de S. Simon & Iude l'an 1580. espousa N. de Wignacourt.

Hactenus Scriptor ille, idque satis accuratè, uti patet ex iis quæ leguntur de Malevia in primario Codice feudorum Gallo-Brabantiæ, suntque ista:

Extraict du Cheff Registre du Quartier de Wallon Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Maleve folio cxxviij. recto & verso ce que s'ensuit.

MEssire Ferdinand de Wignacourt fils de Henry soubsescript par donation de sondit Pere en vertu du contract de mariage 20. December 1686.

Jonker Henrick Wignacourt Heere van Maleve 8. October 1626. by doode wylen Heer Philips de Wignacourt onderſz.

Damoiseau Philippe de Wignacourt Seigneur de Maleve, Orbais &c. le ix. de Juillet 1612. par le trespas de Dame Marguriete de Grimberge sa grande Mere soubsescripte.

Dame Marguriete de Grimberghes vefue de feu Messire Loys de Stradio ij. May xv.c lxvij. par le trespas dudit feu Messire Loys de Stradio son Mary soubsescript.

Messire Loys de Stradio Chevailler le xv. jour d'Octobre l'an xv.c lvij. par le trespas de feu Henry de Stradio son Pere soubsescript.

Henry de Stradio le dernier jour d'Aoust l'an xv.c & iiij. par le trespas de Messire Guillaume Stradio son Pere.

Maistre Guillaume Stradio le xj. jour de Juing l'an xiiij.c iiij.xx xviij. par achapt fait a Rasse de Corsworm & Damoiselle Katherine de Dongelberge sa Compaigne.

Rasse de Corsworm le xv. jour de Septembre l'an xiiij.c lxxix. par le trespas de feu Messire Ernoul de Cosworm Chlr. son Pere.

Ernoul de Corsworm le vj. jour de Decembre l'an xiiij.c xlviij. par le transport de Rasse de Grez & Gilles Seigneur de Jauche.

Gilles de Jauche, par le transport de Ernoul de Grez l'an xiiij.c xlviij.

Rasse de Grez son filz.

Baudechon de Grez. Tient la terre de Maleve avecque toutes ses appartenan. Assavoir la maison de Maleve avec les Jardins, Viviers, Moulin à ban lx. bonniers de terre labourable gisans en pluisieurs pieches, Item en cens Seigneuraulx au jour de Sainct Estienne xxxj.s3. cent quarante deux chappons, à Pasques iiij. s3. Au jour de Saint Jehan ij. liv. xix. s3. Loven. Au jour de Sainct Remy xiij. s3. vj. d. Loven. Et au jour de Sainct Andrieu ij. s3. v. d. & iiij. muys d'avaine sur pluisieurs bonniers gisans en laditte Seigneurie. Appartiennent encoires à laditte Seigneurie une brasserie, six hommes de fief, ung Mayeur & sept Eschevins & le x. denier quant les heritaiges se vendent. Apparant tout ce par le denombrement de feu Rasse de Grez rapporté en l'an xiiij.c & xl.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Sanctæ Mariæ.

IN ephemeridibus Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ legimus de hoc Dominio ea quæ sequuntur.

S. Marie Lez Opprebaix fust engagée le 17. d'Aoust 1630. à Rasse Corswarem Sr. de Rouxmirois pour 600. flo.

Et rehaucé le 16. May 1638. pour autres 500. flo.

Et vendüe absolument le 13. d'Octobre 1648. à Massin Labbaye pour son Command pour la somme de 1300. flo.

Scribit Gramaius *Fanum Mariæ*, in sacris Villario obnoxium & Graviorum peculium.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia hujus loci meminit his verbis.

S. Marie est un petit Village situé entre Maleve & Melemont ou l'Abbé de Villers confere la Cure : il at autresfois appartenu à Raze de Grez Seigneur de Maleve, & toute la justice au Roy qui l'an 1630. l'exposa en vente.

CAPUT IV.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Lathuy.

GOdeſcalcus Nivellenſis Eccleſiæ Præpoſitus eidem ſuæ Eccleſiæ dono dedit *Lathuy* & *Boulines*, uti patet ex diplomate ſubjecto.

Ego GODESCALCUS Eccleſiæ miniſtrorum ultimus, Præpoſitorum indigniſſimus, prædiola eleëmoſynarum mearum ſtipendijs acquiſita *Lathuy* & *Boulines* piiſſimæ Dominæ meæ S. Gertrudi tradidi, congregationis ipſius ad uſum. Ipſa verò congregatione ſubmonente, tres libras denariorum animæ meæ ſervitio deſtinavi; unde triginta ſolidi duobus presbyteris pro Miſſa quotidiana ſolventur, reliqui verò ad luminare non deficiens locabuntur. Verum ne hac diſpoſitione fruſtrentur; poſſeſſiunculam, quæ dicitur *Aldonis mons* ad hoc ſtatui, Eccleſiam porrò de Aldonis monte Dominus *Lietbertus* Cameracenſis Epiſcopus, Licentia Domini Leodienſis Epiſcopi conſecravit, quæ Eccleſia membrum eſt Eccleſiæ de Rothavia, ubi pertinet decima de Aldonis monte &c. Actum & confirmatum Nivellæ, in monaſterio S. Gertrudis, tempore Henrici Regis, qui ſæpè de Saxonibus triumphavit, Duce Godefrido Gibboſo, Comite Lovanij Henrico Lamberti filio, Rikeſa Abbatiſſa, Mathilde Præpoſita, Ruzela Decana &c.

Vulgavit diploma illud Aubertus Miræus in Notitia Eccleſiarum Belgij cap. CII. arbitraturque conſcriptum circa annum M.LXXIII.

Gramaius pagum hunc non attingit niſi per tranſennam, agens de Eccleſia de Pietrebais quam filialem dicit Eccleſiæ de *Latuto* ideoque à Latutenſi Paræco dependere, uti apparebit capite ſequenti.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia accuratius locum deſcribit, his verbis.

La haulteur de Lathuy at eſté acquiſe du Roy l'an...... par Iean Schorenbroot, dont la fille heritiere unique eſpouſa Pierre Stockmans Docteur en Droit à Louvain & puis Conſeiller de Brabant: qui ne laiſſa que deux filles, dont l'une eſpouſa N... vanden Venne Receveur des Eſtats de Brabant au quartier de Louvain, qui à ſaiſy ſes heritiers de cette haulteur. Soub icelle ſont ſituées diverſes Seigneuries foncieres, & la plus ancienne, ſi je ne me trompe, eſt la Cour de S. Gertrud, qui l'an 1073. fut donnée au Chapitre de S. Gertrud avec le Village de Boullines ſitué au Comté de Namur, par Godeſchalc Prevoſt de Nivelle du temps de Henry fils de Lambert Comte de Louvain.

Le Chapitre de S. Servais à Maſtrecht y at auſſi ſa Cour & y tire des cens Seigneuriaux qui ſont les plus conſiderables.

Le Chapitre de S. Bartholomé à Liege y at auſſi Cour, qui porte le nom de *Francourt*, en laquelle il a cens Seigneuriaux & eſtablit Mayeur Eſchevins & Sergeant.

Gollectuez eſt auſſi une dependance de Lathuy, comme il fut declaré l'an mil quater cent &.... à la requeſte de noble homme Iean de Boſſuyt grand Bailly de Nivelle & du Roman Pays.

Hæc ſcriptor ille, quibus addemus ex adverſarijs Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ, iſta.

Lathuy fuſt engagé le 22. d'Aouſt 1630. au Receveur General van Oncle pour mil florins.

Et renchery par le meſme le 9. d'Avril 1638. d'autres deux cent cincquante florins.

Et vendu abſolument le 16. Mars 1644. au Penſionaire de Louvain Schorenbroot.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Pietrebais le Herlut.

PEtribaſium *Herlutenſe*, ita dictum ad diſtinctionem alterius Toparchiæ, cui etiam nomen *Pietrebais*, de qua egimus in Præfectura Grezienſi.

Gramaius eadem periodo cum Fano S. Mariæ perſtringit locum hunc, his verbis.

Reſtant *Fanum S. Mariæ* in ſacris Villario obnoxium, *Petribaſium* Eccleſiæ de *Latuto* filiaque, ideo à Paræco Latutenſi dependens. Illud Graviorum, hoc Montanacenſium peculium.


Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia de Petribaſio commemorat hujuſmodi.

Pietrebais le Herlut, comme les anciens eſcrits le nomment, fut autresfois de la Paroiche de *Lathuy*, & pour ſon eſloignement n'ayant qu'une Chapelle pour la commodité des habitans, elle en fut ſeparée & erigée en nouvelle Paroiche l'an..... avec obligation de recognoiſtre celle de *Lathuy*.

Ce Village a ſa Cour particuliere, nomée la Cour de *Reves*, a cauſe qu'elle appartenoit aux Seigneurs Bannerets

terets dudit lieu, & en est tenüe en fief avec haute moyenne & basse justice. Ce que je cro is avoir esté fait, lors qu'elle a servy d'appenage aux cadets de la maison : car je trouve que l'an 1422. cette Cour appartenoit à Jean *de Bray* & Damoiselle Marie *de Hodebruge* vefue de jadis Everard de *Reves*. Et l'an 1443. à Godefroid de *Montenaken* & à Jean de *Bray* ; puis l'an 1530. aux remanants de Pierre *Moureau*, ce qui suffit pour verifier ce que je viens de dire.

CAPUT VI.



Castellum Rouxmiroir

De Dominio & Pago Rouxmiroir.

RODIUM-SPECULI, inquit Gramaius, *in sacris Capitulo Aicuriensi obnoxium, quod lego alias proprio Prætori & distincto ab Aincurtensibus subfuisse. Peculium olim familiæ quæ à Geldonia nomen sortitur.*

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatur :

Le Chapitre d'Incourt, confere la Cure de *Rouxmiroir*, & la Seigneurie at esté un appennage de la famille de *Iudogne*, desquels je trouve soub les Ducqs de Bourgogne Iean de Iudogne Seigneur de Rouxmiroir. Elle est depuis entrée en la famille de *Hosden*, & le dernier fut Charles mort sans generation de Catharine de *Corswarem* son espouse : laquelle il institua son heritiere, & elle se rendit Religieuse aux Carmelites à Malines, ayant entre autres vendu cette Seigneurie de *Rouxmiroir* à N. *Sylvius* Pensionnaire de Louvain, dont N. son fils l'at depuis peu vendu au Baron de *Dongelberge*.

Charles de *Hosden* fut d'une corpulence & force prodigieuse, dont la vie merite un recit particulier. Estant fils unicq du premier mariage, & son Pere ayant d'autres enfants du second, il fut indignement traitté de sa marastre ; le peu de soin qu'on avoit eu de son education le rendirent fort farouche : Il fit avaller à un Procureur qui soustenoit un proces contre luy, sa rolle & tous ses papiers, ce que luy causa la mort. Il mit de ses

subjets

sujets en prison en son Chasteau, & les y tient quelques années. Le rapport en fut fait à l'Infante Isabelle, & fut par son ordre conduit au Chasteau de Namur, ou il monta jusques en haut avec deux tonnes plaines de bierre qu'il enlevoit à chaque main. Il tournoit sur ses espaules un chariot entier chargé de fients &c.

Ie ne sçay si la Seigneurie de *Hacqdaux* est Paroiche de Rouxmiroir ou d'Incourt.

Cæterum, bellorum turbines, quibus, dum hæc prælo parantur, miserè Romandua prosternitur, hujus loci Castellum per Francos igne injecto eruerunt, ita ut pristini decoris nihil hodie, præter exhibitam ejus scenographiam superfit.

Spectat ad Philippum Adrianum Dongelberghæ Comitem, Romanduæ summum Prætorem, cui Reip. bono longævam præcamur vitam.

CAPVT VII.

De Dominio & Pago Godechiennes sive *Gottechien.*

INter Pagos & Dominia quibus constat Præfectura Aincurtensis recensetur *Godechiennes*, Gramaio *Gottechem*, qui postquam egisset de *Rouxmiroir* quod *Rhodium Speculi* vocat uti patuit capite præcedenti, subjungit GOTTECHEMIUM, *ubi Decimas Wilhelmus de Dongelbergh, Capitulo Aincurtensi assignavit*, anno 1126.

Ioannes *Blondeau*, in descriptione Dominij pagique *Bossuyt*, cujus verba dedimus lib. V. capite XIII. scribit Guilielmum *Le Roy*, anno 1626. à Rege pignori accepisse *Bossuti* jurisdictionem altam, simul cum Toparchia de *Gottechien*, infrà Aincuriam, idque pro quinque millibus & ducentis florenis. Vide loco citato & cap. XII. ejusdem libri.

CAPUT VIII.

De Dominio & Pago Torembais S. Tron.

HEnricus primus Lotharingiæ inferioris & Brabantiæ Dux. Augens dotem Abbatiæ Villariensis & possessiones omnes confirmans, diplomate dato Geldoniæ anno M. C. LXXXIV. à nobis exhibito lib. II. cap. VIII. recenset inter cætera prædia dicti Monasterij, *Alodium de* THOREMBAIS *quod Sigerus & Godefridus fratres, & eorum soror Ermetrudis, sine ulla diminutione ejusdem alodij, in eleëmosynam contulerunt.*

Ioannes Baptista Gramaye in Præfectura Aincurtensi, THORENBASIUM, inquit, *duplex: alterum à S. Ioanne alterum à Beginis nomen obtinens.*

Hujus Dominium Villariensis Abbatia obtinet, sed veteris Beginasij reliquiæ; sunt anus aliquot ex proventibus Conventus portionem capientes.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia eadem fere scribit, additque: *L'Abbé de Bonnesperance confere la Cure de Thorembais S. Tron. Maistre Iackemont de Thorembais, fut constitué avec Wauthier Berthout, par Godefroy Sire de Perwez executeur de son testament l'an* M. CC. LXIV. *Voyez les preuves du viij. liv. des Trophées de Brabant pag. 229. ou se trouve la Charte.*

Ceterum, *cum legis*, inquit Gramaius loco citato, *Walterum in donatione prædij Velmich in Comitatu Hoyensi*, eleëmosynæ suæ Advocatiam justitiæ Ecclesiasticæ omnino relinquere liberam; sed si pro eleta & contumaci præsumptione comprimenda, secularis quoque potestas fuerit adhibenda, erit legitimus *Aicuriæ* Advocatus interpellandus.

Observa & eleëmosynis seu bonis privatim datis eligi solere Advocatum. Id obiter ex dicto auctore visum notare, dum scribimus de Præfectura Aincurtensi.

CAPUT IX.

De Dominio & Pago Thorenbais les Beggines.

PRæcedenti capite retulimus, quæ de ambobus Thorenbasijs, Gramaius scripsit, in Præfectura Aincurtensi una eademque periodo, ideoque hîc non repetuntur.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet sequentia:

Thorembais les Beggines a retenu le nom des Beggines qui jadis y ont demeurez, entre lesquelles S. *Vde* ou *Ode* vivoit vers l'an 1220. Gramaye dit qu'il y at encor des vestiges de l'ancien Begginage, & que ses revenus se distribuent a des vielles femmes.

L'Abbé de Villers y a cens, rentes, loix & amendes; la haulteur appartient au Roy.

Stupenda sunt quæ de prædicta *Oda* sive *Vda* leguntur apud Arnoldum *de Raisse* in Auctario ad Natales Sanctorum Belgij Ioannis Molani, ad vigessimam Aprilis, quæ hausit ut præfatur ex prima parte Novalis Sanctorum Brabantiæ, & Cæsario cap. trigesimo quinto libri noni historiarum suarum, suntque ista.

In Brabantiæ partibus, in villâ quæ **Thorenbais** nuncupatur, dormitio felicis & religiosæ matronæ ODÆ: quæ præter multas alias virtutes eximias, & spiritalium charismatum dona, etiam insigni fuit sacrosancti Christi Corporis jugiter suscipiendi desiderio incensa: cùm die quadam instanter illud à Curato suo petijsset, repulsam passa est; Pastore asserente fæminis haud-quaquam competere, tam crebrò sacris illis mysterijs, præsertim laïcis, perfrui. Id cum pia matrona graviter ferret, ac pio desiderio magis ac magis æstuaret: Christus summus Sacerdos eam diutius voto suo frustrari noluit. Adfuit igitur noctu, ingenti beatarum mentium multitudine cinctus, cum maximâ suavissimi odoris fragrantiâ; & piæ matronæ Odæ sacrum suum Corpus è pixide, quam secum attulerat, depromtum porrexit; his adjunctis verbis: Ille Sacerdos Corpus meum tibi denegavit, ego verò proprijs te manibus communicabo. Hanc eamdem visionem mulier alia, quæ in eodem jacebat conclavi, evigilans conspexit. Oda verò cùm veluti pietatis ac devotionis prætextu, techam sibi sacro-sanctæ Eucharistæ per Parochum aperiri curasset: Rogavit num sacrarum hostiarum numerum teneret: quem cùm se tenere adfirmasset, inito earumdem numero unam deesse mœstus deprehendit. Verùm Oda narrata totâ rei serie, eum blandè consolata est, monuitque ne deinceps se à communione repelleret. Illa porrò virtutibus ac meritis quàm plurimis onusta, cùm ad finem usque vitæ in eâ suâ conversatione sanctâ perseverasset, feliciter ad Deum migravit. Florebat circa annum Domini millesimum ducentesimum vigesimum.

Idem author eadem profert sed contractius in Hierogazophylacio Belgico pag. 501. & sequenti, addens plurima exempla eorum qui Sacratissimam Christi Eucharistiam, ipsius, seu Angelorum manibus sumserunt.

In actis Sanctorum Ioannis Bolandi & Godefridi Henschenij ad vigesimam Aprilis *S. Vda* sive *Oda* ponitur inter sanctos prætermissos & in alios dies rejectos, quod equidem miramur contigisse, in B. nostrate.

CAPUT X.

De Dominio & Pago Glattignies.

IOannes Bapt. Gramaius loco suprà citato prosequens, *Glattiniacum*, inquit, *quod olim proprium habuisse & distinctum ab Aincurtensi Prætorem invenio, ex indiculo per Pensionarium Lovaniensem mihi communicato.*

Porrò de Dominio hoc, præter illa Gramaij verba nihil aliud hactenus deprehendi, quem Toparcham ignoscat inquirendum utique.



CAPUT XI.

CAPVT XI.



Castellum Opprebais

De Dominio & Pago Opprebais.

RAdulphus vir nobilis eiuſque uxor Giſla, fundantes Aicurienſe Canonicorum Collegium anno M.XXXVI. omnes ſuas poſſeſſiones eidem contulerunt, interque illas *integram Eccleſiam de Opprebais* ut habet diploma Reinardi Leodienſium Epiſcopi à nobis exhibitum capite primo hujus libri. Hunc Radulphum remur eſſe antiquiſſimum *Opprebaſij* ſeu *Opperbaſij* Dominum; ex qua gente fuerit difficile & temerarium foret aſſerere; nam ipſa familiarum cognomina ſunt noſtratibus, eodem ævo quo inſignia gentilitia inchoata, prioribus (Græcorum more) ſimplici appellatione contentis. Quod è chronicis paſſim obſerves, & exinde quam difficilis ſit ſub ijs ſæculis familiarum derivatio.

In diplomate confirmationis prædiorum Monaſterij Villarienſis, factæ ab Henrico I. Lotharingiæ & Brabantiæ Duce, anno M.C.LXXXIV. vulgato ab Auberto Miræo Diplomatum Belgicorum lib.II. cap.LIII. recenſetur quoque Opperbaſium his verbis. *Alodium de* OPPERBAIS, *ſicut illud poſſident liberrimè, ex multorum donatione & mea pariter affirmatione.*

Tabulæ Cortebergenſes à Wenceſlao Brabantiæ & Luxeburgi Duce, eiuſque conjuge Ioanna anno 1372. editæ, ſigillatæ fuere ab Arnoldo de *Opperbais* idque inter Barones & milites Brabantiæ, uti teſtatur prædictus Miræus diplomatum Belg. lib.II. cap.XCVIII.

Sub ijſdem Principibus producit Chriſtophorus Butkens Trophæorum Brabantiæ lib.IV. pag.537. *Iean Sire de Glymes, Opperbais, Felpes, Iean ſon fils, Iacques & Henry de Glymes ſes freres.* Unde colligi datur eorum ævo à Glymæis poſſeſſum Opperbaſij Dominium, de quo Gramaius in Comitatu Walhainenſi ita ſcribit.

Thorenbaſium & Opperbaſium illud ab Archimandrita Bonæ-ſpei apud Hannones, hoc à Capitulo S.Petri Aicurienſis Parœcum accipit. Ab illo eſt *Torbaſioli* nomen & Dominium, olim à Rantzone Gravio anno 1372. poſſeſſum & Balduino filio tranſcriptum, denique ad Valhainios reductum.

Ab illo veteris & inclytæ ſtirpis cognomen latè hoc tractu potentis & notæ.

Et quamvis titulo Domini Opperbaſienſis diverſos & diverſarum familiarum nobiles inveniam inſignitos.

Ut Samsonis de *Lalain* anno 1448. Ioannis de *Tylli* postea, & G. de *Davre* an. 1460. & aliorum, tamen Curiæ feudalis Codex folio 128. exorditur & nominat tantum Ioannem *d'Opperbais* cedentem Roberto de *Sessies* Dominium anno 1486. Cæterum & illo & alijs alijsque cedentibus intra exigui temporis spacium, tandem Antbonius Borbonius eo potitus, Ioanni Glymæo Valbaini Domino vendidit, in cujus hodieque posteris perseverat veteri ornatum arce. Hactenus Gramaius.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs suis de Gallo-Brabantia, commemorat ista.

Le Chateau *d'Opperbais* est de tresancienne structure & a cy-devant esté une fortresse considerable munie de tours & murailles de grande espesseur & de fossez fort profonds, & a fond de cuve & pavez de hault en bas. Les anciens Seigneurs qui l'ont possedé, estoyent issuz de la famille de Walhain, entre lesquels on trouve Guillaume d'Opperbais bienfaicteur de l'Abbaye de Villers, donna ce qui estoit necessaire pour le service divin.

Lors que l'Empereur Charles V. eriga la terre de Walhain en Comté, celle *d'Opperbais* y fut annexée, pour faire valoir la grandeur de ce tiltre.

Guillaume de Walhain dit de Rupemont, espousa Anne de Corbais (issue pareillement de la mison de Walhain) & de leur conjonction vint Isabeau de Walhain dite de Rupemont, laquelle vers l'an 1360. estant Dame *d'Opperbais*, espousa Jean Seigneur de Glymes fils de Jean de *Cordekin* naturel de Jean II. Duc de Brabant, & depuis ce temps, la terre d'Opperbais est tousiours demurée en leur posterité, jusques à la septiesme generation, que Mencie de Berges ou de Glymes espousa Jean de Merode, dont Margarite leur fille Marquise de Berges, Comtesse de Walhain, Baronne de Perwez &c. espousa Jean de Witthem Seigneur de Beersel, qui ne laissant que trois filles, Ernestine une d'icelles, espousa Glaude François de *Cusance* Baron de *Belvior*, & eurent plusieurs enfants, entre autres Beatrice de *Cusance*, laquelle espousa le Prince Comte de *Cantecroy* de la maison *d'Oyselet* & en secondes nopces Charles Duc de Lorraine. Marie Henriette de *Cusance* Baronne de Perwez Dame de Glymes & *Opprebais* &c. espousa N. Marquis de *Waranbon*, & en 2. nopces Charles Eugene Prince *d'Arenbergh* a present Duc d'Arschot & d'Arenbergh Seigneur desdits lieux & plusieurs autres.

Il ne faut passer souz silence, Claire Françoise de *Cusance* Religieuse de l'Ordre de la Visitation Saincte Marie Fondatrice du Convent de Champlite: née le 9. Septembre l'an 1621. morte le 9. d'Avril l'an 1640. en opinion de Sainctetė, elle estoit sœur de Beatrice & Henriette susdites.

Je doute cependant si cette suite des Seigneurs *d'Opperbais* est veritable, & si cette terre n'a pas esté partagée, ou eu d'autres Seigneurs, a raison que Samson de *Lalain*, Jean de *Tilly* & G. de *Daure* se trouvent qualifiez Seigneurs *d'Opperbais* selon Gramaye; si les Registres de la Cour Feodale de Brabant, d'ou elle releve, estoyent plus distinctement escrits, l'on sortiroit facilement de ce labarynte, j'ay suivi des vieux escrits de l'archive de Walhain. L'an 1396. Daniel *d'Opprebais* estoit Doyen du Chapitre d'Incourt.

CAPUT XII.

De Dominio & Pago Thorenbisoul.

GRamaius scribens de Thorenbasio & Opprebasio, subjungit, *ab illo*, scilicet Thorenbasio, *Torbasioli nomen & Dominium, olim à Razone Gravio an.* 1372. *possessum & Balduino filio transcriptum, denique ad Valbainios reductum.* Notatur ad marginem *Tourbisoul.*

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia de loco hoc, ita fatur.

Torenbisoul est un diminutif de *Thorenbais* & la Seigneurie at jadis appartenu à Baulduin de *Maleve* & aux enfants de Begue de Thorenbisoul.

L'an 1372. Raze de Grez ou Grave la ceda à Baulduin son fils, & depuis entra dans la famille de Walhain.

L'an 1440. Libert de *Meldrache* ou *Medrage* estoit Seigneur de Thorebisoul dont la haute Justice appartenoit ou Duc.

CAPUT XIII.

De Dominio & Pago Orbais.

ORBASIENSE Dominium, antiquioribus Gallo-brabantiæ annumerandum; nihil equidem de illo comperio in Gallo-Brabantia Gramaij, præter pauca illa verba quæ retulimus libro tertio in *Villeroux*, ubi scribit, quod *Orbasius Toparcha, Salmensis Comes aliique aliquot suas cum senatu curias solent habere.*

Andreas *du Chesne* in Probationibus ad lib. VI. historiæ domus de *Coucy* & de *Guines*, pag. 332. refert ex Chronicis & Genealogijs Balduini Avenensis, verba ista:

Dicto

Dicto de his qui processerunt ab Arnulpho filio Balduini Richildis filij, dicendum est de his qui processerunt ex tribus filiabus ejusdem Balduini filij Richildis: quarum primogenita nupsit Domino Thomæ de Marla, cui peperit unam filiam *Ydam* nomine, quæ nupsit Domino *Alardo de Chismai* cognomine *Poliere*, uni ex Paribus Comitatus Montensis, & peperit ei unum filium *Egidium* nomine patri succedentem. Quo quidem Alardo mortuo, dicta Yda nupsit nobili viro *Bernardo de Orbaco.*

Idem Andreas *du Chesne* lib. VI. hist. domus de Coucy. cap. III. pag. 204. habet sequentia:

Yde de Coucy, se remaria avec *Bernard d'Orbais*, qui la rendit mere d'un autre fils appellé *Enguerran*. Jacques de Guise, ou son traducteur, s'est abusé disant que ce fut *Yde de Hainaut* mere de celle-cy, qui demeurée veuve de *Thomas de Marle* son espoux reprist une deuxiesme alliance avec *Alard de Cimay*, puis une troisiesme avec *Bernard d'Orbais*, mal nommé *Huart* en la traduction; car Alberic & Baudoüin d'Avennes plus anciens que luy enseignent le contraire. *Hæc ibi.*

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs Gallo-Brabantiæ, de Orbasij Toparchis tradit sequentia:

Selon la croyance du Sr. Butkens livre 8. de ses Trophées de Brabant, Guillaume de Louvain Seigneur de Perwez, fils du Ducq Godefroid III. avoit vers l'an 1200. espousé Aleide fille d'Enguerand *d'Orbais*, fils de Bernard Sire *d'Orbais* & d'Ide de *Coucy*, qui apporta la terre *d'Orbais* en la maison de Perwez.

De ce mariage est sorty entre autres Enguerand Sire *d'Orbais* & de *Dongelberghe* allié à Agnes fille de Gerard Sire de Grimberghe.

Le mesme Autheur trouve soub les regnes des Ducqs Godefroid 1. & 2. Bernard Sire d'Orbais, & soub le 3. Enguerand d'Orbais qui l'an 1179. signa le traitté de mariage d'Henry fils du Ducq Godefroid & de Machtilde fille de Philippe Comte de Flandre.

Jacques Sire d'Orbais avec Arnulphe de Diest l'an 1205. signent la Donation de deux lastes de harengs que le Ducq Henry I. fit à l'Abbaye de Villers.

Ide fille du Comte de Haynau, ayant en premieres nopces espousé Thomas Seigneur de Marle & de Coucy, & en secondes Alard Seigneur de Chymay, s'allia en troisiesmes à Bernard ou Huart d'Orbais (selon de Guise) dont elle eut un fils qui fut appellé Enguerand. D'ou l'on peut colliger, que cette famille d'Orbais at autresfois esté une des plus nobles & illustres de ce Pays, si l'on considere ses hautes alliances.

Es années 1366. & 1373. Iean d'Aa Chlr. estoit Seigneur d'Orbais & de Bouignes. Et l'an 1437. Catharine de Moriansart Dame d'Orbais & de Limale, avoit espousé Costin de Grimberghe Seigneur d'Aa & de Hoogensteyn. Voyez *Prælium Woeringanum*, pag. 115. & seq.

Butkens trouve soub la Duchesse Ienne, Guillaume de Bautersem Seigneur d'Orbais, fils au Seigneur de Berges & Arnould d'Orbais, mais je n'en ay peu tirer autre cognoissance.

Cette Terre a depuis esté possedée en partie, par les Seigneurs de Maleve, que je deduit ailleurs.

Hæc Scriptor ille, quibus addenda remur subjuncta, desumpta ex primario Codice Feudorum Romanduæ, proindeque indubitata; utinam id ubique præstare licuisset.

Extraict du Chef Registre reposant en la Souveraine Cour Feodale de Brabant, au Quartier du Roman-Pays, ou soubs la Capitulation d'Orbais, entre autre se trouve ce que s'ensuit.

ENgelbert de Jodoigne le x. jour d'Octobre l'an xiiij.c iiij.xx ij. par le trespas de feüe Damoiselle Isabeau de le Berghe sa mere souscrite.

Damoiselle Isabeal de le Berghe, avec Ernout de Jodogne son mary & mambour le 14. jour d'Aoust l'an 1443. par le trespas de feüe Damoiselle Catharine de Moriasart sa mere.

Damoiselle Catharine sa fille.

Messire Ernout de Moriasart.

Thiry d'Orbais, tient la Terre & Seigneurie d'Orbais, avec toutes ses appertenances; Asçavoir &c.

Infrà scriptum erat, *Collata concordat cum supradicto Registro*; *Quod attestor* I. MICHIELS.

CAPUT XIV.

De Dominio & Pago VVastine.

EX *Orbasij* fontibus oritur rivus, qui *Maleviam*, fanumque *Mariæ* præterlabens, medius *Wastinæ* agrum interfluit: Indeque per *Opprebasium*, & *Dongelbergam* delatus Geldoniam, in Getham fluvium se exonerat. Ad hujus rivi sinistram ripam, medio itinere, Orbasium inter & Geldoniam, situs est pagus *Wastine*, quem longo tempore ab hodiernis Geldoniæ Vicecomitibus, aut veteri nomine, Burghgravijs, possessum lego.

Est & in Gallo-Flandria prope *Orchiacum* WASTINE, insignem munitamque turribus habens arcem, quondamque floruit ea gens nobilitate, quam Wastiniam ab ea vocavêre. Ex hac in curiali templo Wastiniensi tumulum habent Colradus, & Alardus Equites torquati, & Wastinæ reguli, quorum hic anno Domini 1424. vitam finijt. Quod obiter notare volui, ne propter identitatem nominis, toparchiæ earumque Domini confundantur. Jurisprudentia Heroica Articulo VII. pag.352. memorat ex stirpe Glymæa Iacobum Vicecomitem Geldoniæ & *de la Wastine*. Sed apud Aubertum Miræum qui omnes Vicecomitatus recenset in Not. Eccl. Belgij cap. CC. XI. nulla *Wastinæ* mentio fit.

CAPUT XV.

De Dominio & Pago Longueville.

EPhemerides seu adversaria in quibus scriptæ res gestæ, Cameræ rationum Ducatus Brabantiæ, de Dominijs & Toparchijs pigneratis, repigneratisque ac venditis, *Longevillam* memorant, abalienatam à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege, decima tertia Ianuarij, anni millesimi sexcentesimi quadragesimi quarti, transcriptamque Domino de *Hemskercke*, cum Toparchia *Jincourt*, verba dedimus capite primo hujus libri, eoque illuc lectorem remittimus. Præfatarum ephemeridum, penes me habeo exemplaria authentica, non solum rerum Brabanticarum verum etiam Limburgicarum & Ditionis Ultramosanæ, quibus passim in Notitia Marchionatus S. R. I. usus, utorque hoc in opere.

CAPUT XVI.

De Dominio & Pago Glymes.

G*Lymeæ* inclytæ & illustris apud nostrates familiæ cognomen, origo, & peculium.

Cujus vetustatem arguit diploma Aiuriense, ubi ante annos 500. & amplius eius memoria.

Perseverat Dominium, licet aliquoties & longo tempore in alias stirpes translatum, in veteri nomine. Cæterum licet latè per Brabantiam nomen illud & amplis titulis vagetur, non tamen existimandum omnes primævæ stirpis posteros, cum certum sit Ducem Ioannem uni ex naturalibus suis, (nescio qualiter, acquisitum) Dominium de Glymes assignasse, quod nomini induerunt. Hactenus Gramaius in Geldonia pag.8.

Ioannes *Bloudeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia tradit sequentia.

La terre & Seigneurie de Glimes à donné le nom à l'illustre famille de Glimes, dont sont issuz les viscomtes de Judogne & Comtes de Glymes & de Hollebocke &c. le Barons de Florines, Ralant &c.

Cette terre ayant esté confisquée fut donné par le Duc à son fils naturel, dont les descendants en ont long temps porté le nom & le portent encor.

Les anciens denombrements disent, que Iean de Glimes y avoit cens & rentes, loy & amendes, & qu'il y avoit la hauter par letteres du Duc &c.

In *Prœlio Woeringano* pag.142. leguntur ista.

Ioanna de Bautershem, Domina de Berges, Grimberges &c. nupsit Ioanni Domino de Glymes Drossardo Brabantiæ &c. hujus posteri, assumpto cognomine de Berges, armisque de Bautershem, dextero angulo scuti, inseruerunt arma Brabantica, leonem scilicet aureum in fundo nigro, sic satis testatam arbitrati, extractionem suam naturalem à Ioanne III. Lotharingiæ Brabantiæ & Limburgi Duce. *Hæc ibi.*

Pontus Heuterus Rerum Burgundicarum libro sexto pag.254. editionis Lovaniensis anni 1642. repræsentat genealogiam Marchionum Bergarum ad Zomam gentisque de Glymes.

Et Christophorus Butkens ad finem libri noni Trophæorum Brabantiæ, qui scriptor Trophæorum Brab. lib.IV. pag.370. recenset Ioannem de Cordeken Dominum de Glymes inter filios naturales Ioannis II. asseritque à quibusdam per errorem scriptum Ioannis III. filium, stabilitque opinionem suam, hoc potissimum argumento, quod exhibet ad Probationes lib.IV. pag.147. cujus verba sunt ista.

Hæc sunt nomina hominum feudalium seu fidelium Ioannis Dei gratia Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Ducis, *post obitum inclytæ memoriæ* Ioannis Ducis *patris sui, qui obijt in vigilia SS. Simonis & Iudæ, anno* M.CCC.II. *& sepultus est in Ecclesia Collegiata*



Ex gente Glijmæa de Berges, quinque fuisse aurei velleris Equites, docent archiva domus; elenchi comitiorum Equitum Ordinis, ac compluria eorum arma uti hic expressa, loco non uno in Brabantia visenda.

Collegiata S. Gudulæ Bruxellensis &c. Registrata per Guiellemum de Casleto Clericum ipsius Ducis, fol. LXXIII. *verso.*

Ioannem Cordeken miles frater naturalis Ducis, *domum, Dominium, villam, homagia de Glymes cum* VI. *bon. terræ.*

Cæterum, à præfato Christophoro Butkens ad prob. lib. IV. Troph. Brab. pag. 146. producuntur etiam literæ legitimationis prædicti Ioannis Domini de Glymes, factæ ab Imperatore Ludovico Bavaro, quarum initium tale.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, *nobili viro Ioanni Gortygin Domino in Glymes*, suo & Imperij fideli dilecto &c. datum Franchenfurt XXVII. die mensis Augusti anno Domini M.CCC.XLIV.

Extraict hors du Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale Brabant ou soubs la Capitulation de Glymes folio cxxiij. recto que se trouve ce que s'ensuit.

DAmoiselle Marie Elisabeth Marquise de Berghes sur le Zoom Comtesse de Berch & de Walhain &c. le xxx. de Decembre 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de Witthem sa Mere Marquise & Comtesse des dits lieux soubsescripte.

Damoiselle Marie Mencie de Wittham feudataire mortuaire *cum suis* ix. Martij 1588. par le trespas de Dame Margarite de Merode leur Mere.

Damoiselle Marguerite de Merode iiij. May xv.^c lxxvij. par le trespas de feu Messire Iehan Marquis de Berges &c. son oncle soubsescript.

Messire Iehan Marquis de Berghes ultima Decembris xv.^c lxij. & x. May xv^c. lxiij.

Loys de Berghes le xviij. d'Octobre l'an xv.^c lx. par transport a luy fait par Messire Robert son frere soubsescript.

Messire Robert de Berghes xiij. May anno xv.^c lj. par le trespas de feu Messire Anthoine de Berghes son Pere soubsescript.

Messire Anthoine Seigneur de Berghes le iij. jour d'Aoust l'an xv.^c xxxij. par le trespas de Messire Iehan de Berges son Pere.

Messire Iehan Seigneur de Berghes sur le Zoom Chlr. &c. le vj. jour d'Aoust l'an xiiij.^c iij.^xx xv. par le trespas de feu Messire Iehan Seigneur de Bergues son Pere.

Iehan de Glymes moindre d'age l'an xiiij.^c xxix. par le trespas de feu Messire Iehan de Glymes Chlr. Seigneur de Bergues sur le Zoom.

Messire Iehan de Glymes son fils.

Messire Iehan de Glymes son fils.

Messire Iehan de Glymes tient la ville, maison & Seigneurie de Glymes, avecq les cens & toutes autres ses appartenances avecq aussy six bonniers de terre gisans sur le chemin qui vat de Glymes a Incourt joindant d'un costé aux terres de Vileir & d'aultre costé aux audites terres de Vilez.

CAPUT XVII.

De Dominio, Baronatu & Municipio Perwez.

PEtrus Divæus diligens rerum Brabanticarum scriptor lib. I. cap. VI. Clara, inquit, priscis temporibus erat inter Romanduos Paruetanorum Baronum nobilitas, Guilielmus Godefrido III. Duci ex Imagina filia Comitis Lossensis genitus, huic initium dedit. Godefridus filius Guilielmi obijt anno 1257. Godefridus II. anno 1265. Hinc ad Hornanam gentem Baronatum hunc pervenisse lego, incertum quo jure. Gerardus Dominus Hornæ & Parueti floruit circa annum 1316. Theodericus Hornanus circa annum 1360. Henricus Theoderici filius vir fortissimus, in prœlio Montenacensi cecidit anno 1408. Hinc Ioannes Hornanus, pater Henrici, Aleidis, Elisabethæ, Mariæ, Paruetum possedit. Ex his Henricus liberos non reliquit, prœlio Guinegattensi interemtus anno 1479. Elisabeth Ioanni Rosselariensi Baroni, (quem ad has nuptias transeuntem, Baronatui suo cessisse suprà cap. IV. retuli) nupta Paruetum obtinuit; Aleidis Ioanni à Meroda; Maria Jacobo Bavio Domino Gosuinicuriæ, nupsêre. Hinc evenit, ut exstinctâ tam Elisabethæ, quàm Mariæ Sobole, Merodensis familia, Paruetano Baronatu potiretur, interim tamen ex posteritate Elisabethæ Barones Paruetanos reperio Ioannem Rosselariensem filiumque eius Henricum. Hactenus Divæus.

Gramaius in Præfectura Aincurtensi descibit Dynastiam hanc his verbis.

Parwisium nobilissimum totius Brabantiæ Gallicantis municipium hujus loci est. Si antiquitatem æstimes Perviciacum Antonini esse putatur; si jurisdictionem, ea gavisi sunt triplici, omnes ab omni ævo Toparchæ si amplitudinem, complectitur *Rosaria* duo (nomina pagorum sunt) à Divis Maria & Simphoriano nominata, illud à Walciodorensi, hoc à Capitulo Evangelistæ Ioannis Pastorem accipiens. Si situm, is est in Brabantiæ & Namurci finibus, loco Germanis, Leodijsque mercatoribus oportuno. Si privilegia, præter nundinas annuas & septimanales aliaque oppidi jura, potest Dominus malefactores suos, suâ sententiâ toto Brabantiæ Ducatu excludere. Si incolarum numerum, fuit is ante has turbas ingens, ita ut ultra duo ædium millia intelligam his trinis vicibus, quibus cladem sensit ingentem hæc ditio, exusta eversave. Si Dominos ii fuerunt ex illustribus, si qui sint toto Ducatu, prima stirps fuit Ducalis. Godefridus enim III. Lotharingiæ Dux cognomini filio Parwetum cum alijs pluribus transcripsit; cujus Posteri Villarij, Argentonæ, Rameyæ Cœnobiorum dotatores eximij fuerunt. Superioris abnepos Gerardus vixit anno 1257. & ferè eodem tempore Oda Comitissa Vianensis Domina de Perwez inscribitur anno 1265. Et interjecto fere sæculo Simon de Mirabele D. de Perwey anno 1359. Sed enim nolo fucum facere & persuadere aut mihi aut lectori hos nostri Parwisij Dominos fuisse, cum alium ejusdem nominis pagum in Campinia noscam. Hoc certum Elisabetham Theodorici Cliviæ filiam Baroni Parwesiano enuptam filium post se hæredem reliquisse, anno 1290. Denique Ermengardem de Cleve ratione Parwisij beneficium professam, & paulò pòst Theodoricum Hornanum, (signat anno 1355. diplom. Joannis Ducis) qui ipse in Comitatum Clivensem aliquod jus arrogavit. Unde manifestum per Clivenses in Hornanam stirpem venisse Parwisium. In qua perseveravit, donec Isabella Ioanni Rotselario Baroni dotale attulit: Denique cum Rotselarij hæredes defecissent, Ioannes de Merode ab Aleyde sorore Isabellæ descendens, successit, & à Merodijs ad Wittemios, ab his ad Tsherenbergicos itum.

Ut aliàs dixi Res sacra hic loci commissa est Helechemensi Abbæ. Hactenus Gramaius loco citato; sed nequis diligentiam nostram desideret, dabimus etiam quæ de Parwisio habentur in Jurisprudentia Heroica Art. VII. pag. 288. & seq. Licet pleraque suppresso nomine auctorum ex Divæo & Gramaio desumpta.

PARWISIUM Gallis *Parweys* nobilissimum totius Brabantiæ Gallicantis municipium, medio ferè inter Gemblacum & Geldoniam itinere pari duarum leucarum intervallo ab utroque oppido dissidet. Estque antiquus valde & latè patenti ditione Baronatus. Adeo ut si antiquitatem spectes, Parviciacum Antonini esse putetur. Si jurisdictionem, ea gavisi sunt triplici omnes ab omni ævo Toparchæ. Si amplitudinem, complectitur Rosaria duo (nomina pagorum sunt, à Divis Maria & Simphoriano nominata) illud à Walciodorensi, hoc à Capitulo Evangelistæ Joannis Pastorem accipiens. Si situm is est in Brabantiæ & Namurci finibus, loco Germanis Leodiisque mercatoribus opportuno. Si prævilegia, præter nundinas annuas & septimanales, aliaque oppidi jura, potest Dominus malefactores suos sua sententia toto Brabantiæ Ducatu excludere. Si incolarum numerum, fuit is ante has turbas ingens, ita ut ultra duo ædium millia intelligam his tribus vicibus, quibus cladem sensit ingentem hæc ditio, exusta eversave. Si Dominos, ii fuerunt ex illustribus, si qui sint toto Ducatu. Prima stirps fuit Ducalis: Godefridus enim III. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, filio suo ex Imagina de Los, Wilhelmo à Lovanio, Parwisium, Ruysbroukam cum alijs pluribus portionis hereditariæ loco transcripsit. Cujus posteri Villarij, Argentonæ, Rameyæ, Cœnobiorum dotatores eximij fuerunt. Wilhelmus qui huic stirpi de Perweys initium dedit, & dotavit cum fratre Henrico I. Brabantiæ Duce anno 1201. Cœnobium Bruxellense S. Jacobi in Frigido monte, Miræus in Not. Eccl. Belg. cap. 183. ex Aleide d'Orbais habuit Godefridum Dominum de Perweys, Grimberge, Ninhove, Rumst, Ledeberge &c. obijt anno 1257. uxor ei fuit Alicia Domina de Grimberge; genuit ipse Wilhelmum II. dictum Gerardum de Perweys Dominum de Grimberge, defunctum sine liberis anno 1259. eique successit frater ejus Godefridus, qui obijt anno 1264. huic uxor erat Felicitas de Traynel & ex illa liberi Henricus & Aleydis de Perweys, ille obijt improles anno 1274. & illa sine prole jam obierat anno 1296. Hinc ad Cliviensem gentem Baronatum hunc pervenisse lego, incertum quo jure.

Elisabetha Theodorici VII. Cliviæ Comitis, filia Baroni Perwisiano anno 1290. enupta, filium post se heredem reliquit. Deinde Ermengardis de Cleve ratione Parwisij beneficium professa. Et paulò pòst avunculo successit Theodoricus Hornanus Wilhelmi & Elisabethæ Cliviæ filius, qui ipsi in Comitatum Cliviensem aliquod jus arrogavit. Unde verosimile per Clivienses in Hornanam stirpem venisse Parwisium. Hic Theodoricus Hornanus ut Dominus de Perweys & Duffle, signavit anno 1372. tabulas Cortebergenses. Miræus lib.2. Dipl. cap. 98. obijtque 1306. (*sed hic necessariò est error in anno obitus siquidem signavit tabulas an.* 1372.) ex Catharina de Berthout Domina de Duffle, Gele &c. Procreavit Henricum virum fortissimum, occisum anno 1408. in prœlio Montenacensi, qui duxerat Margaretam de Rochefort, hinc Joannes junctus anno 1420. Machtildi de Ryfercheyt, defunctus anno 1448. Pater Henrici Isabellæ & Aleydis. Ex his Henricus sine prole obijt anno 1483. Isabella Ioanni Rotselario Baroni nupta ei Parwisium post mortem Henrici attulit. Denique cum Rotselario heredes defecissent, Merodij (à præfata sorore Isabellæ, Aleyde nupta anno 1451. Ioanni de Merode de Petershem) descendentes, successerunt. Et à Merodijs ad Witthemios devoluta est hereditas Baronatus de Perweys. Richardus enim de *Merode* Ioannis & Aleydis de *Hornes* filius, pater erat Henrici Comitis de *Oelen* &c. cui ex Francisca Brederodia filius Joannes Comes de *Oelen*, Baro de *Merode*, *Petershem*, *Westerlo*, *Duffle*, *Leefdael*, *Perweys*, Dominus de *Gele*, *Westerlo* & *Yselmonde*. Hic ex primis nuptijs cum Mancia de Berges Marchionissa Bergizomensi, habuit filiam unicam Margaretam Merodiam Marchio-

nissam

Tumba visenda Ghelæ, Joannis Baronis de Merode et Perwez etc: vxorisq eius Annæ de Gistelles obiit ille Anno M.D.L. illa M.D.XXXIII.






D.O.M.S.
Inclyto Baroni D
de Merode. Perwez
Duffel. Leefdale. de
Westerloo Domino
1. Merode.
2. Ghistelles
3 Luxembourgh
4. Gruythuse.
5 Berbanson.
6. Robais
7 Luxembourgh.
Ou straffe Merode.
pag. 218

niſſam Bergizomenſem, Gelæ & Parweſij Dominam, elocatam Joanni de Witthem Baroni de Beerſele, Bauterſem &c. Hinc Erneſtina de Witthem Vicecomes de *Sebourg*, juncta D. Claudio Franciſco de *Cuſance* Baroni de *Belvoir*, cujus filia Maria Henrica de *Vergij* & de *Cuſance*, Comes Champlitriæ ſeu Chanitriæ, Illuſtriſſimo Principi Arenbergico elocata Baronatu potitur. *Hæc ibi.*

Cæterum, Chriſtophorus *Butkens* Trophæorum Brabantiæ libro octavo fuſè & accuratè ſcribit de priſtinis *Perwezij* Dominis è domo Brabantica, eorumque & gentium conſanguinearum genealogijs. Quæ omnia longum eſſet tranſcribere, locum indicaſſe ſuffecerit lectori non ſatiato. Idem auctor in Probationibus prædicti lib. 8. exhibet epitaphium Ingelrami de *Perweys* quod extat in Abbatia Vallis Dei Ordinis Ciſtercienſis in agro Limburgenſi, eſtque tale:

Chi jeſt Meſſire Engerans de Perweys ki fu Gentilhomme, il treſpaſſa l'an M. CC. XLVIII.

Sur la tombe ſont gravées ſes armes, comme auſſi elles ſont depeintes en une feneſtre joincte à ladicte ſepulture, à ſçavoir, de guelles à une faſce d'argent & lambel d'or à cincq pendants au chef.

Nec omittendum Itinerarium quod Antonini Pij nomine circumfertur, in quo itinera per Belgicam deſcribuntur, meminitque *Perviciaci*, & quantum à *Caſtello* (CASSEL) diſtet indicat, quod animadvertens Petrus Divæus in libello quem ſcripſit de Galliæ Belgicæ antiquitatibus & ſtatu ejus ſub Romanorum Imperio, *Si vera ſit*, inquit, *itineris ratio, hic locus incidit in vicum Gallo-Brabantiæ nomine* PERWEZ.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia de Baronatu Perwetano, ita loquitur:

Perwez en Brabant (car il y en a des autres en *Hainaut*, & dans le *Condroz*) conſiſte en Baronnie, compoſée de la bourgade de *Perwez*, & des Villages de *Roſiere la grande*, *Roſiere la petite*, de *Hottemont*, & de la moitie du Village *d'Orbaix*, dont l'autre moitie appartient au Seigneur de *Maleve*.

CAPUT XVIII.

De Dominio & Pago Hottemont.

H*ottemont* locus antiquus & Romanorum militum tumulis inclytus, pagus eſt ad ſiniſteram *Mabainæ* ripam ſitus, qui amnis alioquin exiguus, menſe Iunio anni 1692. diuturnis imbribus exundans, aquas ſuas in vicinos agros emiſit, atque impedimento fuit quominus fœderatorum exercitus, Namurcum Francorum obſidione liberare potuerit.

Cæterum, *Hottemont*, Perwetani Baronatus membrum, uti patuit capite præcedenti.

CAPVT XIX.

De Dominio & Pago Roſiere la Grande.

IOannes Bapt. Gramaius, exprimens amplitudinem Perwetani Baronatus; *Complectitur*, inquit, ROSARIA *duo (nomina pagorum ſunt) à Divis Mariæ & Symphoriano nominata, illud à Walciodorenſi, hoc à Capitulo Evangeliſtæ Ioannis Paſtorem accipiens.* Idemque Scriptor in Præfectura Bovinenſi, Comitatus Namurcenſis, ſectione ſecunda, ſcribens de Monaſterio Walciodorenſi, quo loco, ait, hæc Abbatia omnibus habenda ſit, ſciet qui omnia quæ laudem merentur in ea æſtimaverit. Dominium ſeculare habet Walciodori & locis adjacentibus, Anthinæ in Condruſio, Heidræ in Arduenna, *Roſarij* in Brabantia, Banni Haſterienſis in Tiraſcia. *hæc ibi.*

CAPUT XX.

De Dominio & Pago Roſiere la Petite.

R*oſarium Parvum* vel Sancti Symphoriani, promiſcuè enim ſcriptum legimus, pagus inter *Roſarium Magnum*, ſeu *S. Mariæ*, & *Torembaſium* Begginarum ſitus, haud procul à ſiniſtra *Mabainæ* ripa: accenſetur Baronatui Perwetano, ejuſque ab omni memoria membrum fuit. Scribit Gramaius à Capitulo Evangeliſtæ Ioannis Paſtorem accipere, ſed devinandum quodnam intendat, cum plura ejus nominis ſint, ſed ſuſpicor deſignari Eccleſiam S. Ioannis Leodienſis.

CAPUT XXI.

De Dominio, Baronatu & Pago Longchamp.

IOannes Bapt. Gramajus describens antiquitates Comitatus Namurcensis libris septem comprehensas, pro ratione totidem Præfecturarum in eo, in Præfectura Fexensi sectione secunda, ait, *Mehania* vicus ad confluentiam situs, ubi aliquot auctus rivulis Mehania famam accipit. Hujus Advocatos olim *Iuppilienses*, denique Ægidium de *Foul* reperio extitisse anno 1368. tandem Claudium *Argentealensem* matris Fouliæ hæredem jus ad posteros cognomines transmittere anno 1525. &c. & paulò pôst, scribit, Mehaniæ appendet Mehaniolum & *Longus-Campus*. Is, locus est de quo nunc dicturi sumus, quemque deprehendimus recenseri inter terras liberas (quarum elenchum dedimus lib. II. cap. XL.) & feudali nexu dependere à Baronatu Bierbecano, saltem pro parte, uti mox ex Regestis Bierbecanis demonstrabitur, dum præmiserim ea, quæ de illo leguntur in Jurisprudentia Heroica, quæ prodit ista:

LONGUS-CAMPUS, vulgò *Longchamps*, Equestris cognomentum familiæ, splendidoque Prætorio spectabilis, immunitate & privilegijs gaudet amplissimis. Theobaldus d'Ilesies Dominus de Longchamps recensetur inter nobiles Brabantiæ in Trophæis Brab. fol. 382. inter quos etiam fol. 459. videtur Wernerus de Daulez, Dominus de Longchamps, cujus filia & heres, hanc dynastiam Henrico de Dongelberge, Ioannis dicti Meeuwe, Ioannis I. Brabantiæ Ducis nothi filio, dotalem attulit, in cujus posteritate mascula longo tempore permansit, donec Anna, Rasonis (qui obijt anno 1512.) filia, illam marito suo Theodorico de Bonant Domino de Limaugiere, attulit. Successit filia Anna de Bonant Domina de Longchamps Wilhelmo de Gulpen elocata. Hinc Guilielmus de Gulpen Dominus de Longchamps, junctus Adrianæ de Hemptine, Dominæ de Waignée & Henripont, dein inter duas ejus filias Mariam & Anthoniam Dominium hoc prævià lite partitum. Maria duxit Carolum de la Hamaide Dominum de Serain, qui portionem suam Ioanni Baptistæ Maes in Suprema Brabantiæ Curia Senatori vendidit. Quam dein Philippus de Herselles Summus Brabantiæ Senescallus, ductâ hujus filiâ Barbarâ Maes anno 1645. cessit Isabellæ vanden Broeck. Antonia verò de Gulpen alteram portionem in dotem attulit Francisco de COWAREM Comiti de Niel, atque exinde ad præfatum Huberrum devenit: qui ductâ anno 1645. præfatâ Isabellâ vanden Brouck, Dominium hoc reunitum & in solidum acquisivit, idque in ejus gratiam anno 1652. in Baronatum erectum est.

Extract vanden denombremente vande Heerelijckheyt van Longchamp mette successive Mannen die de selve Heerelijckheyt verheven hebben respectivelijck getrocken uyt het Leen-register van Bierbeeck dependerende vanden Leenhove van Aerschot ten selven Regystre uyt-gedruckt fol. 129. 130. 131. 132. 133. ende 134.

ITem Heer Ian van Dongelbert Ridder Heere van Longchamp, Man vanden Slote, ende Landen van Longchamp metter hooge middel ende leege Heerelijckheyt aldaer met alle andere sijne toebehoorten in winnende landen bosschen, bempden, wateren, chysen, renten, ende Mannen van Leene te weten van ontrent vierendertich boinderen lants ten aerde, vierthien boinderen bosch, acht boinderen waters, thien boinderen bempden, oft daer ontrent, daer toe behoorende tusschen de vyftich, ende sestich guldenen chys, met sesthien Mannen van Leenen daer toe behoorende.

Ende dit Leen is schuldich voor sijn relief 't beste peert, ende 't vol harnas vanden Heer.

Op den 16. Jannuarij anno 1502. heeft Joncker Raes van Longchamp, naer doode Heeren Ians sijns Vaders, te Leene verheven de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den selven dach maent ende jaere heeft Jouff. Maria van Longchamp, naer doode Heer Ians Haers Vaders, verheven allen haer recht ende actie inde Heerelijckheyt van Longchamp.

Op den selven dach maent ende jaere heeft Joncker Raes van Longchamp, verheven het deel van de voorsz. Jouff. Maria van Longchamp,

Op den selven dach maent ende jaere voorsz. heeft Heer Dierick van Bonant Ridder Meyer te Naemen, Heere van Limaugere, inden naem ende tot behoef van Vrouwe Annen van Longchamp, dochtere Joncker Raes, te Leene verheven, naer doode van Jouff. Maria van Lonchamp, alsulcken recht ende actie uytte goederen ende Heerelijckheyt van Lonchamp op haer verstorven by doode vande voorsz. Jouff. Maria van Longchamp.

Op den selven dach maent ende jaere voorsz. heeft den voorsz. Heer Dierick van Bonant, als Man ende momboir, van Vrouwe Annen van Longchamp, te Leene verheven de erffelijckheyt vande geheele goederen van Longchamp.

Op

Op den selven dach maent ende jaere als boven heeft Joncker Raes van Dongelberch, te Leene verheven, de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den 22. Jannuarij anno 1502. heeft Jonker Ian van Spontin Schilt-cnape, sone wylen Heeren Robrechts van Spontin Riddere, ende wylen Vrouwe Maria van Longchamp, naer doode wylen Heer Jans van Longchamp, Vader der voorsz. Vrouwe Maria wylen van Longchamp, ende oude Vader des voorsz Ians, te leene verheven de Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den 29. Augusti anno 1504. heeft den voorsz. Heer Ian van Spontin, getransporteert de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, ten behoeve van Heer Dierick van Bonant Ridder, ende Vrouwen Annen van Dongelbert.

Op den 17. Meert anno 1509. heeft Meester Claes de Mose den eedt vernieuwt, naer doode Ioncker Raes van Longchamp, voor Iouff. Franchoyse Dongelberge Vrouwe was wylen den voorsz. Ioncker Raes, over de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen, van Longchamp.

Op den 22. Decemb. anno 1519. heeft Ioncker Philips van Bonant, naer doode Heer Dierick van Bonant sijnen Vader, te Leene verheven allen het recht hem verstorven by doode des selfs sijns Vaders, inde Heerelijckheyt ende gooderen van Longchamp.

Op den 12. Meert anno 1528. heeft den edelen Heere Heer Willem van Arckenteel, Riddere Heere van Essenеux, als man, ende momboir van Vrouwe Magdalena van Dongelbert, te leene verheven de hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den 12. Iulij anno 1530. heeft Ioncker Willem van Gulpen, als man ende momboir van Iouff. Annen van Bonant, naer doode Heer Dierick van Bonant, te Leene verheven allen het recht het gene de selve Anna van Bonant heeft vercregen, by doode vanden voorsz. Dierick van Bonant, inde voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den iersten dach Iunij anno 1549. heeft Iouff. Anna van Bonant, ten overstaen van Ioncker Willem van Gulpen haeren wettigen man, getransporteert de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp ten behoeve van Ioncker Willem van Gulpen den iongen, sone Ioncker Willems ende Anna van Bonant.

Op den 16. Augusti anno 1569. heeft Meester Iooris van Huglize, Greffier vanden Raede in't Graefschap van Naemen, als procuratie hebbende van Ioncker Gilis van Seuxeilles, Borgh-grave Daubelen, Heere van Fonteines, Mennelize, ende Philips van Croyen Heere van Synphorien, als testamentelijcke momboirs, vande onbejaerde kinderen, wylen Ioncker Willem van Gulpen, ende Iouff. Adriana van Hemtines, te leene verheven, naer doode Ioncker Willem van Gulpen, tot behoef van Ioncker Willem van Gulpen sijnen sone, de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den 21. Februarij anno 1574. heeft Ioncker Lambrecht du Mont, als procuratie hebbende vanden hooge ende edelen Heere Heer Charle vander Hamaiden Riddere, Heere van Cherrens, Pont-Tressin, Baudoul, Treviere, Le Porcqx, Herripont, Sufferet, Waignie, Otteignie, Bertemchamps, Longchamp &c. Als getrout hebbende die edele Vrouwe Vrouwe Maria van Gulpen, te leene verheven naar doode Ioncker Willem van Gulpen, ten behoeve vande voorsz. Vrouwe Maria van Gulpen, ende van Iouff. Antonette van Gulpen, susters vanden voorsz. Willem van Gulpen, de voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Lonchamp.

Op den 28. Augusti anno 1609. heeft Heer Erasme de Cowarem, sone wylen Heere Franchois ende van Vrouwe Antonette van Gulpen, te leene verheven naer doode Vrouwe Maria van Gulpen, de hellicht vande Heerelijckheyt ende goederen van Lonchamp.

Op den 19. April 1634. heeft Joncker Ian de Cowarem, naer doode van Ioncker Erasmus Cowarem, verheven de voorsz. hellicht vande goederen ende Heerelijckheyt van Lonchamp.

Op den 24. Iannuarij 1648. heeft Joncker Hubert de Cowarem, Heere van Longchamp, te leene verheven de hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Lonchamp, naer doode Heer Ian de Cowarem sijnen broeder.

Op den 27. Junij 1654. Heer Hubert de Cowarem, Grave van Niel, Heere van Longchamp &c. ende Vrauwe Isabeau vanden Broeck sijne huysvrouwe getransporteert de hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, ten behoeve van Heer Ian Hubert de Cowarem hunnen outsten sone.

Ende d'ander hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, heeft op den 7. Junij anno 1612. naer doode vande voorsz. Vrouwe Maria van Gulpen, den Heere Baron van Dorenvelt ende Argentau te leene verheven.

Op den 9. October anno 1615. heeft Vrouwe Ursula Schieffart de Merode, lest weduwe des Heere Baron van Dorenvelt, naer doode des selfs Heere Barons, te leene verheven de voorsz. hellicht vande Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp.

Op den 12. Julij anno 1619. heeft Heer Charles de Hamyde, Heere van Cerens, Henrypont &c. uyt cracht van sekeren vonnisse gewesen inden Souverynen Leen-hove van Brabant, verheven by doode Vrouwe Maria van Gulpen, douagiere van wylen Chaerel van Haymyde, de Heerelijckheyt van Longchamp, mette hellicht vande goederen van Longchamp.

Op den selven dagh, maent ende jaere als voor, heeft den voorsz. Heer Charles de la Hamyde getransporteert de voorsz. Heerelijckheyt mette hellicht vande goederen van Longchamp, ten behoeve van Heer Ian Maes.

Op den 5. September anno 1648. heeft Sr. Iacques Massaert, uyt cracht van Procuratie hem gegeven by Heer Ian Maes Heer van Longchamp, Bousseval, &c. getransporteert de hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, ten behoeve van Ioncker Chaerles Maes.

Op den voorsz. dagh, maent ende jaer voorsz. heeft den voorsz. Joncker Charles Maes, getransporteert de hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, ten behoeve van Heer Philips de Herselles Heere van Mousbroeck, Wersele &c. ende ten behoeve van Barbarina Maes sijne huysvrouwe.

Op den 10. October 1648. hebben de voorsz. Heer Philips de Herselles, ende Vrouwe Barbarina Maes, getransporteert de voorsz. hellicht vande Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, ten behoeve van Isabella vanden Broeck.

Op den 27. Iunij 1654. heeft Sr. Ian Collaert, uyt cracht van procuratie hem gegeven by Heer Hubert de Cowarem, Grave van Niel, Heere van Lonchamp &c. ende by Vrouwe Isabeau vanden Broeck de hellicht vande voorsz. Heerelijckheyt ende goederen van Longchamp, ten behoeve van Heer Ian Hubert de Cowarem.

Dese gecollationeert tegens den voorsz. denombremente ende mannen van Leene, is mette selve accorderende. *Quod attestor*, I. Franc. van Buggenhoudt Greffier, 1691.

Istis addemus, quæ nobis communicavit Chrysostomus *de Monpleinchamp*, Protonotarius Apostolicus, qui in hoc tractu locisque vicinis per annos aliquot commoratus, proindeque facilè nosce potuit quæ de Toparchia Longi-Campi patrio idiomate concinnavit, suntque ista:

La Terre de Lonchamp enclavée de toute parte dans le Comté de Namur prés de Boneffe, est tres-ancienne, elle at esté de temps immemorial neutre, franche & libre, & possedée par des Seigneurs fort puissants du nom de la terre, il y at eu huict a nœuf Village qui en dependoient, qui en ont esté du depuis détachéz par partage de freres & sœurs; entre-autres, les Terres & Seigneuries de Fernelemont, Noville, Mehaigne, Hemptine, Wignée, Iuppleu, & Croleu.

Les Seigneurs de Lonchamp sont fondateurs de l'Abbaye de Boneffe, & en recognoissance de celà, ladite Abbaye paye encor actuellement au Recteur de la Chapelle Castrale de Lonchamp, cincquante muids d'espaute par an, qu'ils sont obligé d'ameiner au Chasteau dudit lieu, ou la justice la vat visiter pour juger si elle est recevable, ce qui marcque que ce payement se faict en forme de cens.

Les mesmes Seigneurs sont aussi bienfaiteurs de l'Abbye de Malone, & de celle de Salsine, pour leur avoir donné la disme de Lonchamp à partager, & au pardessus de ce, une Cense que ladite Abbaye de Salsine, possede encor audit Lonchamp: comme conste par lettres de donation reposantes es archives desdites Abbayes.

Les anciens Seigneurs de Lonchamp ont possedé la terre de leurs nom plusieurs siecles, elle est tombée dans la famille de Dongelberghe l'an 1347. lors que la fille heritiere de Messire Warnier libre Seigneur de Lonchamp Chlr. espousa Henry de Dongelberghe Chlr. elle est restée dans cette famille, jusques l'an 1502. Le derniere de la maison de Dongelberghe qui possedа Lonchamp fut Rase, qui n'eut qu'une fille nommée Anne, qui espousant Messire Thiry de Bonant Chlr. Seigneur de Limogiere, Grand Mayeur de Namur, apporta Lonchamp dans cette famille, qui ny resta guerre, car Thiry n'ayant eu qu'une fille nommée Anne, cette heritiere fist passer la terre de Lonchamp dans la maison de Gulpen, par le mariage qu'elle contracta avec Messire Guilliaume de Gulpen Chlr. Seigneur de Rimbierval, Trivier, d'ou est sorty:

Guilliaume de Gulpen Chlr. libre Seigneur de Lonchamp, Seigneur de Rimbierval, Trivier &c. allié à Dame Adrienne de Hemptine, Dame heritiere de Heripont, Wagnie, ce conjoincts ont laissé deux filles Marie & Anthonette de Gulpen.

Marie de Gulpen fut Dame de Lonchamp en partie, de Rimbierval, Limogiere, Henripont & Trivier, elle espousa Messire Charle de la Hamaide Chlr. Seigneur de Cherens.

Anthonette de Gulpen fut aussi Dame de Lonchamp en partie, de Wagnie &c. elle espousa Messire François Comte de Corswarem & de Nielle, Seigneur dudit Corswarem, Landelis; elle mourut l'an 1607. & gist en l'Eglise de Lonchamp, au pied de son Epitaphe tenant au grand Autel, son mary est enterré dans l'Eglise paroissiale de Landelis auprés de ses illustres ancestres.

Cæterum, Gramaius in Arschoto, describens Baronatum Birbecanum, *Beneficia*, inquit, *Birbeca sunt Dominia Gallicanæ Brabantiæ* BIRBACUM, WAYSIUM, LONGI-CAMPI, *& alia alibi plura.*

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia meminit quoque Longi-Campi, his verbis:

Le Village de Longchamp est une terre franche, ayant un tresbeau Chasteau; appartient à la maison de *Corswarem*, que d'aucuns escrivent *Quarem*, & des autres *Cowarem*, mais le vray nom est *Corswarem*: ainsi je le trouve escrit sur une sepulture ancienne aux grands Freres Mineurs à liege:

Hic jacet Margareta quondam uxor Roberti militis de CORSWAREMIA, *quæ habuit tres filios in Ordine Minorum. Fecit multa bona pauperibus & piis locis, & specialiter isti loco. Obijt anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, sexto Calendas Februarij.*

On

On la voit depeinte dans la grande vairiere derier le grand Autel, reveſtuë d'un manteau rouge à l'antique. Il eſt conſtant que la famille de *Corſwarem* eſt tres-ancienne & tres-illuſtre, & paſſe pour telle dans les Chapitres Nobles. Parmy les tiltres du moderne Baron de *Lonchamp*, ſe trouve celluy de Comte de *Niel* & de *Pair* de la Comté de Namur.

CAPVT XXII.

De Dominio & Pago Aiſche en Refail.

ASca-Refalia, etſi non ſit Territorij noſtri, tamen occaſione viciniæ aliquid hîc dicturi ſumus, præſertim cùm pars ejus non exigua, dicta *Walhain*, Lotharingiæ inferioris ſive Brabantiæ feudum ſit.

Gramajus in Præfectura Fexenſi Comitatus Namurcenſis ſectione prima, eâdem periodo, quâ Comitatum Lernutenſem, Dominium hoc complectitur, verba ejus ipſa ponemus, ſuntque iſta: Comitatus (ſcilicet Lernutenſis) nomen reperi in donatione Dominij Roſarienſis facta Walciodoro anno 1021. ubi id ſcribitur ſitum *in Comitatu Lernus.* Unde amplius colligo latè per Gallo-brabantiam extendiſſe, & veroſimile eſt in Namurceſio reliquias hujus ſolas ſupereſſe pagos duos, quæ unum ab antiquo tribunal & privilegiatum habent. Qui ſunt Municipium Lernutenſe & *Aſca-reſalia.* Utriuſque Eccleſiæ de Paræco providit Decanus majoris Leodinæ, quarum illa Prodromo Joanni, hæc virgini matri inſcribitur. Illic D. de *Pottel*, hic gentiles de *Huy* prætorium habent. Hactenus Gramaius.

Tranſijt Aſca-Refalia, emptionis jure, ad Aloyſium *du Bois* ſolertis ingenij virum, opumque quibus domus illa viget, primum accumulatorem, viſitur ſepulchrum ejus Antverpiæ in ſacello Circumciſionis Domini, Ædis Metropolitanæ, cum hac epigraphe:

D. O. M.

Monumentum D. Aloyſij du Bois, Toparchæ d'Aiſche en Refail, VValhelm, obijt 25. Maij 1651. Requieſcat in pace.

Per ignaviam ſculptoris, marmori inciſum *Walhelm*, cum *Walhein* ſcribi debeat.

Duxerat præfatus Aloyſius *du Bois* N. de *Heuvel*; eiſque ſucceſſit, in hoc Dominio, eorum filius Aloyſius *du Bois* qui obiit 16. Feb. anno 1687. apud patrem humatus. Fuerat connubio junctus Mariæ *Tholincx*, quæ ei peperit inſignes proles, quarum natu major Ludovicus *du Bois* Equeſtri dignitate ornatus, Walbinij Dominij titulo inſignitur. Uxorem habuit N. *Horenbeeck* Arnoldi filiam, atque ex aſſe hæredem, ex qua ei filius unus, *Arnoldus* nuncupatus, in memoriam materni avi, & filiæ duæ.

Joannes B*londeau*, meminit hujus loci, his verbis: *Aiſche en Refail* eſt du Comté de Namur & la Seigneurie en releve, mais la Seigneurie de *Walhein* giſante en *Aiſche*, releve de Brabant.

CAPVT XXIII.

De Dominio, Baronatu & Municipio Bierbeecke.

QUoniam toto hoc opere, ſæpius à nobis producta ſunt exemplaria è tabulario Baronatus Birbecæ ſeu Birbaci, quotieſcumque feuda ab eo dependentia vel ratio locuſque poſcebant, eius hîc etiam tribus verbis meminiſſe oportet, antequam hac Præfecturâ egrediamur.

Birbeca Baronatus ex antiquioribus Brabantiæ, uno ſolummodo milliari Brabantino Lovanio diſtans, ad meridionalem *Merdala* ſaltus plagam, jamolim Arſchotano Ducatui annexus deſcribitur à Gramaio in Arſcoto his verbis.

Bierbeca Baronatus ſub Arſcoto præterquam quod inſignia, mutatis (qui mos veterum eſſe ſolet) coloribus eadem cum Lovanio habeat. Conformiter tradunt hiſtoriæ Primos Bierbacenſes Dominos à Comitibus Lovaniæ deſcendere & nominatim à Raginerio fratre Lamberti Balderici & Henrici Comitum. Defecit tandem prima illa à Toparchia nomen habens, & ſubinde à Lovanio cognomen ſumens, ſtirps. Et Ioannes Dux inter alia Bierbecam Godefrido fratri portionis hæreditariæ loco aſſignavit, manſitque per aliquot ſecula penes Godefridi poſteros Aerſcoto conjunctam.

Ad extremum in illuſtrem Croyorum familiam tranſijt & hodieque permanet.

Primorum etſi ſeriem contrectare nequeam nomina tamen dabo.

Raginerius Montensis vita functus anno 1015.
Henricus de Bierbeeck vixit anno 1096.
Ioannes & Henricus vixerunt anno 1125. *& fortè is est qui ob. an. 1144. in Grimbergano.*
Henricus testis subscribit anno 1173.
Walterus laudatur à Duce an. 1217. *& videndum an idem sit monachus factus in Hermerodè cujus vitam vide in M. S. Rubeæ vallis.*
Theodoricus inter testes refertur anno 1261.
Thomas nominatur & subscribit anno 1269.
Reliqua quære in Arscoto.

Quoad rem sacram, dependet Ecclesia & animarum cura à Prioratu Benedictinorum ibidem fundato *per Arnulphum militem de Gest. anno* 1044. Qui sacræ expeditioni nomen dans, Leodij primum, mox Romæ, quæcumque in Birbaco possidebat, B. Nicasio Rhemensi obtulit, ad usum monasterij ab Abbate S. Nicasij dependentis construendi.

Quod factum missique è Francis monachi cum Priore rem divinam facturi.

Qui pro temporum usu & morum exigentia subinde ex monachis Canonici, & iterum ex Canonicis monachi facti sunt.

Et tandem justa ratione motus Paulus IV. Pontifex eundem Prioratum sub certo onere Facultati Theologicæ Universitatis Lovaniensis incorporavit.

Dux etiam Godefridus & Immania uxor bona in Birbaco Canonicis S. Sepulchri ad usum monasterij transscripserant; sed cum locus parum conveniens videretur & sumptus impares se sentirent, Conrardus Præpositus in Tenkendorp pro authoritate ab Ordine sibi concessa eadem Cistertiensibus de Villario donavit.

Curiæ sunt sub Bierbeca nobiles aliquot non tacendæ. *Wiltiana* quidem à Villariensibus empta anno 1483. sed vendita nuper Ioanni Gevartio I. V. Doctori quæ per has turbas monachorum longo tempore refugium fuit & olim patriciæ tribus fuit cognomentum.

Lathemensis similiter inclytæ stirpis peculium & nomen, à Ioanne vendita Iodoco van Cruninghen. *Belandica* cum sua Capella Parcensis cœnobij. *Prætermissum hic prætorium Bordingen, vetus hæreditas familiæ de Valckenisse.*

Beneficia Birbecæ sunt Dominia Gallicanæ Brabantiæ *Birbacum, Waysium, Longi campi* & alia alibi plura.

Est & in Bierbecano Agro.

Vallis Ducis in confinio Merdaliæ silvæ, Cistertiensis instituti Abbatia, Henrico Duci accepta fert sua & initia & incrementa. Is enim cum Deo virginale collegium se dedicaturum, siquidem ullius ex conjuge prolis pater effectus esset, promisisset, voti reus hunc locum Abbatis Cistertiensis ad manus obtulit cum justo prædiorum & vectigalium numero, Gregorio IX. Papa, & Capitulo generali Ordinis assensu præbente structum itaque & oratorium & conventus paulatim auctus.

Novum sacerdotalem chorum Catherina de Goedsenhoeven, cum Dormitorij parte; cujus reliquum cum novo porticu Getrudis eius soror & in dignitate succedens extruxit.

Reliqua ad ornatum templi & claustri Margareta Calabers *Circa an.* 1460. & Helwigis Greven *electa an.* 1472. fecerunt aut refecerunt.

Cæterum cum disciplinæ & claustri non ita tenaces Virgines liberius agerent introducta, ut magno cum labore ita maximo cum fructu reformatio, per Abbatem allaborante Ducissa Brabantiæ, Capitulo generali jubente, *anno* 1460. 10. *Decemb.*

Cujus rei fama & fructus ita late innotuit ut certatim arctioris eius vitæ desiderio ex monasterijs Brabantiæ, Flandriæ, Artesiæ, Leodiensis tractus, imo Picardiæ adventarent, tum ut harum cætui aggregarentur, tum ut cum his aliquandiu consuescentes sacrum reformationis modum ad suas doctæ reportarent. Et amplius 15. cœnobiorum & amplius petitioni subscribentes ex suo gremio aliquas emiserunt quæ diversis regionibus sacri moris seminarium introducerent.

Nec Cistertienses tantum, hac gavisi, sed & Benedictinæ, cum Henricum de Bergis Cameracensem Episcopum legam summis præcibus impetrasse, ut 2. ex Gilingemiensi suæ Diocæseos monasterio huc missæ sanctæ reformationi per tempus assuefactæ eandem reversæ suis communicarent, *anno* 1480.

Qui ipse suas visum veniens instantissimis precibus desideravit, particeps ut fieri posset meritorum hujus sodalitij; Concessum id à virginibus non gravatè & Antistes vicissim de thesauris Ecclesiæ illustres eis indulsit indulgentias. Cœnobium est etiam hodie insigniter formatum, & quamvis commune omnibus belli hujus civilis malum senserit, tamen Lovanium profugæ virgines nihil de veteris disciplinæ rigore remiserunt.

Hic observa morem in Brabantiâ & Canonicis & Benedictinis & alijs Ordinibus familiarem fuisse, juxta proventus monasterij æstimandi personarum numerum. Ita nimirum factum Antwerpiæ à Canonicis, cum suas opes auctas observarent, ita Bruxellis ab Episcopo, pro redituum copia numerum clericorum augente. Ita Gemblaci factum à proprio Abbate, Vlierbecæ, ab Afflimigensi utpote superiore. Eius quoque exemplum tum alibi tum hic habes, ubi authoritate Capituli generalis quater pro temporum exigentia mutatus est personarum

personarum numerus. Et amplius exempla dare possem in omni genere Clericorum Monachorumque, ubi primævæ fundationes numerum expresserunt assumendorum ad religionem.


Spectant ad Bierbecæ Toparchiam pagi.

Hamma.	in diplo.	*Ham.*	In sacris	*Bierbacensi Prioratu*
Milla.	Arsco-	*Melin.*	depen-	*A Turinensi Ecclesia*
S. Georgij Weerda.	tano.	*Weerde.*	dent a.	*Capitulo S. Pauli Leodij.*

Hammæ adjacet supradicta Abbatia, *Milla* continet *Hazebergam* & *Weys*, curias Schoranorum inclytæ apud Lovanienses stirpis nunc possessionem. *Hac ibi.*

PRÆFECTURA DONGELBERGENSIS.

Continet ditionem DONGELBERGHE & liberum territorium DU FAY.



Castellum Dongelberghe.

CAPVT I.

De Dominio, Baronatu, Comitatu & Pago Dongelberghe.

DONGELBERGA, inquit Gramaius, *Equitum Hierosolymitanorum Ecclesia illustris & latè per Brabantiam dispersæ cognomentum familiæ. Cæterum cum in fundatione Capituli Aincuriensis legam à Radulpho inter alia* Ecclesiam in Comitatu Dongelbert, *suspicari quis posset fuisse Comitatus titulo illustrem.*

Hoc certum arcem hîc veterem conſpici, & Ioannem de Meeuwe *naturalem Ducis Brabantiæ, Dongelbergam Toparchæ titulo poſſediſſe, quam adeo poſteri tanquam proprium, omiſſo nomini* de Meeuwe *ſubſtituerunt. Mortuus pronepotibus ſupradicti Ioannis an.* 1470. *Ioannes de Malaiſe utpote proximior ſucceſſit, & denique Franciſca Malayſia avia defuncta, Ioannes de* Argenteau *ſibi & familiæ poſteriſque ſuis Dominium acquiſivit.*

Idem Auctor notat ad marginem tranſcriptam Equitibus Hieroſolimitanis Dongelbergæ Eccleſiam, *Dono Everardi de Curhovio anno* 1178. *approbante Rodolpho Eccleſiæ Leod. miniſtro, ſic ſe vocat Epiſcopus.*

Additque *facit ad decus familiæ Dungelbergæ, quod in donatione anni* 1140. *facta Equit. Hieroſolim. Wilhelmus de Dongelberge teſtis præponatur Bierbacenſi & alijs Baronibus.*

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, Dongelbergam deſcribit, his verbis:

Il y at eu cy-devant divers Comtez au territoir & voiſinage du Roman-Pays, entre leſquels Dongelberghe en at auſſi autrefois porté le tiltre, comme on remarque hors la fondation du Chapitre d'Incourt, faite l'an 1036. par le noble Seigneur Radulphe & Giſle ſa femme, qui entre autres biens dont ils le doterent, deſignent ceux qu'ilz avoient aux Comtez de *Dunglebert*, de Steppes, de Brunengurt & d'Anguers: & c'eſt peut-eſtre en cette conſideration que ſes anciens Seigneurs ont eſté du premier rang entre ceux du Pays, & que Guillaume & Henry de Dongelbergh l'an 1134. ſignerent la Donation de la Chapelle à Bruxelles, faite à l'Abbaye de S. Sepulchre à Cambray, par le Ducq Godefroy: & que l'an 1140. Henry de *Dongelberghe* & Guillaume ſon fils, ſignerent devant le Baron ce *Bierbeque* & autres de la premiere nobleſſe, certaine donation faite aux Chlrs. de St. Jean de Jeruſalem: ce qui eſt un teſmoignage evident de ſa haulte & illuſtre extraction: De cette premiere famille Guillaume de Dongelbergh reſtoit encor ſoub le regne d'Henry I. Et vers ce meſme temps ou peu apres, Agnes fille de Gerard Seigneur de Grimberghe & d'Alice de Bevere, la porta en mariage à Enguerand de Brabant, ſecond fils de Guillaume Seigneur de Perwez, qui eſtoit fils legitime de Godefroid III. Ducq de Lothier & de Brabant; d'ou l'on peut conjecturer que la derniere heritiere de Dongelberghe en auroit porté la ſucceſſion à la famille de Grimberghe ou de Bevere. Cet Enguerand de Brabant ou de Perwez, ne laiſſa qu'une fille nommée Machtilde, qui fut Dame de Dongelberghe & d'Orbais, & fut enterrée au Monaſtere de Cambron, ou ſa commemoration ſe fait, dans l'Obituaire ſoub le nom de *Mahaut de Donglebert, Dame d'Engien.* Elle avoit eſpouſé Wautier d'Engien, mais elle n'en eut point generation: & comme Enguerand avoit l'an 1247. reſigné entre les mains du Duc Henry II. tous les alleuds qu'il avoit à Dongelbergh du chef de ſa femme, & le Ducq luy les avoit rendu, avec toute la juriſdiction & droict qu'il y avoit, pour les tenir de luy en fief, à condition que s'il eut hoirs de ſon corps iceux ſuccederoient entierement auſdits biens, & s'il venoit à deceder ſans enfants, qu'ils retourneroient au Duc: le dernier arriva par la mort dudit Enguerand marquée ſur l'an M.CC.XLVIII. comme ſon epitaphe le demonſtre qu'on voit en l'Egliſe de l'Abbaye de Vau-Dieu Ordre de Ciſteaux pres de Daelhem, grave ſur ſa tombe, ou auſſi ſont ſes armes, qui ſont de gueules à la faſce d'argent, à un lambel d'or à cincq pendants en chef, ainſy depeintes en une feneſtre joincte à ladite ſepulture. Voyez les preuves du liv. VIII. des Trophées de Brabant pag. 232.

Apres ſa mort le Duc le donna derechef en fief à quelque autre Seigneur, pour le tenir avec pareille clauſe de retour.

Car l'an 1303. Iean II. en conſideration des ſervices qu'il avoit receu de *Iean de Meewe* ſon frere naturel qui eſtoit un Chlr. d'eſtime & qu'il aymoit fort, luy donna la meſme terre en fief avec toutes ſes dependences, pour en jouyr orpriſmes apres le deces de Guillaume de Dongelberghe; luy donnant de plus la terre & Seigneurie de Wavre, comme ſe voit dans les Trophées de Brabant liv. IV. pag. 334. & aux preuves dudit IV. liv. pag. 132. & 133. & en la genealogie de Wavre & Dongelberge à la fin du IX. livre deſdits Trophées, & in Prœlio Woringano imprimè à Bruxelles l'an 1641. in fol.

De cette ancienne & originaire famille de Dongelberghe eſtoit Guillaume religieux de Villers decedé en ſaincteté l'an ..... & autres perſonnes illuſtres qui en portent le nom qui ont veſcus avant le treizieme ſiecle.

Ce village eſt ſitué ſur la petite rivere de Iaſſe ou Geete, l'ancien chateau eſt aſſis ſur une colline en veüe de ceux qui vont de Louvain à Namur, qui depuis peu eſt reſtauré & embely par le ſoing du Baron moderne Philippe Adrien de Dongelberghe Seigneur de Rouxmiroir &c. Grand Bailly du Roman-Pays de Brabant, qui at eſpouſé Marguerite Theodore de Berlaymont Chanoineſſe de Nivelle fille de Iean Hubert Baron de Berlaymont.

Il comprend ſoub ſa juriſdiction la Franche Terre du *Fay* & le bourg de *Aygebrouck*, at une Cour cenſale & une feodale de laquelle entre autres releve la Seigneurie de *Bodegem* ſituée au pays de Gaesbeke.

L'Egliſe

L'Eglise de ce lieu fut donnée l'an 1178. aux Chlrs. de St. Iean de Ierusalem par Everard de *Curhoven*, & sa donation fut confirmée, par Radulphe lors Evesque de Liege: les Chlrs. de Malte qui leurs ont succedé, conferent encor à present la charge pastorale & les benefices qui y sont fondez.

Hors les reliefs que l'on a fait de cette Seigneurie en la Cour feodale de Brabant, conste, qu'apres les descendants du susdit Iean surnommé *Meeuwe* fils naturel de Iean I. elle est entrée en la maison de *la Malaise*; hors de la-quelle Françoise de la Malaise la porta à son espoux Guillaume *d'Argenteau* Sire *d'Esseneux*, dans la posterité duquel la terre de *Dongelberge* est demeurée jusques a l'an 1659. quand Guillaume Ulric *d'Argenteau* la vendit à Jacques Philippe *de Dongelberge* Chevalier, Seigneur de Schavenberch, en faveur de qui elle fut erigée en Baronnie le 3. Juillet 1662.

Hæc scriptor ille idque satis accuratè, quibus visum adjungere ea quæ de Dongelbergæ Baronatu leguntur in Jurisprudentia heroica articulo VII. pag. 327. & seq.

Obvia est euntibus Lovanio Namurcum celebris Gallo-Brabantiæ ditio, quæ DONGELBERGE nomine eminet: nobili, inquam, & latè per Brabantiam dispersæ, cognomentum familiæ. In confinio Geldoniæ loco peramœno sita, Getæ fluvij ripis adjacet, veteri instructâ Arce & Prætorio, liberumque territorium de FAY & municipium d'AYGEBROECK Ecclesiâ & Rectore speciali fulta, sub jurisdictione sua complectitur. Varijs dein præeminentijs, & privilegijs gaudet amplissimis. Asserit Grammaye *in præf. Aincurt. fol.* 37. se legisse in fundatione Capituli Aicuriensis à Radulpho, inter alia, *Ecclesiam in Comitatu de Dongelberg*: adeoque suspicari quem posse, fuisse Comitatûs titulo illustrem. Et addit ibidem facere ad decus familiæ Dongelbergæ quod in donatione anno 1140. facta Equit. Hierosolim. WILHELMUS DE DONGELBERGE testis præponatur Birbacensis & alijs Baronibus. Hactenus Grammaye. Curias binas habet censuales & alteram feudalem, cui subest fidemque & homagium debet territorium & Toparchia in agro Gaesbecano dicta de BODEGEM.

Ioannes II. Brabantiæ Dux hoc Dominium anno 1303. IOANNI MIEVVE militi Domino de Wavere Ioannis I. Brabantiæ Ducis notho, contradidit, & in hac donatione FRATER DOMINI DUCIS, cognominatur. Reliquit hic ex Margareta Dominâ de Pamele inter alios Ludovicum militem Dominum de Dongelberge, qui primus cognomen de DONGELBERGE assumpsit, & ex Ida d'Herbays, Petri filia, procreavit Ioannem, Petrum & Walterum.

Ioannes Dominus de Dongelberge & Castri de Serain duxit N. de Hamal, cujus filius Ludovicus Ballivus Gallicæ Brabantiæ, non habens legitimos liberos, testamento suo anno 1470. nominavit heredem Dominij de Dongelberge Ioannem de MALAYSE ex sorore Ioanna nepotem, patrem alterius Ioannis, cui, ex uxore Magdalena de Longchamps, successit filia Francisca de Malayse, quæ Dominium de DONGELBERGE marito suo Guilielmo d'ARGENTEAU Domino d'Esseneux dotale attulit, cujus posteritas ad annum 1659. dicti Dominij possessione gavisa est.

Petrus de Dongelberge Dominus de Bommalettes obijt non relictis legitimis liberis.

Waltherus de Dongelberge duxit Gudilam de Glymes filiam Jacobi militis Domini de Boneff, & reliquit Jacobum, qui obijt 30. May 1485. postquam primis nuptijs Catharinam vanden Bergen, secundis verò duxisset Mariam Nackaerts, sepultus est cum secunda conjuge in Ecclesia Sancti Germani Thenis, ut sepulchralis inscriptio, piæque anniversariorum fundationes demonstrant. Ex secundis his nuptijs alter natus Jacobus, qui minorennis sub tutela Jacobi de Glymes militis cognati sui (ita liber feudorum Gallicæ Brabantiæ fol. 141.) & judicium familiæ ercifcundæ inijt cum duabus suis ex primo thoro sororibus in urbe Lovaniensi, intervenientibus N. Schore, & M. Beetze anno 1487. 29. May. Binas hic Jacobus pariter contraxit nuptias, & ex secundis cum Maria Hujoel genuit Jacobum Drossardum Brabantiæ, Magdalenæ de Bourgoigne, Theodorici sub Carolo V. per 17. Provincias Prætoris dicti *Prevost de l'Hostel*; per Brabantiam Gruarij, & Aucupij Præsidis, Vilvordiæque Præfecti, filiæ nuptijs clarum.

Habuit is Philippum militem Brabantiæ Gruarium, & Aucupij Præsidem, Vilvordiæque Prætorem, & Henricum militem Dominnm de Herlar, Bruxellis Consulem, qui ductâ Adrianâ Borlut Dominâ de Zillebeke, procreavit Franciscum Equitem aurat. Dominum de Herlar, Zillebeke, &c. ex Ioanna Oudart Domina de Steenberge, Alexandri Domini Rymenam & Gertrudis Brecht Dominæ de Diegem & Ranst filia, patrem Henrici Baronis de Correbeke Domini de Herlar, &c. & Caroli Domini de Zillebeke, Rixtele & Aerle, in Suprema Brabantiæ Curia Consiliarij. Henricum Carolum, in eadem Suprema Brabantiæ Curia Consiliarium, dein Baronem de Resves, moderni Baronis de Resves ex Ioanna Maria de Berlo, patrem. Et Philippum Vilvordiæ Prætorem improlem decessum.

Præfatus Philippus Jacobi Drossardi Brabantiæ primo-genitus, duxit Quintinam de Borlut, Ægidij militis filiam, ex qua prænominatus Jacobus Philippus, qui anno 1659. à Guilielmo Ulrico d'Argenteau, vetus hoc familiæ suæ peculium sibi, posterisque, reacquisivit, & in ejus gratiam Regio diplomate de data 3. Julij 1662. Baronatûs titulo inclaruit. *Hac ibi.*

Cæterum, dum hæc concinnantur, erigitur Dongelbergæ Baronatus in Comitatum à Carolo II. Hisp. & Ind. Rege in gratiam hodierni Philippi Adriani Dongelberghe Baronis, Romanduæ summi Prætoris, non solum, ob ejus parentumque & majorum fidelissima obsequia, Augustissimæ Austriacæ Domui sagò togâque præstita: sed intuitu claritudinis generis, quod à pristinis Lotharingiæ & Brabantiæ Ducibus trahere testantur historiæ. Uxorem nobilitate parem duxit, Margaretam Theodoram Ignatiam de *Berlaymont*, Jassoniæ Dominam, Canonissam Nivellensem in diem xv. Decembris anni 1681. quando sponso manus dedit. Patrem

habuit Ioannem Hubertum Baronem de *Berlaymont*, Capellæ Dominum, aliorumque plurium locorum. Matrem Annam Eugeniam de *Brandembourgh* filiam Ægidij Baronis de Brandembourgh.

Verùm cum de Berlaymontijs dicendi sese hîc obtulerit occasio, haud prætermittendum est quod de iis legitur in Chronico Belgico Auberti Miræi ad annum 1574. ubi ait:

Carolus de Berlaimont, Michaëlis de Berlaimont Domini de Floion filius, à cognato suo Ægidio adoptatus, à Philippo II. creatur Comes de Berlaimont. *Idem Carolus ab eodem Rege Eques Velleris aurei renuntiatus, ex Adriana de* Ligne, Ægidium Hiergæ *Dominum, in obsidione Trajectensi ad Mosam anno* 1579. *cæsum.* Lancelottum Hautepennæ *Toparcham*, Ludovicum *Archiepiscopum Cameracensem*, Florentium, Jolentam, *&* Claudiam *procreavit. Ex his* Florentius, *fratribus suis sine sobole defunctis, Comitatum Berlaimontanum obtinuit, & ex Margarita Comitissa de* Lalain *sustulit* Philippum-Carolum, *qui Parisijs in juvenili ætate anno* 1617. *obijt, & filias duas* Mariam-Margaritam *Ludovico Comiti Egmondano, &* Isabellam *Philippo Arenbergio Duci Arscotano, nuptas.*

CAPUT II.

De Dominio & Municipio Aygebroeck & libero territorio du Fay.

Patuit ex iis quæ produximus capite præcedenti ex Commentarijs Ioannis *Blondeau* de Gallo-brabantia, atque ex Jurisprudentia Heroica sive ex Jure Belgarum circa Nobilitatem & Insignia, Dongelbergensi Dynastiæ accenseri liberum Territorium *du Fay* ac Municipium *Aygebroeck*: hoc, ut ex tabulis geographicis constat, situm est, Dongelbergam inter & *Lathuy*, loco patenti & amœno, extenditurque usque ad *Rouxmiroir*, quod Dominium uti supra docuimus in Præfectura Aincurtensi capite VI. spectat quoque ad Dongelberghæ Comitem, quæ loca sibi invicem, agrorum finibus juncta, absque uno eodemque Domino dominata, spectabilem Ditionem efficiunt.

PRÆFECTURA MELAIN.

Continet Melain & Sart à Melain.

CAPUT I.

De Dominio, Marchionatu & Pago Melain.

MELAIN seu *Melin*, antiquitus *Mielens* sive *Mielent*, de quo Dominio memoratur in gestis Ioannis II. Trophæorum Brabantiæ lib. IV. pag. 301. & in Probationibus ad lib. IV. pag. 117. ita legitur:

Item un Vidimus d'une lettre de *Iean Ducq de Brabant*, par laquelle appert que ledict Ducq at donné à *Gerard de Lucelbourg Sire de Durbuy*, & à noble Dame *Mahaut* Dame de ce mesme lieu sa femme, cousine dudict Ducq, trois cens livres de terre à Louvignois en fief & en hommage; laquelle terre ledict Ducq avoit promis assigner en Brabant, de sorte que ledict Ducq leur at donné & assigné heritablement à tousiours en justice haute & basse, *Mielens* de lez Judoigne, & toutes les appartenances de fond en comble, en ville, en bois, en terres, en prets, en eaux, en cens, en rentes & en toutes appendences, tellement que le Ducq rien ne retient en ladicte Ville de *Mielent*, & est ladicte terre tenüe en fief & hommage du Ducq de Brabant: comme ces choses & plusieurs autres divises sont contenus en ladicte lettre en date de l'an M. CC. LXXXIV. le jour de feste de S. Pierre & Pol. Cottée ladicte lettre XXVII.

Item

Item une lettre de vidimus contenant une lettre de *Iean Duc de Brabant*, & contient, comment ledict Duc at faict assentement à *Gerard de Lucelbourg Sire de Durbuy & à Mahaut* Dame de ce mesme lieu sa cousine, de deux cents livres de terre à Louvignois, avec les trois cents livres de terre à Louvignois qu'il at assigné à *Mielent* de Lez Judoigne & la entour, & sont par lesdictes lettres assenés entierement & parmanablement lesdicts deux cents livres chascun à Thillemont &c. & sont lesdicts deux cens livres aussi tenus en fief du Duc, comme appert par la lettre en date M.CC.LXXXV. le vendredi apres Pasques. Cotté à dos XXVI.

Gramaius in Præfectura furensi scribens de Castellania, *Burggraviatu* sive Vicecomitatu dicti loci; *Ante annos*, inquit, *tercentum inclyta & primi subsellij apud Gallo-Brabantos familia* Meliniorum, *eius potita. Testis pulchro apud Parcenses nostros tumulo illatus Arnoldus Ioannem nactus haredem.*

Philippus de l'Espinoy in Catalogo nobilium Gallo-Brabantiæ, memorat in Præfectura Geldoniensi *Ioannem de Fontaines Dominum de Melin.*

Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex, erexit anno M.DC.LV. Dominium de Melin in Marchionatum in favorem Philiberti Sotomayor Manuel Benavides & Gevarra, in qua stirpe hodieque manet.

Otto primus Imp. confirmans anno 948. possessiones monasterij Gemblacensis, recenset *in Comitatu*, scilicet BREIBANT, verba sunt diplomatis, *in loco* MELIN, *Ecclesiam, mansum indominicatum, cum appenditijs suis, cambam, molendinum*, &c. Sed Christophorus Butkens Trophæorum lib.1. pag.18. arbitratur esse *Melin* circa Goceliam, uti in tabula geographica inibi exhibita indicat, de quo loco egimus supra lib.II. in Præfectura Genapiensi.

Cæterum Iacobus de Hemricourt Eques S. Ioannis Hierosolimitani in speculo nobilium Hasbaniæ, loco non uno meminit nobilium nominis Melin, sed cum nus.piam illos vocet Melini Dominos supersedeo hic illos recensere, ignarus quinam ex ijs fuerint dicti loci Toparchæ.

PRÆFECTURÆ GESTANÆ.



HAs optimo jure, inquit Gramaius, licet & oportet Comitatui Geldoniensi subjicere, cum manifestè pateat ex archivis & diplomate fundationis Hogardiensis Alpaidem Pipini pellicem *Geldoniam cum tribus Gestis* Duci nostro transcripsisse, ut Collegij Hogardensis esset *fidelis Advocatus*.

Tria *Gesta* intelligo Divorum Ioannis, Mariæ, Remigij. *Geest* autem spiritum nostrate linguâ sonat, & credo cum primitus Evangelij lumen hæc regio acciperet, à sacellis certorum Divorum quos sibi Christiano more adscribebant tutelares, nomina hæsisse.

CAPVT I.
De Dominio & Pago S. Marie Geest.

GEstum *Marianum*, inquit Gramaius, urbanæ, nunc Præfecturæ membrum, in sacris capitulo Hogardensi obnoxium.

CAPVT II.
De Dominio & Pago S. Iean Geest.

GEstum *Ioannis*, inquit Gramaius, nunc Præfectura separata complectens sequentes Villas, omnes solius fere Principis Dominia.

CAPVT III.
De Deminio, Comitatu & Pago S. Remy Geest.

IMprimis *Ioannis & Remigij Gesta*, inquit Gramaius, Aquiriensi & Laurentianæ apud Leodios Abbatiæ Pastoratus, illud in foro Iacensis Baronatus in parte solet esse appendix, hoc merè Principis *Domanium*, sicut & *Herbasium & Petraniolum*. Hactenus scriptor ille.

In ephemeridibus Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscriptis de Dominijs pigneratis, repigneratis ac venditis seu abalienatis in perpetuum, habentur de præfatis locis ea quæ sequuntur.

St. Iean Gest, Saincte Marie Gest, Pietremal & Ienneville, furent engagez le 20. d'Aoust 1630. au Sr. le Compte dict d'Orville pour 2000. florins.

Et rehaulcez le 5. Febvrier 1643. par Iacques Blyleven d'autres 1500. florins.

Et vendües absolument le 28. d'Octobre 1648. à Nicolas Bausel, pour autres 4300. florins.

St. Remy Gest, demeure engagé depuis le 16. d'Aoust 1626. & la rehaulce du 5. Febvrier 1643. au susdit d'Orville.

Gestum S. Remisij, postmodum quoque à Principe in perpetuum ni fallor transcriptum, sed cui quove anno hactenus me latet, gnarus tamen in Comitatum erectum esse à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege 15. Novemb. 1662. in gratiam Iacobi *de Bohorques*, qui coëmptis vicinis aliquot Dominijs locum, spectabiliorem reddidit. Post ejus obitum rursus denuò divenditus, emitque Theodorus vander Nat, S. R. I. Comes, uti me legisse memini in primario Codice Feudorum Romanduæ: Eoque hodie potitur Maria Isabella *de Marez* Comitissa S. Remigij, vidua D. Augustini *de Pachecho* Gubernatoris & Prætoris Teneræmondæ.

In Iurisprudentia Heroica Articulo VII. pag. 371. extat diploma Philippi IV. Hisp. Regis conscriptum anno 1650. inque eo legitur: De la part de nostre cher & bien-amé *Charles Philippe le Comte*, Seigneur de Sainct Remy, Escuyer de nostre tres-amé bon Cousin l'Archiduc Leopolde, Gouverneur & Capitaine General de nos Pays-bas & de Bourgongne, nous à esté representé &c.

Porrò an ille idem sit qui memoratur suprà in Ephemeridibus Cameræ Rationum, aut filius ejus, inquirendum.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Harbaix.

LEgitur in ephemeridibus Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscriptis de Toparchijs pigneratis, repigneratis & venditis.

Herbaix fut engagé l'an 1561. pour 573. flor. 1.s3. & fut rehaulcé le 19. d'Aoust 1630. par le President Le Roy, d'autres 500.

Et vendüe audit President Le Roy le 20. Janvier 1644. pour autres 1426. flor. 8. s3.

Gramaius in Præfectura Gestana asserit, *Herbasium* merè Principis Domanium. Et rectè, nam tempore quo scripsit, pigneratum quidem erat, sed demum sub Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege, in perpetuum abalienatum anno 1644. uti suprà demonstratum.

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia, de hoc pago scribit sequentia sed pleraque ut præfatur desumpta, ex Hemricourt, Butkens, Carpentier & Loyens.

Le Village de Herbaix a donné son nom à une tres-noble famille qui portoit d'argent à un lion d'azur à huit cocquilles de mesme mises en orle, & crioit Geneffe en memoire de son extraction. Robert Seigneur Banneret de Limont, fils de Bauldüin Seigneur de Geneffe, eut deux fils Chevaliers Bades & Richard: Bades procrea Simon de Herbaix Chlr. qui eut trois fils, sçavoir Werry de Limont, qui estoit boiteu, Simon de Herbaix & un autre. De Simon sortirent Simon & Jean Chlrs, Pierre & Bauldüin, dont les trois derniers moururent sans hoirs. Simon eut deux fils, Simon qui deceda sans generation & Jean Chlr. marié vers l'an 1400. & leur sœur espousa Messire Waultier Seigneur de Gossoncourt, d'ou sortit Waultier qui s'allia à la Dame de Mokine fille de Guillaume Prost ou Proest, laquelle il laissa vesve & sans enfans. Vers ce temps vivoit Simon de Herbaix Seigneur de Goelaer, qui espousa Imaine fille de Jean de Wavre Seigneur de Pamele, fils de Jean Meeuwe. De cette famille est sortie celle qui porte le nom de Winne, veu que Jenne troisiesme fille de Godefroid de Blehen Seigneur d'Abée Chlr. espousa Waultier de Winne, fils de Pierre de Herbais Escuyer, dont elle eut une fille, qui estoit encor jeusne vers la susdite année, que le Seigneur d'Hemricourt escrivoit: & au mesme temps, Pierre frere de Messire Simon de Harbais le jeune, avoit quatre garçons demeurants au Village de Wynne, au dessus de la Ville de Landen en Brabant. Louys Seigneur de Dongelbergh decedé l'an 1383. espousa Ide de Herbais fille de Pierre.

Soub les Ducqs Jean I. & II. Christoph: Butkens rapporte entre les Gentilhommes de Brabant Simon de Herbais; & soub la Duchesse Jenne, Jean, Pierre, & Waultier de Herbais, & Simon Seigneur de Herbais & Golaer.

Loyens dit, que l'an 1463. le Ducq Philippe le Bon fit Conseiller de son Conseil de Brabant, Simon de Herbais Escuyer. Carpentier fol. 624. de son histoire de Cambray, dit, que Pierre de Harbais procrea de Catharine d'Immersel, Charles de Harbais qui espousa Florence de *Sucre*, fille de François & de Françoise de Hontoy Dame de Bellain en Ostrovant, duquel mariage issit François de Herbais Seigneur de Poppinge, allié à Antoinette de Postelles fille de Richard & d'Anne de Goegnies.

Ce Village a cy-devant appartenu au Ducq, de qui l'at acquit en l'an 1644. Iacques *le Roy* President de la Chambre des Comptes en Brabant, dont le fils Ignace, Seigneur de Herbais, Maistre de ladite Chambre des Comptes, espousa Susanne *Nys*, fille de Godefroid & de Marie *Prins*, & achetta du Roy la terre de *Dorp* ou *Tourneppe*, ou il fit bastir un tresbeau Chasteau, & vendit la terre de Herbaix à Iacques *de Boborques*, Gouverneur de *Stevens-weert*, qui l'appliqua à sa Comté de *St. Remy*. Il fut aussi President de la Chambre des Comptes apres Jacques de *Parys* Seigneur de *Merxem*. Lisez Antoine Sanderus in Brab. fol.23. & seq.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Pietremeaux sive Pietremal.

EAdem periodo qua Herbasium, complectitur à Gramaio *Petraniolum*, merè, ut inquit, *Principis Domanium.* Adstipulatur Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia, his tribus verbis: *Pietremeaux appartient au Ducq.*

Porrò post tempora quibus scripsit Gramaius, circa annum scilicet sextum hujus sæculi, *Petraniolum* cum cæteris Præfecturæ Gestanæ Dominijs fuisse divenditum, constat ex Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, cujus verba suprà dedimus cap. 3. Quod equidem miramur non animadversum, detectumque à Ioanne *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Pietrain.

DE pago hoc, hactenus nihil compertum est mihi memoratu dignum per investigationem. Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia, ejus meminit his verbis:

Pietrain est situé en raze campagne, & appartient à la famille d'Argenteau.

GELDONIA.

CAPUT I.

De Dominio, Vicecomitatu & Oppido Geldoniæ.

LOCI hujus & nominis rationem (inquit Gramaius) annalium nostrorum ridiculi compilatores à Romanis petere audent.

Addunt alij fucum fabulæ, appellationem ex eo manere quod venienti in Belgium Julio se dedentes incolæ, meruerint immunitatem, & amplius Romanorum appellari & esse colonia.

Hoc certum, ab omni hominum & scriptorum memoriâ tractum cujus Geldonia caput, & linguâ uti è Latino corruptâ, & *Romain pays* id est, ditio Romana nuncupari.

Quid: quod hodieque qui Geldonicè loquuntur, Romanè loqui vulgo dicantur.

Manuscriptus Rubeæ-Vallis, vocat *Geldoniam locum Hasbaniæ ad villam Brunbasium.*

Arx ab antiquo fuit eminenti illa urbis sita loco, lætos circumquaque campos latè prospectans; à Godefrido III. ut opinor Duce ædificijs aucta & ex ornata.

Ubi propter cæli solique clementiam filios Ducales educi educarique solitos tradunt; addo ego impuberes annos exigere.

Cingunt undique muri præalti, unâ etiam parte ingentes fossæ. In aditu Turris munitissima & sub turri porta. Qua transeuntibus offert se amæna planities ædificijs ad usum Principis & Palatinorum egregiè instructa.

Ruinas vidi: Tota enim moles incredibili omnium vicinorum, qui thesauros & privilegia sua eò detulerant, incommodo per Auraicatum partium milites succensa in cineres abijt, *an.*1578.

Loco, ubi nunc urbs est, constanter omnes quos adij & audivi putant nemus fuisse Palatio subjectum, argumento fossarum & antri unius reperti.

Urbem autem longè majori ambitu cinctam vestigia fossarum ultra fanum Medardi videntur persuadere & Parochiæ duæ Urbanæ.

Et ne quis credat, id rationis parum esse, noverit alteram istarum D. Lamberti domos quasdam habere suæ jurisdictionis in altera & remotiori parte suburbani; ita ut inter illas & Ecclesiam urbs moderna interjecta sit.

Cæterum Urbis, quæ nunc conspiciuntur, mænia, etsi nesciam quo tempore extructa sint, structura tamen arguit trecentorum annorum ætatem tulisse, & libenter crederem eodem, quo castrum restauratum tempore, id est, sub Godefrido III.

Urbis opera fuerunt ante nuperam cladem Curia, Halæ, Prætorium, Palatium Vicecomitis. &c.

Portæ iij. viæ publicæ xviij. contubernia civium olim iij.

Fata Urbi & calamitates præcipuæ advenerunt, *Sub an.* 1155. *Chronicon Leodicense.*

Cum eam Godefridus Dux noster sui juris fecit. Et uno verbo quoties cum Leodijs aut Namurco Ducibus nostris res fuit, sensit vicinum malum Geldonia.

Novissimè oppressa à Saxonum Duce, *an.* 1489.

Et per has turbas semel quidem tota à milite Auriacensi propemodum incendio fœdata, *an.* 1578.

Pauloque post à Bredano præsidio occupata, *an.* 1588.

Et nuper bis à milite solutionis dilatæ causa secedente & tumultuante spoliata, *an.* 1602. *&* 1604.

AD civitatem quod attinet: Comitem Geldoniæ olim fuisse certum est, si vera est D. Raginulphæ historia, cujus parens Ado Comes Geldoniensis vocatur, *Vixit sub an.* 658. *M. S. Rubea-vallis p.* 2. *vita* 42. *bagyologij Brab.*

Ex cujus posteris an fuerit Alpais Pipini pellex, nescio; *Vixit sub annum* 700. certus eam historicis Comitissam appellari, & Geldoniam possedisse. Et cum potiorem patrimonij sui partem Ecclesiæ transcriberet, *Geldoniam* etiam *donasse, à Duce Brabantiæ tanquam Hogardiensis Collegij Advocato possidendam.* Hæc ex archivis Hogardiæ. *Ex literis fundationis per Waltherum Scharens Apost. Notarium an.* 1102. *testibus Ecclesiæ Capellanus transcriptum per D. Melderatensem mibi datis.*

Cæterum cum indubitatum sit Geldoniam post recessum Normannorum & sub initia reducti Ducatus Lotharingiæ ad Comites Lovaniæ, penes Comites Duratenses fuisse, suspicor eos tanquam *subadvocatos Hogardiæ* id juris habuisse. Et cum inter Ægidium Comitem Durassi & Ducem nostrum ob leves causas nata controversia in bellum erumperet, Dux armorum jure occupavit, & quod credo, per leges pacis dictas retinuit. *Id chronicon m. s. per D. Comitem Bausigniacensem mibi utendo datum, & Leodicense tradunt. Hemricurtius ait à Gilberto Comite ultimo Duraßi venditam Geldoniam, tempore Alexandri Episc. Leod.*

Tunc temporis autem allodium fuisse non feudum ex chronici verbis videor colligere. Ubi traditur Ægidius Comes Durassi, Clermonti Dominus &c. *Fratribus Cononi & Petro, Feuda sua transcripsisse, Geldoniam sibi servasse. Sub an.* 1160.

Proxima & affinis Comiti dignitas *Vicecomitis* quam ante 300. annos in usu fuisse comperio.

Immunitate gaudet amplissima & de more prisco primam è pratis Ducalibus fæni quadrigam sibi aufert.

Id muneris nunc est penes Glymæos: ex quibus Iacobus vir à militiâ clarus, nec minus in literis versatus; cujus humanitate usus & beneficio, loca Geldoniæ perlustravi.

Gubernator Urbis à senatu per Ducem constituto in singulos annos, Justitiæ administer est Balivus.

Utuntur consuetudine Lovaniensi, & Lovanium appellant:

Gaudent Privilegijs non paucis; ita ut olim magno numero vicini nobiles in civium album sua nomina referri magnâ ambitione optarent.

Hebdomadarium diebus Saturni forum, annuum ter, Lunæ post octavas Paschæ, & natalem Martyris Dionysij; itemque ferijs D. Lamberti. Quò tempore libertatis symbolum *stella lingnea ex fune* per medium forum diducto suspenditur.

Nec tacendum Nobilem olim cognomento *à Geldoniâ* stirpem inter Brabantiæ proceres recensitam. *Godefridus sub Henrico I. in bello sacro clarus.*

Ut autem ex ungue Leonem æstimes, sufficit unum quod legis, Geldoniam Ioanni Duci suppeditasse cives 300. manente adhuc justo ad tutamen arcis præsidio.

QUoad rem sacram intra mænia, ut nunc sunt, solum Virginis Matris sacellum est à civium contubernijs extructum, & nuper sacro Rosarij sodalitio per Namurcæum Antistitem honorata, *an.* 1605.

Est & Nosocomium per Principis commissarios hactenus administrari solitum.

Et Virginum tertiæ Regulæ D. Francisci collegium; quibus Nivellâ advocatis sumptu inclyti viri Iacobi de Glymes & conjugis domus adornata & sacellum Antistitis Nicolai ad sacros usus permissum. *Sub an.* 1516. Numerus earum aliquando à vigesimo parum abfuit, nunc pauciores sunt.

Haud procul à portis in edito colle vetus D. Medardi fanum est, Parochiale totius oppidi.

Illud,

Illud, ut fama tenet, extrui ceptum loco qui hodieque veteris cæmeterij appellationem servat, sed translatis miraculo in collem hunc lapidibus & cæmentario apparatu, hîc perfectum.

Guilielmus autem *quondam Comes Durathiensis, an.1175. statuit in hac Ecclesia fratres Hierosolimitanos dans eis prabendam Ecclesia, & Comitissa Erlendis decimam de Hupain adjecit, auxerunt secuti Comites Ægidius & Gisbertus, an.1180. Ex diplomate originali ubi hæc Dux confirmat quod est in archivis de Chantrain Lovanij.*

Olim certè plures hujus Ordinis Equites, sacerdotes, coadjutores hic resedisse constat.

Cæterum Paræcus & Ecclesia immediatè olim subesse solet *Praceptori Domuum in Brabantia & Hasbanio*, cujus generis Gerardum invenio, *an.1251.* Nunc Commendator Santrainius præest. Quem observo ante annos 200. semper ferè ex intimo Ducum consilio fuisse.

Æquali ferè ab urbe spacio D. Lamberti templum à Canonicis S. Pauli Leodicensium dependens & suburbanum totum ferè sui juris habens quoad sacramentorum perceptionem.

Ad hoc & hujus Rectorem spectat cura Beginasij veteris, ubi tamen ab hominum memoriâ vetulæ dumtaxat aliquot foventur.

Nec procul hinc leprosarium dives & opulentum à Glymæis dotatum. *Ante annos 150.*

Solet etiam avorum memoria hîc esse Reclusorium, unius qui stipe collata vitam sustinebat: nunc omnia interierunt.

Suburbanum Geldoniense amplum olim, & ædificijs, quod rudera ostendunt, undique cinctum, alibi ad 500. ab urbe passus.

Appendices Urbanæ plures, & inter alias *Hupania*, de qua supra.

Mollembasiolum castro veteri conspicuum.

Gestum Marianum de quo postea.

Sciendum etiam ante erectionem novorum Episcopatuum Geldoniæ Decanatum fuisse, plures sub se pagorum Ecclesias habentem.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, inter cætera quæ de Geldonia tradit scribit quoque ista.

Vers l'an 1180. Gilles vaillant Chlr. Comte de *Duras*, Seigneur de *Clermont*, entre Liege & Huy, & de *Rochefort* en Ardenne, Advoüé de *S. Tron* & de *Dinant*, estant devenu ladre, quitta les armes, qu'il avoit tant aymé toute sa vie, & donna à Conon son frere sa Comté de *Duras* & aucuns autres fiefs, & à Pierre son autre frere, assigna une autre partie de sa terre, & ne retint pour luy que la ville de *Iodoigne* pour en jouir toute sa vie: laquelle le jeune *Henry* de Louvain, par la permission du Comte de Flandre, parent audit Gille Comte de *Duras*, luy osta: de quoy advint, que leditGille nonobstant son infirmité, reprint les armes, & se tenant tantost à Duras, tantost à Clermont, travailla grandement les terres du Duc, prennant & rençonnant ses hommes, enlevant leur bestail, & detroussant tous les marchands, qui alloient vers son pays: ce qu'il continua fort longtemps, jusques à ce que ses deux freres, n'ayants pas d'enfants, donnerent tous leurs biens & familles à l'Eglise de S. Lambert. Mais Raoul Evesque de Liege, en print argent de tout, du Comte *de Loz*, sur la riviere de *Duras*, & Advoüerie de *S. Tron.* De Waldric de *Walcourt*, qui avoit espousé leur sœur, pour *Clermont* & *Rochefort* & l'Advoüerie de *Dinant.* Ce sont les mots de *I. de Guise* vol. 3. fol.52.

Idem scriptor in suis Commentarijs de Gallo-Brabantia, de Castellanis seu Vicecomitibus Geldonensibus ita fatur.

Il est à remarquer que lors que les Comtes de *Duras* possedoient la Ville de *Iodoigne*, ils la tenoient en fief des Ducs de Lothier & Brabant: & que leurs predecesseurs en avoient esté Seigneurs directs, & l'avoient tenu en Franc Alleud, par la donation de la Comtesse *Alpays*, mais comme elle fut depuis reunie à leur Domaine: Ils esteindrent & consoliderent le tiltre de Comte à leur Duché, establissants de Chastellains ou Vicomtes, ausquels ils donnerent de grandes Franchises.

Il est notoir que ces Chatellains ou Vicomtes ont transmis le plus souvent à leurs successeurs & descendants le surnom des places ou ils exercoient leur charge & dignité.

Entre les premiers que l'on trouve est *Grinard de Geldonia*, qui signa l'an 1223. la recognoissance que Jacques de *Clermont* fit d'estre homme Lige du Duc.

Simon de *Iodoigne* Chlr. & Abraham son frere furent en la bataille de Worunge l'an 1288.

Gerard Sire de *Vorselaer* Chastelain de *Iudogne*, en la bataille de Baswilre l'an 1371. voyez *Butkens* liv.IV. pag.489.

Cette dignité est passé longues années possedée, par la famille de *Glymes* dit de *Iudogne* qui la tient encore à present.

Le premier de la famille de Glymes qui à pris & porté le tiltre de Vicomte de Iudogne, fut Jacques de Glymes Grand Bailly du Wallon Brabant, fils de Jacques Seigneur de Bonneffe & de Sibille de Daelhem.

Cæterum, in Jurisprudentia heroica pag.352. de Vicecomitatu Geldoniæ leguntur ista:

Geldoniæ seu Judoniæ in Gallo-Brabantia Vicecomitatus, ab immemoriali ævo fuit penes inclytam familiam de Glymes, ex qua stirpe invenio Jacobum Vicecomitem Geldoniæ & de la Wastine, Dominum de Boneffe, summum Romanduæ Brabantiæ Prætorem, Jacobi de Glymes militis Domini de Boneffe & Sibillæ de Daelhem, filium, qui ducta Catharina Orfebvre, habuit Guilielmum, hic ex Catharina Cotereau, Baronis Giacheani filiam, procreavit Iacobum, Geldoniæ Vicecomitem, &c. summum Romanduæ Braban-

tiæ Prætorem, erat hic ex Iacoba de Hautain pater Caroli Vicecomitis Geldoniæ, &c. cui ſucceſſit ex Ioanna de Hautain filius Winandus Comes de Glymes & de Hollebocke, &c. qui duxit Michaëlem d'Ydegem, Ioannis Comitis de Wathou filiam, & hodie hoc Vicecomitatu potitur.

Extraict du Chef Regiſtre repoſant en la Souveraine Cour Feodale de Brabant, ou ſoubs la Capitulation de la Viſcomté de Iodoigne folio c.xlv. Je trouve ce que s'enſuit.

IAcques de Glymes xx. d'Avril 1583. de feu Iacques Wihoigne ſon couſin ſoubeſcrit.

Damoiſelle Anna de Heym, veſve, & comme heritiere teſtamentaire de feu Iacques de Wihoigne ſon Mary xj. de Decembre 1582. par le treſpas, & en vertu du teſtament d'iceluy ſon Mary ſoubeſcrit.

Erard de Wihoingne le xvj. jour de Novembre l'an xv.^c lx. par achapt par luy fait allencontre de Pierre Dupont ſoubeſcrit.

Pierre Dupont x. April xv.^c lvj. par tranſport de Dame Anne Rifflart ſoubeſcrit.

Damoiſelle Anne Rifflaert xv. May anno xv.^c xlvj. par don & tranſport de Damoiſelle Barbe de Mons ſoubeſcrite.

Pierre Damant le xxiiij. jour de Ianvier l'an xv.^c deux pour & au nom de Damoiſelle Barbe de Mons par le treſpas de feu Juilleaume de Mons ſon Pere.

Juilleaume de Mons le xiiij. jour de Decembre l'an 1480. par don & tranſport de Meſſire Engelbert de Iodoigne le xxix. jour de Septembre l'an xiiij.^c lix. par tranſport de Damoiſelle Iſabeau dele Berge ſa Mere.

Damoiſelle Iſabeau dele Berge par le treſpas de feu Guilleaume dele Berge.

Guilleaume dele Berge par achapt fait à Ichan de Winegem fils de Franck. Tient la Viſcomté de Iodoigne avec les cens & rentes en ſa valleur de viij. florins de Rin. & vj. pattars avec les maſuires & hommaiges, terres, prez, bois & autres ſes appartenances dont la declaration s'enſuit.

Aſſavoir une maiſon & tenure, avec les granges, & tables, Iardin, & autres ſes appartenances giſans à Molenbeſoul en la Paroiche de St. Medart de Iodoigne &c. embas eſtoit eſcript. Collata concordat cum ſupradicto Regiſtro, Quod Atteſtor, & eſtoit ſigné I. Michiels.

Præfatus Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia de appendicibus Geldoniæ iſta tradit:

Les Appendices ou Banlieu de Iudogne ſont *Hupain* ou *Houpaye*, *Molenbiſoul*, orné d'un ancien Chateau. *Geſt S. Marie*, *Strecquoy* cenſe tres grande appertenante à l'Abbaye de *Heyleſem*, laquelle cenſe porte la troiſieſme part és charges de la ville. *Chebais* Seigneurie de l'Abbaye d'Affligheim de l'Ordre de S. Benoit entre Bruxelles & Aloſt.



CAPUT II.

CAPUT II.



Castellum Molébesoul

De Dominio & Castello Molenbisoul.

Molembasiolum castro veteri conspicuum, (inquit Gramaius) cujus verba quoque dedimus capite præcedenti. Hic seriem Dominorum dabimus desumptam ex primario Codice feudorum Gallo-Brabantiæ.

Extraict hors du Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant, ou soubs la Capitulation de Molenbesoul folio cxix. verso se trouve ce que s'ensuit.

Nicolas de Hinisdal 18. Januarij 1613. par achapt fait contre Damoiselle Barbe Obrechts dessous escripte & le transport ce ensuyvant faict en la Court Feodale de Brabant.

Laditte Damoiselle Barbe Obrechts par retrocession faicte par ledit Nicolas de Hinnisdal à son prouffict, au moyen de Gilles de Longueval son mambour & homme servant le xj. de Decembre 1613. laditte maison chasteau & appertenances.

Messire Charles de Glymes 11. Decembris 1613. par transport de Damoiselle Barbe d'Obrechts susreferée.

Iacques de Glymes comme homme mortuaire au commun proffict des enfans de Messire Charles de Glymes Viscomte de Iudoigne le 29. de Janvier 1622. par le trespas d'icelluy leur Pere susescrit.

Damoiselle Barbe d'Obrecht xxiij. d'Avril 1593. par rachapt & reprise de Balthasar de Laureten & sa compaigne soubsescripts.

Sr. Balthasar de Laureten comme feudataire mortuaire avecq Madamoiselle Majora Xymenes de Leon sa compaigne xiij. Junij 1592. par achapt & transport de Damoiselle Barbe d'Obrecht soubsescripte.

Damoiſelle Barbe d'Obrecht veſue & comme herritiere teſtamentaire de feu Adolphe le Vos ſon mary fils & heritier de feu Huge le Vos ſon Pere ſoubseſcript xj. May 1582. par le treſpas & enſuivant le teſtament d'icelluy ſon mary.

Huge le Vos fils de Huge, v. Auguſti xv.ᶜ xliij. par tranſport à luy fait par ledit Huge ſon Pere comme Procureur de Damoiſelle Katherinne de Glymes ſa Mere ſoubseſcripte.

Damoiſelle Katherinne de Glymes le v. jour de Septembre l'an xv.ᶜ xxxix. par eſchange fait contre Iehan de Glymes ſon frere.

Iehan de Glymes le xxviij. jour d'Octobre l'an xv.ᶜ xvij. par le treſpas de feu Gregoire ſon Pere ſoubseſcript.

Gregoire Baſtard de Glymes le xvj. jour de Novembre l'an xv.ᶜ & xiiij. par tranſport de Iehan de Herchie ſoubseſcript.

Iehan de Herchiez le xvj. jour de Novembre l'an xv.ᶜ & xiiij. par le treſpas de feu Pierre de Herchiez ſon frere.

Pierre de Herchiez le premier jour de Iuillet l'an xv.ᶜ & xj. par tranſport de Iaques de Herchiez ſon frere.

Iacques de Herchiez le xiij. de Septembre l'an xv.ᶜ & ix.

Iehan de Herchiez fils de Iacques Sr.de Herchiez, pour & au nom de Damoiſelle Ode de Bomale le ix. jour de May l'an xiiij.ᶜ lxvij. par le treſpas de feu Iehan de Bomale ſon Pere.

Iehan de Bomale par achapt fait a Iehan de Ioindoingne.

Iehan de Ioindoingne, tient une maiſon giſſant à *Molenbeſoul* avecq les appartenances contenant le chaſteau, grange, eſtables, avec vivier, rieu & eſtances, en circuit environ trois bonniers & ſix & demy bonniers de terre que pret, avecq une court jugeable dont il y at mayeur, & maſuiers qu'on appelle le court de *Reſayet* avecq les cens & rentes y appartenantes, & eſt un plain fieff.

PRÆFECTURÆ GESTÆ GERONPONTIS.

CAPVT I.

De Dominio & Pago Geſt à Geronpont ſive Vironpont.



Eſtum ad pontem Geronis, inquit Gramaius, nunc Præfectura ſeparata ſub qua pagi ſequentes.

Geſtum & Fuzium utrumque Principis, illud in ſacris à. . hoc ab Abba Villarienſi dependens.

Illud municipali jure ab antiquo gaviſum, hoc Comitatus, ut aiunt, titulo olim inſigne. Ubi caverna ſubterranea, ad mille, ut volunt, paſſus protendens oſtenditur, caverna alibi intercolumnijs & fornicibus fulta, rivulo etiam alibi præterlabente. Quam ſine noxa ingredi datur, & agricolæ frequenter eò confugiunt. Hæc ſcriptor ille: qui allucinatur dum credit *Fuzium*, Gallicè *Foux* ſeu *Folz* titulo Comitatus olim fuiſſe inſigne, cum ſit pagus *Offuz* de quo mox dicetur.

Cæterum in adverſarijs Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ legitur: Geſt à Geronpont & Offuz furent engagez au Conſeiller Maes le 22. d'Aouſt 1630. pour 1500. flo. & vendues abſolument le 7. d'Avril 1644. à Maſſin de Labbaye pour ſon Command pour autres 1500. flo.

Ioannes B*londeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia agens de Præfectura Geſt à Geronpont, ita fatur. La Mayerie de Geeſt à Geronpont,eſt annexée au tour de Rolle des Archers; l'an 1630. Le Roy expoſa à vendre Geeſt à Geronpont, *Offhuys* ou *Offuz* & *Foulx* en toute juſtice, & *Ramillies* pour la moitie.

CAPVT II.

De Dominio & Pago Offuz.

PAtuit ex ſchedis Principis, capite præcedenti exhibitis, *Offuz* ab ipſius patrimonio diſtractum ſub Philippo IV. Hiſp. & Ind. Rege anno 1630. in perpetuum venditum anno 1644.

Ioannis *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ſcribit de hoc loco ſequentia.

Pierre de Heſdigneul Chanoine renommé es hiſtoires de Liege,dans ſa Chronique que j'ay leu manuſcripte, rapporte que Lambert fils de *Voltron Comte d'Offuz* ſe preſenta au ſervice de l'Empereur Maurice, auquel il en

rendit

rendit de si considerables qu'il merita d'espouser Aperine sa fille, de laquelle il procrea Aper Comte d'Osterne, qui fut Pere de St. Lambert.

En la vendition de Thuin ou Couvines que l'an 1096. Bauduin Comte de Haynau fit à Obert Evesque de Liege, entre les tesmoins & hommes presents de la part de l'Evesque, est nommé Albert *d'Offei*: Je crois que cet *Offei*, est *Offuz* dont je parle, & qu'il at esté patrimoine de St Lambert; d'autant que la hauteur du Village de *Mont St. André*, qui luy est voisin, appartient encor à present au chapitre de Liege est reputé patrimoine de ce Sainct.

Butkens au livre IV. des Trophées de Brabant pag. 371. dit qu'Arnou de *Reunsial* ayant forfaict ses biens *d'Offus* & de *Conteye*, iceux furent donnez à Jean B. de Brabant surnommé *Magerman*, frere naturel du Ducq Jean III.

Cæterum, diploma Balduini Comitis Montensis sive Hannoniensis, citatum suprà à Joanne Blondeau, vulgavit Aubertus Miræus, in Notitia Ecclesiarum Belgij cap. 118.

CAPVT III.

De Dominio & Pago Ramelies.

Ramilia cui in sacris prospicit Abbas Villariensis in alijs partim Princeps, partim Iacheæ Baro solet summi, imi, medij juris compos esse. Ita Gramaius.

Ephemerides autem Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, tradunt ista:

Ramelies fust engagé le 19. *d'Aoust* 1630. *au Conseiller Maes pour* 1000 *florins.*

Et vendu absolument le 11. *Decembre* 1648. *au St. Philippe François d'Ive pour autres* 1500. *florins.*

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia, de hoc Dominio scribit sequentia:

Il y a diverses Seigneuries soub la Paroiche de *Ramelies*, dont l'une appartient au Ducq, l'autre au Seigneur de *Iauche*: Charles de *Fontigny* y avoit aussi une Seigneurie fonciere, qui estant mort sans enfans de N. de *Hemricourt* sa femme, fit N. de *Linchamp* sa seconde espouse heritiere qui la vendit au Seigneur de Jauche.

Arnoldus de Raisse, in Auctario ad Natales Sanctorum Belgij, Joannis Molani, ad octavam Novembris narrat, ut præfatur, ex iis, quæ illi bona fide retulit Gabriel du *Trasnoit* Monachus Bonessiensis, Martyrium Pauli Lamps, his verbis:

In pago de *Ramelie*, passio Pauli *Lamps* Mechliniensis, Monasterij Bonessiensis, Ordinis Cisterciensis Monachi, humilitate & obedientia illustris. Hic cum anno quingentesimo sexagesimo octavo suprà millesimum, ab Arausicano Principe Bonessiense Cœnobium flammis absumeretur, fuga sibi consulens in vicum *Ramelie*, ab hæreticis comprehensus est: quem illicò in odium sacerdotij & religionis, habitu ipso monachali indutum, cruci admovent, laqueoque adstringunt, ac indignantes, quod citius è vita abripi hac ratione non posset, sclopetis frequentibus exoneratis eum misere trajiciunt, donec spiritum Deo Creatori suo redderet, æternum victurus in gloria. Sacrum ejus cadaver postea, in cœmiterio memorati pagi, telluri mandatum est. *Hæc ibi.*

Cæterum prædictus Joannes Blondeau, scribit quoque locum hunc tangentia ea quæ sequuntur, ex Repertorio tabularum Namurcensium, uti præfatur.

En l'accord fait de la terre *d'Aiseaux* & autres, l'an 1333. entre Jean Ducq de Brabant, & Jean Comte de Namur, le Ducq ceda tout le droict & action que luy & ses gens de *Ramelies* pouvoient avoir aux Warrissaix, gisants prez de la maison de Messire Wautier de *Iuppleu*, que l'on dit la *Wissourde*. . . . . sur *Mehaigne* lesquels ledit Comte tenoit en fief du Ducq.

CAPVT IV.

De Monasterio Bonessiensi Ordinis Cisterciensis Abbatia.

Bonessiense Monasterium in Comitatu Namurcensi anno 1240. in usum monialium est excitatum, & anno 1245. ab *Innocentio IV.* Pontifice confirmatum. Anno autem 1263. *à Guidone* Comite Namurcensi primum in novi ædificij fundamentis saxum est collocatum. Anno 1461. mandato Capituli Generalis Cisterciensis, & uxoris Philippi Boni Burgundiæ Belgijque Principis hortatu, virgines ejus loci per Iardinetanum & Molinensem Abbates in Ordinem sunt redactæ. Itaque cedente Abbatissa, & monialibus ad varia Cœnobia dimissis, Monachi sunt introducti; primusque illis Abbas datus, *Petrus Multorius* Alostanus, qui nono præfecturæ anno è vita decessit, anno 1470. Ex ejus loci archivis hæc habeto. *Ita Miræus in Chron. Cist.*

CAPVT V.

De Dominio & Pago Foux sive Folz.

FVgium, eadem periodo qua Gestum ad Pontem Geronis descriptum à Gramaio, dedimus capite primo, hic proferemus ea quæ de hoc Dominio habentur in Calendario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ conscripto de Toparchijs pigneratis, repigneratis & venditis seu in perpetuum abalienatis, suntque ista:

Foulz fut engagé le 20. d'Aoust 1630. au Conseiller Maes pour 800. flor.

Et vendu absolument le 4. Iuillet 1648. au Baron de Iauche pour autres mille deux cent flor.

Neque omittenda sunt quæ scribit Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-brabantia, de hoc pago; idque ut præfatur ex Jacobo Hemricourt Equite S. Joannis Hierosolymitani; fol. 336. & 361.

Du commencement de la guerre entre les familles d'Awans & de Waroux, fut tué Gille de Foux en Brabant, & un Escuyer nommé La Truye de Foux: ce Gille estoit fils de Messire Eustache Franchome, de Holgnoul, & avoit un petit Chasteau à Foux, dont la Cour estoit fermée de murailles de terre, que les Hasbignons ont accoustumé de faire de la hauteur de six pieds, & vers la campagne le long du chemin, il y avoit un fossé large de xiv. pieds ou environ, ou il se tenoit avec ses trois freres, & quelque garnison, d'ou ils incommodoient leur partys contraires, qu'ils bravoient bien souvent, & s'en lassoient approcher de bien prés, & se sentans trop foibles, ils se retiroient vers leur Chasteau, prenoient leur course, non pas du costé de la porte, mais vers la muraille, & des qu'ils estoient prés du fossé, ils mettoient le bout de leur espée à terre, & sautoient prestement par dela ledit fossé, & la muraille du jardin, ce que nul autre pouvoit faire; & ce qu'ils feirent si souvent, qu'ils en fatiguerent leurs ennemis, qui cesserent de les plus chercher; voyant qu'ils ne les pouvoient surprendre.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Hedenge sive Hedinge.

POstquam Gramaius scripsisset Ramiliam partim Principis esse partimque Jacheæ Baronis, subjungit; *ejusdem Baronis & domicelli Bomaliensis peculium esse solet vicina Hedinia.*

Joannes B*londeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de hac Toparchia, ita fatur:

Hedinges, est un hameau de la Paroiche d'Autre-Eglise ou Hauteglise, appartenoit cy-devant en partie au Baron de *Iauche* avec la haute justice, & en partie à Iean de Bommale; *Butkens* trouve soub le regne du Ducq Godefroid III. *Gerard de Hedinge*, entre les Gentilshommes.

Le Chapitre de St. Fueillen à *Fosse*, y at une Cour Fonciere, Mayeur, Eschevins & Sergeant.

Cæterum, in Regestis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, legitur:

Hedenge fust engagé le 5. d'Aoust 1626. au Conseiller Gerlaix pour 1200. flor.

Et vendué absolument le 4. Iuillet 1648. au Baron de Iauche pour autres mille huit cent florins.

CAPVT VII.


De Dominio & Pago Mont S. André.

MOns S. *Andreæ* quamvis non sit hujus Præfecturæ, utpotè terra libera, tamen propter loci vicinitatem, ejus meminisse oportet. Dabimusque ea quæ nacti sumus, in Commentarijs Ioannis Blondeau, conscriptis de Gallo-Brabantia:

Le Chapitre de S. Lambert à Liege, est Seigneur de Mont St. André, & le Baron de Iauche haut Voué hereditair. On tient que cette terre a esté du patrimoine de S. Lambert, & est comptée entre les franches à cause que le Ducq n'y leve aucunes tailles ny subsides, combien que les hommes luy appartienent.

Cæterum, de Dominijs & Terris liberis, obiter scripsimus lib. secundo, earumque nomenclaturam inibi dedimus, cap. xi.

PRÆFECTURÆ GIACHEÆ SIVE JASSÆ.
CAPUT I.



De Dominio, Baronatu & Pago Iauche.

AD meridionalem Brabantiæ oram, quæ vergit ad agrum Namurcensem, situs est Baronatus *Iauche*, inter veteres Brabantiæ recensitus, meminit eius Gramaius his verbis.

Toparchiæ huic à cognomine fluvio inditum nomen. *Gallis Iauche teutonibus* ghete *vocatur.*

Toparchas inter Brabantiæ & Primates Hasbaniæ fuisse & quidem non ultimi nominis arguit Idæ Boloniensis diploma ubi inter testes & quidem nobiles & quidem primos recensetur *Godschalcus de Ghiace, anno* 1096. *Diploma est donationis Genappiensis Affligino facta.*

Bellis illustres fuisse docet Gerardus Iaceanus sub Godefrido Barbato, & alter ejusdem nominis. Consilio Gerardus & Robertus tempore Ioannis primi. Ado sub Godefrido III. anno 1156.

Cæterum, ut est obscura omnis antiquitas & inprimis, nostra an in unâ stirpe permanserint usque ad annum 1312. definire nequeo, cum de more Brabantico nomini Christiano solum Dominij subjungant cognomen.

Primus cujus hactenus familiam discernere potui, Ioannes de *Loon* D. de *Agimont*, & Walem, (forte Valhain) Baro Iacheæ. *an.* 1371. *Ex diplomate Lovaniensi cujus meminit Divaus.*

Libri curiæ feudalis paulo post incipiunt ab Ægidio Ægidij Iacensis quondam Domini de Hierge filio, anno tamen non addito, quem tamen facile est colligere cum legamus testem laudari *Ægidium de Iauche, an.* 1422.

Denique perseveravit & defecit hic loci stemma hoc modo.

Iacobo de Iache Ægidius, *an.* 1457. *Professus est beneficium* (ita patet ex curiæ feudorum codice) pater fuit, aut (ut Genearum collectores) Iacobus alter, mater Dympna Grimbergensis, frater Razo ad D. Lamberti Leodiorum Canonicus, soror Ioanna *Wilhelmo* Domino *de Widoe* nupta, Uxor Margareta Herlaria, proles Anna, & Ioannes qui Baronatum vendere instituit; sed intervenientibus liberis Ioannæ, *an.* 1505.

 Quorum

Quorum Margareta Ioanni de Coultreau, altera Godefrido de Davre Domino de Lismael. Illa cum filio Michaële beneficium professa stirpem hanc in jus & possessionem Dominij transtulit, *an.* 1517.

Prætorium Iacheæ fuit olim insigne & mediocriter munitum, per hæc bella devastatum.

Labitur hîc fluvius ejusdem nominis, qui justo hinc spacio oritur & Hogardiam Thenasque secans, Leewam dividit, & ulterius in Demeram se effundit.

Iacheæ tam quoad situm quam nomen affines pagi *Mont-Iachle & Iachiola.* Ille suum agnoscens Toparcham.

Nec omittenda quæ de Giacheæ Baronatu, habentur in Iurisprudentia Heroica, Articulo VII. pag 292. & seq.

GIACHEA Gallis, *Iauche*, nobis *Ghete*, à cognomine fluvio inditum nomen habet, qui justo hinc spatio oritur, & Hogardiam, Thenasque secans Leeuwam dividit, & ulterius in Demeram se effundit. Arcem habet splendidam & prætorium insigne, pluresque continet non infimæ notæ pagos: Montem Giacheam, Aute-Eglise, Jauchelette, Ezemal, Bomale & Nilum Sancti Martini, imo & non ita pridem pluribus alijs dominijs augmentata, ut sunt Jaindraing, Jaindrineul, Hesdenge, Foulx, Ramelies pro parte, Suprema Advocatia montis Sancti Adriani, Attencourt, Bevinghen, & Nieukercke. Continet & Abbatiam Virginum de Ramiea fundatam à Gerardo Domino de Iauche anno 1216. qui quod esset in ramoso virgulto, Ramiea nomen obtinuit, gallicè, *Ramée* sive *Ramey*. Diploma hujus fundationis quod in Abbatia reservatur, incipit his verbis GIRARS *par la grace de Dieu Sires de Iauche*. Aliud extat diploma Maximiliani & Mariæ Ducum Brabantiæ, in quo IACOBUM Dominum de IAUCHE appellant Fidelem Militem & Cognatum. Hinc videre est Toparchas inter Brabantiæ & Hasbaniæ primates fuisse, & quidem non ultimi nominis. Quod & arguit Idæ Coloniensis Diploma, ubi inter testes nobiles & quidem primos recensetur Godscalcus de Ghiace. Multisque sæculis hoc Dominium apud gentiles sui nominis continuasse, exploratum est. JOANNA de JAUCHE Ægidij, vel ut alij, Jacobi & Dympnæ Grimbergensis filia, Wilhelmo Domino de Wideux nupsit, quorum filia MARGARETA DE WIDEUX JOANNI DE COTEREAU elocata, vendito à JOANNE DE JAUCHE præfato Baronatu, illum jure retractûs anno 1517. revindicavit, & ad posteros & descendentes suos ex præfato JOANNE DE COTEREAU transmisit. Erat is JOANNES ROBERTI DE COTEREAU militis & JOANNÆ de BAYART filius, illius inquam Roberti qui prælio Montleriaco Principi nostro Carolo Audaci anno 1465. quem circumventum Galli ad deditionem urgebant, salutis fuit auctor, & robusto invectus equo per medium coronæ Gallicæ agmen perrumpens, hostem manu Principi, imminentem, summâ vi retrocedere coëgit, magnaque editâ strage, præsente Dominum discrimine liberavit: qui vicissim immensæ virtutis ergò præfecturâ illum feudorum Brabantiæ, nobilissimo & amplissimo cumprimis munere, atque Equestri insuper Baltheo extemplò donavit. Ioanni successit filius Ioannes alter, qui ex Catharina de Brandenbourch reliquit Guilielmum, Marchionis GUILIELMI ex Maria de Cotereau patrem. *Hæc ibi*, sed perperam scribitur suprà *S. Adriani* cum *Andreæ* dici debeat, nec non, Idæ *Coloniensis*, cum *Boloniensis* sit.

Extraict hors le Cheff Registre du Quartier de Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve soubs la Capitulation de Iauche Mont-Iauche, Iouthain l'Evesque, Foul folio clxj. recto ce que s'ensuit.

GUillaume de Cottreau fils aisné, onziesme de Mars mil six cent vingt & ung par le trespas & suivant le testament de feu Messire Guillaume de Cottreau en son vivant Baron de Iauche son Pere soubsescript.

Messire Guillaume de Cottreau Baron de Iauche le vingt-uniesme d'Octobre mil six cent seize, par le trespas de feu Iean de Cottreau son frere un des Enfans soubs nomez.

Les Enfans de feu Monsieur de Iauche soubsescript assavoir celuy qui sera trouvé selon son testament estre proprietaire par le trespas dudit Sr. de Iauche leur Pere le xvj. jour de Feburier l'an xv.c lxj.

Iehan Cottreau le vingt quattriesme jour de Decembre l'an xv.c vingt & ung par le trespas de feu Michiel Cottreau son frere soubsescript.

Michiel Cottreau le sixiesme jour de Mars l'an xv.c xvij. par le trespas de feüe Dame Margueriete Vrouwe *van Wydoe* mits narderscape x. Decembris anno xv.c ende seventhien.

Iehan de Iauche le vingt uniesme jour de Mars l'an xv.c xxv. par le trespas de feu Messire Iaques son Pere.

Iacques Seigneur de Iauche moindre d'ans le dixhuictiesme Iour de May l'an xiiij.c lvij. par le trespas de feu Gielijs Seigneur de Iauche son Pere.

Gillis Seigneur de Iauche son filz.

Iaque de Iauche son filz.

Messire Gillis filz Messire Gille de Iauche jadit Sire de Hierge tient le Ville & le terre de Iauche avecq ses appartenances si avant qu'elle meut en fief du Duc de Brabant.

Hæc ex præfato tabulario: in quo antiquissimos Giacheæ Dominos, non invenimus notatos. Porrò, dum omnia quæ collegimus perlustramus, reperimus extare *Molhaniæ*, in medio Chori Canonicorum, epitaphium tale.

Chi gist nobles homme Iehans Sire de Iauche & de Hierges, qui trespassat l'an M.CCC.LIX. *pryez pour l'arme de li.*

Sepul-

Sepulchrali lapidi incisa priscæ armaturæ militis imago, simplicibus linearum ductibus effigiata, & ad utrumque latus gentilitia insignia.

Cæterum, Ecclesia *Molbaniensis*, est ex vetustissimis, agri Leodiensis, non procul à Giveto sita, inque ea visuntur plura nobilium sepulchralia monumenta, de quibus in tempore memorabitur.

Denique, pristinorum Gacheæ Toparcharum, loco non uno, meminit Hemricurtius, in speculo nobilium Hasbaniæ, testaturque cap. XX. pag. 255. quædam prædia feudali nexu Toparchis olim obnoxia, soluta fuisse. Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de Giachea, ita fatur.

La Terre & Seigneurie de Iauche, Iausse, Iache, ou Iasse ancienne Baronie de Brabant à print son nom de la petitte Riviere qui l'arrouse, & qui ayant coulé par Hougaerde, Tillemont, & par le milieu de Leewe, & puis traverse une partie de la Hasbaye, se vat descharger dans la Riviere de Demer pres de Halen.

Les membres qui composent sa Baronie sont les Villages d'Esmael, Iodoigne Souveraine, Iauchelette, Autreglise, Iandrain le Heru, Ramelies, Foulx, & Geesteau.

Il y at un Chasteau de defence, duquel les Estats des Provinces unies s'estant saisi l'an 1645. & y mit garnison, ont fort incommodé le Wallon-Brabant, & Comté de Namur, & faict estendre leur contributions. Les Seigneurs qui en ont porté le nom & les armes (qui sont de gueule à la fasce d'or) ont tousiours tenu rang entre les plus Illustres & puissantes familles du Pays. Une de ses branches fut transplantée en Haynau par l'alliance que Renier Seigneur de Iauche fit avec Ide fille de Gosuvin Pair de Mons, qui par ce mariage fut Seigneur de Baudour & Pair de Haynau vers l'an 1150. la posterité duquel continue encor de Pere en fils en la personne de Iean Francois de Iauche Comté de Mastain Seigneur de Herimez, Brugelette, Crushauthen, &c. allié à Dame Marie Francoise d'Estourmel, la branche restée en Brabant estante passé longues années tombée en quenoüille, comme je remarqueray tantost: au reste on trouve entre les anciens Seigneurs de cette famille Godescal de Iauche qui l'an 1096. signa entre autres la donation qu'Ide Comtesse de Boulogne fit à l'Abbayé d'Afflighem. L'an 1156. vivoit Adon de Iauche. L'an 1179. Renier de *Geta* signa le Traitté de mariage d'Henry fils du Duc Godefroid, & de Mechtilde Niepce de Philippe Comte de Flandre. Godefroid de Iauche vaillant Guerrier vivoit soubs le Duc Godefroid le Barbu, & en mesme temps Godeschalc, Hilduin, & Renier Sires de Jausse. Gerard de Jacia signe l'accord fait entre le Duc Henri I. & Othon Comte de Gueldre, & fut l'an 1206. un des Ostages denommez par ledit Duc, en celuy qu'il fit avec Louis Comte de Loz. Soubs Henry II. Gerard Seigneur de Iauche, Hierges, Gomignies &c. Soubs Henry III. Gerard III. Seigneur de Iauche, Hierges, Baudour, Bioul &c. & Iean de Iausse. Soubs Iean I. Robert & Gerard IIII. Seigneur de Iausse, Iean, & Erard ses freres, lequel Gerard avant la bataille de Vaurung fut crée Chlr. par le Duc Jean I. Soubs Jean III. Florissoit Gille de Jausse Seigneur de Hierges, Blioul &c. Soubs le Duchesse Jeanne Gerard Seigneur de Jausse, Hierges, & Bioul, & Jacques son fils, desquels je laisse la genealogie à esplucher à autres qui ont plus de loisir & delumiere que moy.

Les Rechercheurs curieux trouveront que cette Terre est depuis tombée dans la famille de Loz, mais comme je n'en peu precisement designer le temps, n'y comment que cela auroit esté faict, je me contenteray de dire que vers l'an 1372. Jean de Loz Seigneur d'Agimont & de Walhain, se trouve d'en avoir porté le tiltre, se trouvant pareillement, que l'an 1390. Gille Sire de Jauche, Hierges, Bioul associé de Iean Sire de Heinsberg, & d'Englebert de la Marche Seigneur de Louverval, & autres malcontens, vinrent brusler la Ville d'Issche, d'ou ils emenerent un grand butin.

Je ne scay si ce fut ce Gille, qui laissa Jacques & Jeanne de Iausse, qui espousa Guillaume Seigneur de Widoe, qui procreerent Gille de Wideux, ou de Widoe, qui fut Baron de Iausse, dont Margaritte leur fille fut heritiere de Iausse, Widoe, Estraye &c. laquelle fut conjoincte à Iean de Cottereau Seigneur d'Assche, Piseulx &c. fils de Iean & de Margarite de Hardewych, & procreerent Iean Baron de Iausse allié à Catharinne de Brandenbourg, fille de Thiery, & d'Isabeau de Herbais (fille de Pierre & d'Henriette d'Immersel) desquels est issu Iean Baron de Iausse Seigner de Piseulx, Wiet, Estraye &c.



Ppp CAPUT II.

CAPVT II.

De Dominio & Pago Iodoigne la Souveraine sive Superaine.

GEldonia Superior fortè à situ. Hinc enim Geta fluvius in urbem delabitur. Et dubitavi aliquando an non à Getæ aquis, Geldenacum sortiatur appellationem : cum Aquas germanicè *Aken* efferri doceat Aquensis urbs, & cætera non longè à mente recedant & etymo. Non dissimulandum tamen in veteribus registris appellari hanc quidem *Iodoigne la Souveraine*, urbem verò *Iodoigne le Marché ville & Franchise*, id est Geldonia fori aut municipium.

Illius res sacra à Collegio D. Petri Leod. pendet, profana etiam, nisi quà Glymenses suos habent terminos. Hactenus Gramaius, in Geldonia pag. 7.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet ista :

Comme je trouve és Registres Feodaux de la Dame de Nivelle, que l'an 1419. Harriaul fils de feu Messire Iacques de Iodoigne Souveraine, releva quelque fief mouvant d'elle à Iaucellet : je doute si l'ancienne famille de Iodoigne n'auroit pas prins le nom de ce lieu.

Au reste l'epithete de souveraine qu'elle porte à la distinction de la Ville, qu'anciennement estoit exprimée, par le nom de Iodoigne le Marché : procede à mon advis de la situation de ce lieu, qui est notablement plus eslevé que la Ville, & fut appellé *Iodoigne Dissentraine*, ce qu'en ancien langage signifioit superieure dont par corruption de langage est procedé le nom de Souveraine.

Le Chapitre de S. Pierre à Liege, à la Seigneurie tres-fonciere à Iodoigne la Souveraine, Orbais & là à l'entour, y constitue Mayeur, sept Eschevins & un Sergeant, qui ont un pasté annuel à cause qu'ils sont obligez de vacquer à la perception des cens Seigneuriaux. Au defaut de payement desquels, le Receveur dudit Chapitre, fait seulement deux faultes, à deux plaids generaux consecutifs, qui se tiennent l'endemain des Rois, de la Pasque Close & de S. Remy. Chaque bonnier de terre qui en est mouvant, doit un livrier d'avoine, qui est un demy stier, dont les deux font le stier dixmier, desquels dix font un muid, & en argent six Liegeois ou quarts, dont les six font un pattard & demy, monnoye de Brabant. *Ex Regist.* il y a aussi la Cour de Jauce à Iodoigne Souveraine.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Iauchelette.

IOannes *Blondeau* Syndicus Nivellensis, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de pago hoc scribit, his verbis :

Le Village de *Iauchelette*, situé à une demie heure de Iudoigne, appartient à la Dame Abbesse de Nivelle, laquelle y establit Bailly, Mayeur, Eschevins & Sergeant. Elle y leve cens Seigneuriaux & a divers fiefs qui relevent d'elle : La Cure est pareillement de sa collation : & ce que je ne peu pas obmettre pour sa singularité, est que dans ce lieu il y a douze courtils, qui doivent des chappons à ladite Dame, lesquels ilz sont obligez de porter à Nivelle, & en ont en revange un stier de bled à recevoir, & le Mayeur est tenu de donner au porteur d'iceux un pain & un fromage.

Le Baron de Iausse y a la hauteur, & ce Village est compté entre ceux qui composent sa Baronnie.

L'Abbaye de la Ramée fut fondée soub cette Paroiche, par Helwide Abbesse de Nivelle, & comme son chapitre a des tres-belles vignobles situées sur la Riviere du Rhyn, ou il souloit envoyer tous les ans des Commis deputez de son corps, pour en faire la recolte ou vendenge, qui avoient droict de giste en passant par la Ramée, Il fut convenu l'an . . . . pardevant les Eschevins de Iauchellette, que les Commissairs du Rhin, sçavoir deux Chanoines & deux Damoiselles, ou tous les quatres ensemble, avec leur suitte, auroient un porcq né le jour de S. Pierre, qui seroit tué à leur arrivée, quatorze poüilles, un . . . . . de fleur, cent & un œuf pour faire un ratton, & une gelde de vin, & quant à leurs chevaux qu'ilz auroient foing & avoine, & littiere jusques au ventre, & à leur depart, l'Abbaye leur doit livrer un messager, qui avec une lanterne & chandelle les doit conduire jusques au pont d'Orp le grand, & illecq leur payer trente six vieux groz. *Ex Registro.*

CAPUT IV.



Rameia Ord. Cist. Abbatia F.

De Monasterio Rameia Monialum Ordinis Cisterciensis Abbatia.

Gramaius in Baronatu Giachensi: Huc referenda, inquit, Cisterciensis instituti Abbatia feminea, illa quidem primitus in *Kerkum*, loco ab Abbate S. Cornelij Indensis (sic arbitror, quia ei etiam nunc censum pendit) accepto fundata, ubi veteris Cœnobij & murorum vestigia conspiciuntur. Sed cum aucto Virginum numero, & aquæ defectu locus ineptus judicaretur, loco per Helwidem Abbatissam Nivellensem, *quæ anno* 1215. *obijt*, & Gerardum Toparcham, qui anno 1216. obijt, donato, claustrum cum Ecclesia extruxerunt. Anno 1501. Virgines cum antea more aliarum liberius & ferè seorsim viverent, rigidiorem disciplinæ modum amplexæ sunt.

Cœnobium hoc, nulli totâ Brabantiâ facilè cessurum sive amplitudinem spectes, sive situm, sive quid aliud commendabile. Locus in sylvæ secreto sacris usibus convenienti; ædificia ab annis centum amplitudine & specie eximia ad ornari cœpta, porticibus, officinis, & fontibus eleganter instructa. Numerus Virginum excedit hoc exulcerato tempore sexagenarium.

Sanctimoniales vitæ sanctitate & miraculis claræ fuerunt Ida Nivellensis, & altera Ida Leewensis, insuper Beatrix illa Nazarethi prope Lyram fundatrix.

Tumulo illati hîc Barones aliquot, & extant saxa sepulchralia & Tumulus unus, sed literæ ob vetustatem & epigraphe perijt.

Ex Registro, veteri libello diplomatum, Diario defunctorum, & alijs per D. Virginum Antistitam mihi communicatis. Hæc ibi.

Queri possit ubinam locus ille *Kerkum* sive *Kerckhem* situs sit, cum pagi hujus nominis reperiantur in Brabantia & in agro Leodiensi circa Trudonopolim, sed præfatus Gramaius in descriptione Thenarum agens de Præfectura Cumptichensi, Kerkemum, inquit, *Indensis* Abbatiæ, Birennum Equitum Ierosolimitanorum Ecclesiam habens, illud ob Abbatiam Cisterciensem olim fundatam & in Rameiam translatam, hoc ob commendatorem ibi residere solitum notius evadit. In hoc jus jurisdictionemque summam Franciscus Baillet ce-

dente Rege obtinuit anno 1562. & Bailletiæ matri Florentius Hoon in hæc bona successit, anno 1596. In illo Indenses suum habent peculium.

Aubertus Miræus in Chronico Cisterciensi pag. 209. *Rameia*, inquit, Virginum Abbatia stetit primitus in vico *Kerckum* sive *Kerckehem* sesqui miliari à Lovanio &c.

Augustinus Wichmans in Brabantiâ Mariana lib. 3. cap. 14. Fuse agit de Rameia scribitque Monasterium hoc fuerat in *Kerckum* sive *Kerckehem* pago circa Thenas &c.

De Dominio *Kerckhem* legitur in Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ; *Kerckhem avec le hameau de Byvoorden at esté engagé le 17. d'Aoust 1630. pour 2000. florins.*

Et vendu absolument le 27. de Decembre 1648. au Sr. Arnoud de Raet, pour autres deux mille florins.

CAPUT V.

De Dominio & Pago Bommale.

HAud procul à Monasterio Rameia, situm est Dominium Bommale; de pristinis Dominis legitur in Prœlio Woringano pag. 156. *Oda de Dongelberge, nupsit Ioanni Domino de Bommale, relequit Ludovicum, Ioannem & Odam. Vixit vidua anno* 1430.

In pago hoc ortus Ioannes à Bommalia scriptis clarus, quæ recensentur in Bibliotheca Belgica Valeri Andreæ, qui ejus meminit his verbis. Ioannes à Bommalia (qui Brabantiæ vicus est, non procul Geldenaco) Ordinis Prædicatorum, Doctor Theologus Lovaniensis, & hæreticæ pravitatis Inquisitor à Gregorio XI. Pontifice constitutus floruit anno 1471. &c.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet sequentia:

Bomale at esté l'appenage d'un cadet de Walhain, qui fut le tige de la famille de ce nom, ses successeurs ayant retenu le nom de Bomale. La derniere hoire de cette famille fut Ode de Bomale Dame de ce lieu, qui le porta en mariage à Iacques d'Harchies, duquel est issu Jacques Baron d'Harchies, Seigneur de Bomale &c. qui d'Isabeau d'Aspermont procrea Jacques Baron d'Harchies, Seigneur de Bomale, Guissenies &c. allié à Marguerite fille heritiere de Philippe de Wissocq.

De l'ancienne famille, je trouve Iean Seigneur de Bomale, qui d'Ode fille de Louys de Dongelberghe procrea Louys, Jean & Ode, qui estoit vefve l'an 1430. Voyez Butkens en la genealogie de Wavre, Dongelberghe.

Paraphrastes Prœlij Woringani prædictis astipulatur, dum ait pag. 125. Arnoldus D. de Walhain, qui vixit anno 1199. reliquit Jacobum, Dominum insuper de *Boulier*, aut *Bonlez*, & tertium Dominum de *Corbais*, ex secundo prodiere Ægidius, Orolius, & Jacobus milites qui plurimarum familiarum auctores fuerunt, in Gallica Brabantia, quas diversa nomina & insignia distinxerunt, ut *Rupemont*, *Bommale*, *Boulier*, & *Bossuyt* &c.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Bommelette.

IOannes *Blondeau* postquam descripsisset Dominium *Bomale* uti ostendimus capite præcedenti, subjungit: *Bommelette*, est un diminutif de Bomal, & un hameau assez considerable, situé soub sa Paroiche, tirant du costé de l'Abbaye de la Ramée, qui vers l'an 1300. appartenoit à la famille de Vander Tomme. Carp. fol. 228. Les plus recents Seigneurs semblent avoir esté de la maison de Marnesse, car Paul de Steenlandt fils de Philippe & Marguerite vanden Eede, espousa Anne vander Linden, fille de Jean Chlr. & de Catharine de Marnesse Dame de Bommelette, qui procréerent Marie de Steenlandt Dame de Bommelette, laquelle fut alliée à François de S. Victor Chlr. decedé 18. Octob. 1596. qui estoit fils de François de S. Victor Chlr. & d'Anne de Chincilla Figueroa desquels est issu François de S. Victor Chlr. Seigneur de Bommelette.

Jean Seigneur de Dongelberghe, Serain, Bommelette; decedé l'an 1449. avoit un frere nommé Pierre qui portoit le tiltre de Seigneur de Bommelette, par acquest qu'il en avoit fait le 16. Decembre 1435. mais retourna à son frere estant venu à deceder sans hoirs legitimes: ce Pierre par lettres du 15. Avril 1443. laissa un muid de forment à l'Eglise d'Incourt pour son anniversaire & sepulture.

Prædicta desumpsit præfatus scriptor, ex paraphraste prœlij Woringani qui pag. 156. ita habet.

Petrus de Dongelberge, Dominus de Bommalettes, quod acquisivit 16. Decemb. anno 1435. obijt non relictis legitimis liberis. Litteris datis 15. Aprilis reliquit Ecclesiæ d'Incourt modium frumenti annui census pro anniversario & sepultura sua ibidem.

CAPUT VII.

CAPUT VII.

De Dominio & Pago Autreglise sive Hauteglise.

CEnsetur hoc Dominium pars Baronatus Jacheensis, uti patuit cap. primo: verum quo jure quove anno ei accesserit necdum nobis compertum. Meminit eius Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribitque: Autreglise est reputée la plus ancienne Paroiche du Quartier de Iudogne: & la tradition est, que ce nom luy seroit demeuré pour estre une des deux premieres du Wallon-Brabant, & ce qui n'en est pas un petit tesmoingnage est que tous les Villages du voisinage y viennent aux Rogations.

Il y at une image de de Nostre Dame que ceux des quartiers voisins honnorent grandement, & une confrerie erigée à son honneur que le Pape Clement VIII. decora de grands pardons & indulgences, qui furent confirmées & augmentées par Paul V. le 30. d'Octobre 1609.

La Seigneurie appartient au Baron de Iausse.

Meminit quoque præfatæ imaginis Deiparæ Augustinus Wichmans in Brabantia Mariana lib. 2. cap. 47. verba eius ipsa ponemus.

Quamvis pleraque primitivæ nostræ Christianitatis antiqua vestigia, per frequentes barbarorum in Belgium irruptiones extincta sint, vel penitus obscurata: non omnis tamen nostra gloria ivit in favillas, sed nonnulla hinc inde, etiam in Brabantiâ nostrâ eius supersunt non fallacia monumenta, &c. Inter hujusmodi sacra Loca, recensenda venit Ecclesia Mariana in Gallo-Brabantiâ supra Geldoniam, Namurcum versus sita, vulgò *Nostre Dame d'autre l'Eglise*, quasi dixeris, *Divâ Virgo alterius Ecclesiæ*; quod cognomen etiam pago in quo sita est, adhæsit, vernaculè, *Autre-Eglise.*

Constans verò & firma traditio est, Ecclesiam hanc à D. Materno Tungrensium Episcopo, & Belgarum, imò & ipsius Brabantiæ primo Apostolo, in honorem sanctissimæ Dei-paræ fuisse consecratam, prout etiam antiquæ eius Ecclesiæ tabulæ atque inscriptiones, clarè significant. Inter cetera Gallici hi leguntur ibidem vetusti sæculi & stili versiculi:

Du temps de S. Matern en l'an III. *& huit*
Florissant lors au monde, jusque à cent & XXVIII.
En ceste l'Eglise presente at esté erigée,
Et n'at la terre Belgicque, plus ancienne renommée.
Autre-Eglise *port son nom, en plusieurs lieux redonde;*
Car apres ceste de Tungre, ceste icelle la seconde.

Et iterum eòdem facientia bina hæc disticha, prædictos versus quasi explicantia.

Creditur hoc Templum Materni *tempore structum.*
Non magis antiquum Belgica terra tenet.
Hic locus est (sic nos docuit non falsa vetustas)
In quo post Tungros Altera Sacra viget.

Itaque quòd præter illam Marianam Tungrensem, nulla alia in his partibus esset Ecclesia; dicta fuit hæc, *Altera*, sive, *Secunda Ecclesia.* Quibus confirmandis ipsa structura suffragatur, quæ summam præ se fert vetustatem, & longævæ ætatis non obscura vestigia, præter turrim, quæ paucis ab annis vi turbinis dejecta, ad modum & formam præsentis hujus sæculi est erecta. Sanè D. Maternum in hoc tractu verbum Fidei prædicasse, & Ecclesias plures in honorem Dei-paræ consecrasse, multis suprà l. 1. c. 4. à me fuit demonstratum: ut non sit mirum vel paradoxum, si etiam hoc in loco idem fecerit; maximè tot sæculorum traditione, alijsque testimonijs suffragantibus. *Traditio est*, inquit Chrysostomus, *nihil aliud quæras.*

Imago Dei-paræ quæ in hâc Ecclesiâ colitur, & miraculis admodùm gloriosa est, quatuor pedum longitudinem non excedit: ad quam numerosissimus populi confluxus & peregrinatio. Singulariter autem ab herniosis invocatur, ijsdemque sanitatem & consolationem solet inpartiri. Sed potissimùm pro infantibus ne in utero extinguantur, vel extincti in lucem editi, ut reviviscant, ejus patrocinium consuevit hîc inplorari.

Cæterùm quod ad *Alteram Ecclesiam* spectat, gaudet ea Marianâ Sodalitate à diversis Pontificibus confirmatâ, eorumque largis Indulgentijs dotatâ; sicut & parte *vestimenti* B. Virginis Mariæ, ac Crucis Dominicæ, de quâ salus mundi pependit; nec non etiam plurium aliorum Sanctorum: quorum omnium sacrorum pignorum syllabus ibidem conspicitur. Sed & insuper ex ejusdem Ecclesiæ Archivis hæc habeto: *Quidam frater Albertus de Coloniâ Ordinis Fratrum Prædicatorum, Episcopus olim Ecclesiæ Ratisponensis, requiescit in Ecclesiâ beatæ Mariæ de Alterâ Ecclesiâ.* Albertum Magnum hunc esse liceret adseverare, nisi Abrahamus Bzovius in suis, ad Baronij, Annalibus continuatis, pluribus adsereret, eum diem extremum obijsse Coloniæ, Episcopatu anteà de consensu Romani Pontificis derelicto. Fuisse interim eximium Dei-paræ cultorem, ex eodem Bzovio constat: à quâ etiam in susceptæ Religionis proposito, de quo deferendo, jam nimis-quam ob ingenij hebetudinem deliberaverat, mirabiliter de cœlo fuit corroboratus, & admonitus, quòd circa vitæ extremum,

memoriæ lapsum esset passurus. Quod eidem quoque contigit, in pleno auditorio, omnium antè scitorum planè oblitus, subitò obmutescens.

Illud nihilominùs ex nostratium Historicorum fidelioribus scriptis unanimi consensu absque contradictione habemus, Albertum Magnum Brabantinas hasce partes peragrasse, in ijsque non obscura sui vestigia reliquisse. Ita enim Iustus Lipsius l.2. Lovanij à se descripti, cap.16. *Fama tenet Albertum Magnum Ratisponensem Episcopum huc venisse* (Lovanium scilicet) *& altaria quadam in anteriore templo sacrasse anno* 1276. Et Scribanius in Originibus suis Antverpianis, ijsdem pænè verbis de Templo Dominicanorum Antverp. hæc ait: *Fama tenet Albertum Magnum Ratisponensem Episcopum anno* 1271. *illud sacrasse.* Sed mirandum quod subdit Lipsius: *Aiunt & discipulum eius, inclytum illum D. Thomam Aquinatem comitem fuisse; qui & Lovanij traditur Evangelium de pulpito cecinisse, quod hodieque Dominicani adservant.* Quomodò enim comes Alberto fuisse potuit divus Thomas Aquinas in consecratione istorum Altarium Lovaniensium, qui omnium consensu anno Domini 1274. ex vivis migravit? Nisi dicere velimus, in Antverpiani Templi consecratione cum comitem fuisse, ac deinde hinc iterum discessisse, Alberto Magno apud nos remanente. Quæ omnia istorum curiosis lubens relinquo latiùs discutienda.

CAPUT VIII.

De Dominio & Vico Gesteau.

De loco hoc, commemorat quoque Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, his verbis: La Seigneurie de *Gesteau* est une Cense ou Hameau dependant, si la memoire ne me trompe, de la Paroisse de *Mont S. Audré* ou *Bomale*; contient deux cent quarante sept bonniers de terre. Je la trouve nommée és Registres feodaux de la Dame de Nivelle, ou est denommée une terre censale joindante à S. Leonard de Gesteau, argument infaillible qu'il y at eu quelque Chapelle ou Benefice, & l'on m'asseure qu'il y at à Iauchellet des heritages qui en dependent.

LIBER VII.

Continet Præfecturas Jandraniensem, Orpiensem, Hanutensem & Hanutum Oppidum cum appendicibus.

PRÆFECTURÆ JANDRANIENSIS. CAPUT I.

De Dominio & Pago Jandrain.



Andranium quod vulgus sciolorum *Iandracum* vocat, & annectit vocationi Fabellam. Fuisse nimirum his locis tyrannum aut certè prædonem egregium ob efferos mores Draconis nomine celebratum, qui adeo serpentis istius effigiem scuto & ostio suis inscriptam præferebat, & denique animo & vita in melius mutatis munificus in vicinum palatio cœnobium, insuper fanum Apostolorum Principi suo ære, suo in prædio constituit.

Etiamsi inveniam Nobiles quosdam cognomento de *Iandraigne* in annalibus nostris, tamen quantum Archiva curiæ referunt Dominium pagi penes Principem mansit (& lege Lovaniensi utitur,) nisi qua vicinus Iacheæ Baro senatum constituit & tribunal medij juris. Pastorem dat Abbas Helechemensis. Hactenus Gramaius. *Ex relatu seniorum, ex traditione & codice vetere isthic illi ostenso, vestigijsque palatij, &c.*

Calendarium Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscriptum de Dominijs pigneratis, repigneratis ac venditis memorat quoque *Iandranium* his verbis.

Iandrain & Iandrinoul furent engagez le 17. d'Aoust 1630. à Lovis le Comte dict d'Orville pour 3000. flor.

Et

Et vendu absolument le premier Iuillet 1648. au Baron de Iauche pour autres 4000. flor.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia eadem fere habet quæ Gramaius, additque: La Mayerie de Iandrain est annexée au Tour de Rolle des Archers de Corps du Roy lequel l'an 1630. exposa en vente Iandrain & Iandrinoul en toute Justice.

CAPVT II.

De Dominio & Pago Jandrinoul.

I*Andraniolum*, *Marilia*, & *Amynium* Principis sunt, in sacris Abbam Helechemensem, Abbatissam Ramensem, & Capitulum Fossense patronos habentia. Ita de locis istis Gramaius.

Porrò patuit ex schedis Principis, capite præcedenti exhibitis, Iandraniolum à patrimonio & aula Brabantiæ Ducis fuisse abalienatum anno 1648. emptumque à Iacheæ Barone.

CAPVT III.

De Dominio & Pago Marilles.

IN Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscripto de Toparchijs abalienatis memoratur etiam Marilia.

Marilles fust engagé le 17. d'Aoust 1626. à Cornille de Wytfliet pour 2100. flo.

Et vendu absolument le 26. d'Octobre 1648. à Iacques Druhot pour autres 2500. flo.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, tradit ista.

Le Village de Marilles à donné le nom à une noble famille, de laquelle vers l'an 1330. vivoit en Brabant Iean de Marille Chlr. qui de la fille de Thibaut de Surlet procrea Nicola de Marille & une fille alliée à Wery de Brialmont fils de feu Wery-Guillaume de Chaynée, ce Nicolas epousa la fille d'Arnould de Hemptine Chevalier, de laquelle il avoit des enfans du temps que le Seigneur Chevalier de Hemricourt escrivoit sa chronicque ou Miroir des nobles de Hasbaye.

La hauteur de ce lieu at esté acquise du Roy l'an 1648. par le Sr. Druhotte assez cognu & renommé par sa valeur & experience au fait de la guerre. Il estoit fils de François Capitaine au service de Sa Majeste Bourgongnon de nation & natif de ce lieu aussy bien que son frere esgalement vaillant & genereux.

Le Comte de Riviere at une partie de sa Seigneurie de Goulard, enclavée en Marille, ou il tire cens & rentes sans toutes fois y avoir une Cour.

Le Chapitre de St. Denys à Liege y at une Cour & Seigneurie Fonciere que l'on nomme l'Escholatrie.

Le Sr. Borchgrave Seigneur de Beveringhe y at pareillement une Cour & une Tour nommée la Seigneurie de *Brehain*.

CAPVT IV.

De Dominio & Vico Nodrenge.

IOannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus Toparchiæ, his verbis.

Nodrenge est une Seigneurie enclavée en Brabant, mais appartenente au Chapitre de Liege, procedente du patrimoine des Pere & Mere de S. Lambert; elle est Franche de touttes tailles tant reeles que personnelles, mesme de logement de Soldats quoy que ce la ne s'observe. Elle est située à deux lieux de Thillemont & autant de Hannut, souz la Paroisse de *Marilles* ou *d'Aisnine*. Le Chapitre de Liege y pretend droict de Souveraineté, & donne remission d'homicides & la croyence vulgaire est que c'est terre de Liege, mais que les hommes appartiennent au Duc de Lothier. Elle suit neantmoins la coustume de Louvain & y ressortit, & de la au Conseil de Brabant: ou les habitants du lieu par une resmonstrance qu'ils y firent l'an 1636. disent qu'elle ressortoit auparavant de Liege, & que cela avoit esté changé, lors que le Duc Charles de Bourgongne revoqua de Liege l'ancien ressort du Wallon-Brabant, ensuite du placcart par luy decreté.

CAPUT V.

De Dominio & Pago Molembais St. Pierre.

MOllebasium S. Petri etiam Principem undequaque agnoscit, nisi qua Dominus Linsemaliensis solet suum cum jurisdictione offerre peculium.

Ecclesiæ Abbas Helechemensis providet. Hactenus Gramaius: Istis adjungemus, quæ leguntur in Calendario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ conscripto de Toparchijs abalienatis.

Molembaix S. Pierre & Aymines furent engagez le 3. d'Aoust 1626. à Philippe d'Outremont pour 2600. flor.

Et vendu absolument le 11. de Mars 1648. à Massin de Labbaye pour son Command pour autres 3800. fl.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit quoque Molembasij, his verbis.

La famille issue de ce lieu portoit jadis d'argent à quatre fasces d'azur. Et la Seigneurie appartenoit pour une partie au Duc & pour l'autre au Seigneur de Linsmeaux.

Soub la Duchesse Ienne, Colard Reyneuart en estoit Seigneur l'an 1348. Ernould de Molembais Chlr. transporta à Messire Guillaume Daveles Chlr. 160. vieux escus de rente qu'il tenoit en fief de Ienne Duchesse de Luxembourg sur les fiefs & terres de Bromes & Cypely. *Repertoir* des chartes de Namur.

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Aymines sive Aynines.

PAtuit ex schedis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, exhibitis capite præcedenti, Aymines sive Aynines, Gramaio Amynium, tempore Philippi IV. Hispaniarum & Indiarum Regis abalienatum venditumque Massino *de Labbaye* anno 1648. Porrò cum inibi dicatur prædictum de Labbaye emisse tanquam negotiorum gestor, *pour son Command*, quisnam fuerit verus emptor hactenus ignoramus, inquirendum utique.

CAPVT VII.


De Dominio & Pago Mont-à-Jauche.

IAchea, inquit Gramaius, *tam quoad situm quam nomen affines pagi* MONS JACHEÆ ET JACHIOLA. *Ille suum agnoscens Toparcham.* Mons Jacheæ jampridem Baronatui annexus, comprehenditurque sub hac Jandranienſi Præfectura: Porrò *Iachiola* nostratibus *Iauchelet*, longius inde distat annumeraturque Præfecturæ Jachensi, illicque de pago isto cœnobioque inibi condito, egimus, idcirco huc non reducendus.



PRÆ-





Philippus de Lalaing Hochstratæ Comes et Sombreffiæ Baro, de quo hoc capite facta mentio. quiescit quoque in sepulchro exhibito, pagina præcedenti, uti cænotaphium memoriæ eius positum testatur. Vide Not. Mar. S. R. I. Lib. VII. cap I

PRÆFECTURÆ ORPIENSIS.

CAPUT I.

De Dominio, Monasterijs & Pago Orp le Grand.



RPIUM locus ab antiquo & non uno titulo notus.

Quia nimirum, *an.*698. Alpais Pipini pellex ob sanctissimi Antistitis Lamberti cædem malè sibi conscia & adeo gravi mærore confecta in monasterium hic extructum se conclusit, & protervæ libidinis triumphum perpetui claustri asperitate pensavit. Tumulum eius & inscriptionem *Alpaidis Comitissæ, Conthoralis Pipini Ducis,* ante has turbas fuisse accipi in Ecclesia majori, sed nunc ne vestigium quidem est.

Præter Alpaidem celebris est Orpij memoria S. Adiliæ, quam D. Bavonis sororem suspicor; licet m.s. codices patre Adelrico Duce, avo Lintherico Majore domus Franciæ natam tradunt. Ut ut est Sanctimonialibus hic præfuit & hospitalitati; Et cum ob difficilem montis (in cujus præcipitio situm erat cœnobium) ascensum rariores adventarent peregrini, mutato ipsa domicilio in valle ædem D. Martino (alij tradunt, Ioanni) dedicans misericordiæ operibus totum vitæ spacium impendit, post mortem miraculis clara. *Manuscriptus Rubea-vallis parte 2. vita 3.*

Nec hujus nec superioris monasterij ulla extant vestigia, celebris tantum S. Adiliæ fons, cujus aqua epota multis opem tulit cum morbo luctantibus. Hactenus scriptor ille; Molanus autem testatur, ex historia propriæ Ecclesiæ & narratione Petri Longolij Pastoris ibidem, Adiliam claruisse temporibus Childerici, quem arbitramur fuisse istius nominis secundi, per insidias occisi ut tradunt Annales Francorum anno 679.

Aubertus Miræus in fastis Belgicis & Burgundicis scribens de S. Oduino ad 25. Junij, secundo, inquit, lapide ab Hugardia & à Thenis opido, visitur *Orpium maius*, pagus Brabantiæ celebris, in D. Namurcensi: ubi eadem *Alpais*, ad meliorem frugem conversa, monasterium Virginum fundarat, quod à Normannis aut alijs barbaris eversum putatur. Alpaidis autem tumulus in Orpiensi templo Parochiali, retro aram Deiparæ anno 1618. est inventus. *Hac ibi.*

Annales Francorum ab anno 714. usque ad annum 883. ab anonymo, sed vetusto auctore scripti, & à Petro Pithæo editi, tradunt Pipinum prædicto anno 714. mense Decembri Jopiliæ exspirasse, Calorumque filium ex Alpaide procreatum suorum principatuum scripsisse hæredem.

Astipulatur Sigebertus in Chronico ad an. 714. his verbis *Pipinus Princeps obijt, & filium suum ex Alpaide Karolum Tudetem, sive Martellum cognomento, principatus sui heredem reliquit &c.*

Petrus Divæus Rerum Brabanticarum lib. 1. cap. 3. pag. 7. scribens de eodem Pipino; *Alpaidem*, inquit, *ex Romanduis nobilem Virginem Pluithrudæ conjugi superduxit.* Porrò Continuator Fredeg. cap. 102. *Pipinus*, inquit, *aliam duxit uxorem nobilem & elegantem, nomine Alpaidem.* Hæc *Alpais* postea Orpij monasterium struxit in eoque Sanctè vixit obijtque, fundato quoque in sui juris Dominio Hugardiensium Canonicorum Collegio, ultimisque tabulis Comitatum suum *Turinensem*, (in quo *Turinæ, Bavechinum, Hugardæ, Luminium, Hoxemium*, agrique circumvicini) Ecclesiæ Leodiensi legavit; Indeque evenit, ut ad hæc usque tempora, Leodienses tam latè in ipsa Brabantiæ interiora dominentur, inquit Divæus Rerum Brabanticarum lib. 1. cap. VI. Nec non prædicta *Alpais* Geldoniam Comitatum suum Brabantiæ Principi transcripsit ea lege ut esset fidelis Avocatus Ecclesiæ *Hugardiensis*. Multa de Pipino & *Alpaide* fabulosa scripta fuère, & ab aliquibus hæc *Alpais*, confunditur cum alia *Alpaide* Hugardiæ Comite de qua *Fisen* memorat ad annum 980. lib. VII. pag. 242. & seq.

Augustinus Wichmans in Brabantia Mariana lib. 3. cap. 30. pag. 690. & seq. de Orpio tradit ista.

Orpium Magnum, Walonibus, *Orp le Grand*, nobis, *Adorp*, in Diœcesi quidem Namurcensi est, sed sub Brabantiâ. Quiescit hîc, & in magnâ veneratione est, corpus *S. Adiliæ Virginis*, quæ ibidem sanctissimè vixit, & sacris virginibus præfuit. Condidit enim hoc loco Monasterium Pipinus Herstallensis circa an. 700. in expiationem sacrilegæ cædis D. Lamberti, cui, pœnitentiæ agendæ, inclusa fuit nefaria illa pellex, *Alpais.* Quam mortuo Pipino extractam, Plaudus Comes, frater S. Lamberti, dicitur igne combussisse. Porrò, festo D. Michaëlis, incredibilis hîc hominum concursus est, ut sæpiùs vidi, quando feretrum S. Adiliæ solenni Subplicatione circum-fertur. Anno autem 1339. pervenit ad Cœnobium Tungerlo, Ecclesia Orpiensis cum adpendiitijs alijsque juribus ac reditibus, idque viâ emptionis, ab Abbate *Bonæ spei*, qui eadem ab Abbate Florinensi D. Benedicti Diœcesis Leodiens. ære tunc gravato, anteà emerat. *Hac ibi.*

Orpiense Dominium antiquitùs Ducum Lotharingiæ fuit, astipulatur Gramaius dum ait, *Vt Orpium maius ita Nodebasium, Maresium, Pelania, Libertiniacum* villæ in hoc tractu, alium à Principe Dominum non habent.

Porrò res se sic habuit quando Gramaius scripsit: mansitque ad tempora Philippi IV. Hispaniarum & In-

diarum Regis sub quo, loca illa à patrimonio Principis fuêre abalienata, primò pignori data, postremò in perpetuum divendita, uti mox de singulis demonstrabitur.

Legimus enim in adversarijs Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscriptis de Toparchijs pigneratis, repigneratis, ac venditis:

Orp le Grand, Libertange, Pelaines, Hampteau, furent engagez le 29. d'Aoust 1630. au Sr. Philippe de Vlierden pour quatre mille florins.

Et vendues absolument le 27. de Juillet 1638. au Comte d'Esseneux pour autres six mille florins.

Patet itaque Orpium maius à Rege transcriptum jure pigneratitio Philippo de *Vlierden*, ac tandem venditum Comiti *d'Esseneux*, penes quem hesit in annum 1687. quando in auctione publica habita Bruxellis in Camera seu tribunali Uckelensi Dominia de *Orp le Grand*, *Pellaine*, *Marez*, *Libertange*, & *Hampteau*, fuêre distracta per Curatorem domus mortuariæ Ludovici Conrardi *d'Argenteau* Comitis *d'Esseneux*.

CAPUT II.

Disquisitio de causa necis illatæ S. Lamberto Tungrorum & Trajectensium Episcopo.

DIximus capite præcedenti, multa de Pipino & Alpaide fabulosa fuisse scripta; an verò rectè? æquus lector hac disquisitione perlectâ judicabit.

Robertus Bellarminus, alter *Augustinus* sæculi nostri, scribens de Metaphrastæ operibus: *Illud autem*, inquit, *est observandum, à Metaphraste scriptas fuisse historias de vitis Sanctorum, multis additis ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt: addit Metaphrastes multa colloquia sive dialogos Martyrum cum persecutoribus, aliquas etiam conversiones astantium Paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur: denique miracula plurima & maxima in eversione templorum & idolorum, & occisione persecutorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos.*

Idem quod Metaphrastes, fecerunt alij plurimi, in conscribendis Sanctorum historijs, magno & irreparabili Ecclesiæ damno, quæ tot insignibus & irrefragabilibus miraculis fulta, figmentis non indiget: hinc enim evenit, ut animi circa sacra diversum à Romana Religione sentientes, portentosissimis fabulis *Alcorani*, & *Talmudi*, *Legendam* æquiparaverint. *Verulamius serm.* xvj.

Non intendimus antiquorum auctorum scripta temerè convellere: non etiam æternas infamiæ maculas nomini optimi Principis Pipini inurere: uti omnium primus Anselmus Canonicus Leodiensis alijque eum secuti fecêre. Sed tantum, ut suus sit veritati locus, constituimus veterum scriptorum monumenta proferre, singula suis temporibus affigere, ac rationum calculos in utraque parte ponere, ut ex iis quid sentiendum sit, ipse nobiscum lector arripiat, ac nobiscum etiam admiretur, quam immeritò, atrocibus injurijs, ab aliquibus Ecclesiasticis scriptoribus, labefactata sit, gloria Principis, de Ecclesia ac Rep. Christiana optimè meriti, quique S. Willibrordum ejusque socios, aliosque viros Apostolicos protexit, fovit, ac bonis accumulavit: Sanctum quoque Lambertum in Trajectensi Præsulatu relocavit.

Nam quod eumdem Episcopum *subiisse martyrium* scribant, *quia Pipinum de illicito connubio Alpaidis increpaverat*; verisimile non est; quippè à nullo traditum auctore, qui eo sæculo aut proximè sequenti vixerit, uti mox demonstrabitur.

Causam necis, Sancti Lamberti, hanc unicam tradit Godescalcus; scilicet, *duo fratres, Gallus & Rioldus vocati, appetentes eum convitijs & contumelijs, & in rei familiaris direptione, gravibus dispendijs opprimentes.* Occiduntur à Petro & Andoleto, cognatis S. Lamberti. *Horum* (scilicet Galli & Rioldi) *consanguineus quidam, Dodo vocatus, de Primatibus Palatinis unus, utpotè Pipini Ducis familiaris, abundans possessionibus, multorum servorum, & militum constipatus obsequio, & Comitatu, cùm audivisset affinium neces, ad vindictam expetendam animatur, & sanguine sanguinem judicavit ulciscendum.*

Et veritus sibi opprobrio reputari, si ipse summus, in inferiores personas, gladium suum deflecteret, & sanguine vilium hominum cruentatum pollueret; erexit animum, & manum, ad feriendum caput illorum, qui mortem suorum amicorum, suo Episcopo devoverunt, & persolverunt. Quapropter, cæteris omissis, mors Episcopi devovetur mortibus illorum, & sanguis ejus, sanguini eorum, decernitur refundendus. Itaque, collecta manu &c. Hactenus verba Godescalci quæ *Pipinum* neque *Alpaidem* criminantur, necis Sancti Lamberti: quinetiam ipsemet sanctus Præsul, eodem prodente auctore, omnem culpam ingerit in consanguineos suos, ob cædem in Gallum & Rioldum commissam, quos ad Martyrium hortatur, his verbis: *Recordamini verò, vos reos fuisse criminis hujus, cujus nunc ultio expetitur; idcircò non subterfugiatis præsentis mortis correptione expiari, certi quod puniat Deus omne peccatum, quod ad pœnam, vel pœnitentiam, rea conscientia non adduxit.* Horrendum est enim incidere in manus Dei viventis, *quibus puniendum reservatur cor impœnitens. Verumtamen peccatum, quod spontanea afflictio absolvit,*

in

in idipsum Deus manum vindicem non extendit. Procedite ergò, & immolandos vos afferte, &, si injustè immolamini, imprecationem Zachariæ occisi inter templum & altare, illis acclamate: Videat Deus & judicet.

Ex istis satis apparet Dodonem ultionem in S. Lambertum parasse, ob cædem consanguineorum suorum, patratam à cognatis Sancti Præsulis, non autem instinctu *Alpaidis* ob reprehensum de illicito connubio *Pipinum*, multò minus jussu Pipini.

Porrò audiamus Benedictinos, de re illa differentes cum sanctum Lambertum Ordini suo adscribant.

Acta Sanctorum Ordinis sancti Benedicti collegit ætate nostra Domnus Lucas d'Achery, Congregationis S. Mauri Monachus, ac cum eo edidit D. Joannes Mabillon, ejusdem Congregationis, qui & universum Opus, Notis doctisque observationibus illustravit. Is itaque Scriptor in Commentario ad vitam S. Lamberti, ita fatur.

Sanctus Landebertus seu Landbertus, Lantbertusve, posterioribus Lambertus Trajecti Mosani Episcopus, plures habuit vitæ suæ scriptores. *Godescalcum* Diaconum Leodiensem supparem; *Stephanum* Episcopum Leodiensem ineunte sæculo X; *Anselmum* ejusdem Ecclesiæ Canonicum medio sæculo XI; *Nicolaum* itidem Canonicum, & Reinerum Monachum sæculo XII; denique Ægidium Aureæ vallis Cœnobitam medio sæculo XIII. Felicior certè futurus si vel unicum, eumque diligentem habuisset.

At S. Landeberto id quod pluribus sanctis accidit, ut dum Auctores, alius post alium, ipsius res gestas illustrare exornando amplificandòve moliti sunt, eas econtrariò incertis ac fabulosis narrationibus ineptè obscurarunt atrocibusque mendis fœdarunt. *Hæc ibi.*

Carolus le Cointe in Annalibus Ecclesiasticis Francorum Tom.3. pag.34. habet ista.

Antequam res à Beato Lamberto gestas aggrediamur, operæ-pretium ducimus differere de scriptoribus, à quibus potissimum fuerunt in litteras relatæ, ut intelligas quis cui meritò sit anteponendus. Omnium antiquissimus nomen suum reticuit, magna ex parte per fragmenta publicatus fuit à Duchesnio, Tom. I. coll. Hist. Franc. Coætaneum se ostendit his verbis. *Electus Dei Landebertus Pontifex perrexit ad Monasterium, quod vocatur Stabolaus, nec amplius in obsequium eius remanserunt quàm duo pueri. Qui unus ex eis nomine Theodoenus multum nobis de vita & operibus eius solitus est narrare.* Hunc Anonymi nomine citabimus. Ætate proxima fuit Godeschalcus Diaconus sub Agilfrido Episcopo, qui quartus post Sanctum Lambertum sedit, priorem Authorem, ut ex utriusque collatione constat, legit expolivitque.

Renerus verò Monachus prædictum Anonymum haud novit, sic enim locutus est de Godeschalco. *Vitam Sancti Lamberti primus scripsit jussu Agilfridi Episcopi Godeschalcus Diaconus, ipsius Congregationis Clericus, qui fuit tempore Pipini & Caroli Magni.* Canisius Tomo secundo antiquæ lectionis, Godeschalcum publicavit, ratus illum ipsum esse quem Godeschalcus præ manibus habuit; errorem ostendit Godeschalcus editus à Chapeavillo.

In Catalogo Leodiensium Antistitum Stephanus post Agilfridum sexto loco numeratur, & in Sigeberti Chronico Pontificatum dicitur adeptus anno tertio supra nongentesimum, hic autem *Stephanus ex Clerico Metensi Episcopus Leodiensis*, ut Sigebertus in libro de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus testatur, *Vitam & passionem Sancti Lamberti scriptam incultiùs à Godeschalco Clerico, scripsit urbanius ad Hermannum Coloniæ Archiepiscopum.*

Anselmus Canonicus Leodiensis elogium Sancti Lamberti inseruit Historiæ Leodiensi &c.

Idem Le Cointe Tom. IV. pag. 476. hæc quoque habet.

Anselmus Leodiensis Canonicus, qui floruit undecimo sæculo, primus omnium excogitavit aliam causam, quæ Zelum Religionis in Sancto Lamberto accenderit, ut Regiam domum increparet. *Talibus*, inquit, *virtutum &c. Quæ apud Chapeavillum lector inveniet.*

Vitam posteriorem hanc causam, de qua nullum apud antiquiores Auctores verbum, avidissimè amplexi sunt qui vitam Sancti Lamberti post Anselmum Scripserunt, Sigebertus, Nicolaus, Renerus, & Ægidius.

Sigebertus Monachus Gemblacensis vivebat adhuc anno Christi millesimo centesimo duodecimo, quo chronicon suum absolvit.

In illo opere ad annum Christi duodeseptingentesimum, quo mortem Sancti Lamberti malè consignat, hæc scribit: *Sanctus Lambertus Pipinum Principem increpare ausus, quòd pellicem Alpaidem Plectrudi legitimæ uxori suæ superduxerit, à Dodone fratre ipsius Alpaidis Leodij martyrizatur.*

Idem auctor vitam Sancti Lamberti retulit in literas, ut observatum est supra, sed ea lucubratio hodie non extat.

Ex chronico proximè citato, quid de nece Sancto Lamberto illata senserit, satis intelligitur.

Causâ enim Martyrij, quam scriptores antiquissimi publicarunt, silentio prætermissâ, protulit tantum alteram ante aliquot annos ab Anselmo primùm excogitata. Hîc observa quâ fraude mendacium veritati paulatim succedat.

Auctor coætaneus, alijque complures, per tria sæcula cum dimidio & amplius, causam, quæ Dodonis odium in Lambertum Episcopum provocavit, unam eandemque constantissimè recitarunt.

Post tantum temporis intervallum, post unanimem consensum tot Authorum, Anselmus alteram, cui Chronologia refragatur, pro lubitu causam adinvenit, adjecitque superiori quam reticere non ausus est ob numerum ac dignitatem tot scriptorum simul conspirantium.

Sigebertus paucis post annis audacior factus est Anselmo; priorem, quæ tot Auctoribus innitebatur, omisit causam; posteriorem, quam haud pridem Anselmus finxerat, solam commemoravit.

Nicolaus Leodiensis Canonicus, Sigeberto Monacho Gemblacensi paulò recentior. Imitatus est Sigebertum, nec aliam ab ea, quam ille, solam odij contra Lambertum suscepti causam exposuit prolixo admodum stylo. Cap. 14. 15.

Renerus ad sanctum Laurentium prope Leodium Monachus, Nicolao Canonico Leodiensi paulò recentior, à Godescalco quem præ manibus habuit, & à Stephano qui Godeschalcum expolire studuit, non debuit recedere, recessit tamen plurimùm, nec ulli præcitatorum Auctorum adhæsit, novam enim historiam concinnavit, duasque causas necis illatæ sancto Lamberto, quas Anselmus apertissimè distinxerat, eâdem narratione involvit permiscuitque Cap. 16. 17.

Renerus Dodonem vocat fratrem Alpaidis. Id non accepit à Godeschalco, sed ab Anselmo, aut à quopiam recentiore, quem Anselmus decepit. Anselmus enim, ut fabellæ, quam texebat, fidem facilius conciliaret, Alpaidem Dodonis sororem primus finxit. Commentum auget Renerus, Alpaidem enim appellat neptem Galli & Rioldi, sed non explicat satis dilucidè, quomodò eadem esset soror Dodonis, & eorum neptis qui Dodonis essent consanguinei &c.

Ægidius Aureæ Vallis Monachus anno Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo desijt scribere. Vitam Sancti Lamberti ab Anselmo compositam varijs auxit additamentis, quæ consuli possunt apud Chapeavillum Tom. 1. At ubi sermonem de Martyrij causis instituit, præ cæteris odisse veritatem visus est.

Apud Anselmum legit duplicem causam; unam indubitatam, quam ab Anonymo coætaneo, à Godeschalco, à Stephano, alijsque priscis Scriptoribus editam Anselmus reticere non ausus est; alteram commentitiam, cujus Auctor Anselmus. Neutram omittere debuit, priorem tamen omisit textu Anselmi per malitiam decurtato.

Tibi, Lector, ob oculos exhibuimus Auctores, qui seu benè seu malè per annos ferè quingentos ac quinquaginta scripserunt de causa necis illatæ sancto Lamberto. Supercedemus alijs, qui posterioribus sæculis Ægidio nimiùm facile crediderunt. Hi vetustissimos ac propter antiquitatem probatissimos Historiarum & Martyrologiorum conditores, apud quos, in Martyrio S. Lamberti, nulla mentio fit Alpaidis, vocant in suspicionem adulationis, eosque, ut Renerus de Godeschalco dixit, afferunt parum libero ore locutos esse de causa illius Martyrij, ne sui temporis Regibus culpam majorum suorum viderentur exprobare. Sed qui cæteros adulationis insimulant, ipsi semetipsos produnt ad maledicendum, quod pejus est, sponte proclives, nec ullâ dignos fide.

Verùm ut hæc ratio valuerit in Godescalco, inquit Mabillon; cur eam causam dissimulavit Stephanus, qui sub extremis Carolinæ stirpis Regibus vivebat? Sanè longè atrocior erat fabula de Caroli Martelli damnatione: quam tamen *Hincmarus* Remorum Archiepiscopus, *Adrevaldus*, alijque Auctores, imperante Carolo Calvo Martelli abnepote, in vulgus jactare non dubitarunt. Undè omnino incertum videtur, an Landebertus ob increpitum de pellicatu Pipinum cæsus sit, at verò alienum omnino videtur à tanti Principis bonitate & clementia, ut cædis istius fuerit auctor. Hactenus Scriptor ille.

Verùm enimverò, idoneis testimonijs & argumentis validissimis & consectarijs, *Pipinus* & *Alpais* vindicantur à calumnia, à Carolo le Cointe in Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad annum 708. N. 26. & seq. quæ omnia longum esset transcribere.

Porrò prætermittenda non sunt quæ scribit Adrianus *Iourdan*, Historiæ Francicæ & Regiæ Domus. Tom. 3. pag. 569. & seq his verbis:

Ce fut aussi au commencement de ce Regne, que Pepin se separa de Plectrude sa femme, & espousa Alpaide &c. Nous ne sçavons point d'autre sujet de ce divorce, que la grande passion de Pepin pour Alpiade &c. On ne doit point douter qu'il n'ait espousé Alpaide dans toutes les formes; les Historiens contemporains parlent d'elle comme d'une femme legitime.

Habebat Pipinus filium ex alia uxore, nomine Carolum. *Gesta Reg. Franc. cap.* 49. Pipinus aliam duxit uxorem nobilem & elegantem, nomine Alpaidem. Continuat. Fredeg. cap. 102.

J'ay desia dit ailleurs, que bien que la Loy Chrestienne ait tousiours defendu ces sortes de divorces, & ces mariages, les loix humaines neanmoins le permettoient encore en ce temps là, mesme parmy les Chrestiens.

Et ces seconds mariages n'avoient rien de honteux ny d'infame dans le monde; j'en ay raconté quelques exemples, & il y avoit une formule publicque, dont on se servoit, & qui donnoit tout pouvoir aux deux parties, ou de se retirer dans quelque Monastere, ou de passer à un second mariage selon qu'il aimeroit mieux. *Vt unusquisque ex ipsis sive ad servitium Dei in Monasterio, aut copulæ matrimonij sociare se voluerit, licentiam habeat. Marculfus lib.* 2. *cap.* 30.

Il est vray que l'Eglise y a tousiours esté contraire; mais comme les grandes passions cherchent volontiers à s'autoriser de tout ce qui leur peut estre favorable, ce privilege de la Loy humaine se maintint encore longtemps, particulierement parmy les Grands & les Princes, qui etendent toujours la licence, & souffrent plus malaisement la contrainte.

Quelques Historiens qui ont suivy un certain Nicolas Chanoine de Liege, lequel a escrit la vie de sainct Lambert dans le douziesme siecle, rapportent que les remontrances que le saint faisoit à Pepin, irriterent Alpiade,

paide, & furent enfin la cause de la mort de ce saint Evesque. Mais les autres qui ont escrit avant ce Nicolas, & ont veu les choses de plus prés, parlent tout autrement; & leur tesmoignage sans doute est preferable tant à cause de l'antiquité, que parce que Pepin & Alpaide estoient separez il y avoit long-temps lors que Lambert fut assassiné l'an sept cens huit. Et Alpaide n'y eut point de part, puis qu'elle estoit separée de Pepin dés le commencement du siecle, & retirée dans un Monastere.

L'Auteur Anonyme, qui à escrit le premier la vie de Saint Lambert, & qui estoit de ce temps là, & apres luy Godescalque, qui vivoit du temps de Charlemagne, de mesme qu'Estienne Evesque de Maëstrich, n'ont meslé ni Pepin, ni Alpaide dans la relation qu'ils ont faite de l'assassinat de Saint Lambert: Ils rapportent une toute autre cause de sa mort. Adon à esté le premier qui apres cent quatre-vingts ans à imputé la mort du Saint à Pepin & à Alpaide. Reginon, Notker, & Sigebert ont parlé apres comme Adon. J'ay rapporté fidelement ce que les uns & les autres ont escrit de cette histoire, pour faire voir qu'on n'a rien ignoré & qu'on ne veut point prendre d'autre parti que celuy de la verité.

Denique, Audiendus etiam est Hadrianus Valesius, Rerum Francicarum, Tom.3. lib.23. pag.379. aeditionis Parisiensis anni 1658. scribens ea quæ sequuntur.

Ceterùm ne quis miretur Pippinum Principem viva Plectrude conjuge sua, Alpaidem in matrimonio habuisse puellam nobilem atque formosam, ex qua Carolum filium tulerit: notandum est morem fuisse Francis, uxores malè convenientes bonâ gratiâ dimittere, itaut vir & uxor alterius matrimonij contrahendi haberent potestatem. Hunc morem indicat, qui apud Marculfum Monachum exstat, libellus repudij. Multi igitur prætexentes se cum uxoribus concorditer & mutuo amore vivere non posse, invitas dimittebant, ut alias ducerent. Nec Reges modò, qui quidquid libuerit licere sibi putant, ita faciebant: verumetiam privati, quos uxorum suarum fastidium ceperat, beneficio legis utebantur. Constat Beppoleni Ducis filium præter ceteros tres uxores, aliam post aliam, intra breve spatium repudiavisse. Id semper improbavit ac multorum Conciliorum decretis damnavit Ecclesia, quæ nisi ob adulterium uxorem à viro dimitti vetuit, ac ne tum quidem post divortium factum aliam vivâ mœchâ uxorem ducendi viro facultatem dedit, pro adultero habens atque à communione removens, qui duxisset. Sed nihilominùs Pippinus Princeps amore Alpaidis captus fecit, quod apud Francos fieri solebat atque etiam licebat: puellam formæ excellentis vetulæ prætulit, atque effetæ, & dimissâ Plectrude duxit Alpaidem. Sunt tamen, qui credunt numquam à Pippino repudiatam ac domo ejectam fuisse Plectrudem communium liberorum Drogonis & Grimoaldi parentem, nunquam contra Canones legesque Ecclesiæ ductam in matrimonium Alpaidem. Quibus favere videtur Beda, quum tradit Pippinum Ducem Francorum interpellatum à Plectrude conjuge, quam Blittridem vocat, Suidberto locum habitandi in insula quadam Rheni dedisse. Certè haud parum simile veri est finxisse hoc in Principum suorum gratiam auctores, qui dominantibus Pippini posteris scripsêre, & Alpaidem, quæ viva Plectrude justa & legitima Pippini conjux esse non poterat, uxorem Pippini posteriorem vocavisse, ne Carolus ex pellice susceptus crederetur, neu Regio generi aliqua inde nota inureretur. Hactenus Valesius;

Porrò quæ ex Pseudo Marcellino in vita S. Swiberti, quæ in Surio reperitur, de Pipino & Plectrude referuntur, pro neutra parte merentur citari.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Libertange.

Patuit ex documentis quæ produximus capite primo, *Libertangæ* Dominium, à Principe transcriptum jure pigneratitio possidendum, famaliæ *de Vlierden* anno 1630. venditumque à Philippo IV. Hispaniarum Indiarumque Rege anno 1638. N. Comiti de *Esseneux*. Porrò anno 1687. illud in auctione illa publica de qua egimus capite citato, acquisivit Josephus *Le Roy* dictus de *Euleghem*, sacri Romani Imperij liber Baro Cæsarisque Leopoldi nobilis Dapifer, *Gentilhomme de la bouche*, qui postmodum cessit fratri uxoris suæ, Petro Baltazari *Le Roux*, Renati Equitis Toparchæ de *Tercammen* filio, hodierno *Libertangæ* Domino.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, nihil prodit præter pauca hæc verba: Libertanges at appartenu au Duc.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Pelaine.

PElania olim Principis fuit uti diximus capite primo. Gentiles de *Vlierden* obtinuerunt jure pigneratitio, anno 1630. & N. Comes de *Effeneux* acquisivit emptionis jure à Philippo IV. Hisp. & Ind. Rege anno 1638.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribit sequentia:

Pelaine at appartenu au Duc. Guillaume Comte de Namur avoit achapté l'an 1362. de Messire Arnould Sr. de Riviere & Quabeke diverses rentes affectées sur ses Seigneuries Hersle, Quabeke, Lynsen & de *Pellen* qui furent rombourſées l'an 1367. Repert: de Namur n. 88. Du gré de la Duchesse Jenne. Ibidem.

L'an 1384. Guillaume fils aisné du Comte de Namur se deporte de l'assenne que sondit pere luy avoit fait des terres de Quaebeke, Hersle, *Lynsen*, *Puchey*, *Pelaines*, de la maison de Bruxelles &c. Sauf Montaigle, Walcourt, & autres lieux outre Merlagne, à cause que sondit pere luy avoit baillé le Gouvernement de la Ville & Franchise de l'Esclufe.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Hampteau.

HAmpteau sive *Champteau* utrumque legitur, de quo loco vide quæ scripsimus capite primo.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit eius his verbis.

Les habitans de ce lieu jouyssent d'exemption des tailles & subsides par privilege de quelque Duc de Brabant, pour avoir secouru & tiré la Princesse sa fille hors d'un maret ou elle estoit embourbée avec son carosse. Ilz croyent que ce fut la fille du Duc Pepin, mais à mon advis je croy qu'ilz se mesprennent. Le Roy exposa en vente l'an 1630. la haulteur de ce lieu en toute Justice.

Spectat hodie hæc Toparchia ad N.

Nomenclatura jussu Principis edita de Dominijs & terris liberis, à nobis exhibita lib. II. cap. XI. comprehendit quoque *Hampteau*, quod obiter hîc notare visum.

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Noduwez.

EPhemerides Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, docent Jurisdictionem hujus pagi, sub Philippo IV. Hisp. & Ind. Rege primò pignori datam, tandemque venditam, verba hæc sunt.

Noduez fust engagé le 6. d'Aoust 1626. à Ernest de Renieres pour 2100. flor.

Et vendue absolument le 10. de Septembre 1648. à Massin de Labbaye pour son Command, pour autres 2400. flor.

Quisnam autem Massino de Labbaye emendi mandatum dederit, hactenus non inquisivi.

CAPVT VII.

De Dominio & Pago Marez.

AUgustinus Wichmans Brabantiæ Marianæ lib. tertio cap. 37. demonstrare volens antiquitatem loci Abbatiæ de *Helissem*, producit ex Testamento S. Everardi Comitis, anno 837. condito, pagum *Maressem*, quem suspicatur esse *Mares*, non adeò dissitum à cœnobio illo, sed an hic designetur dubito. Hoc constat, S. Everardum hoc in tractu prædia non pauca possedisse.

Spectavit

Spectavit olim, Domininm hoc ad patrimonium aulamque Principis ut pleraque omnia in Brabantia, sub quo Duce quove anno fuerit abalienatum non deprehendimus hactenus, gnari tamen possessum hoc sæculo à N. Comite *d'Essneux*.

CAPUT VIII.

De Dominio & Pago Orp le Petit.

ORpium minus Sombreffiorum esse solet peculium, nunc puto Maleviæ Dominos hîc præesse, inquit Gramaius, in Præfectura Orpiensi.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, tradit ista.

Soub les Ducs de Bourgogne Orp le Petit appertenoit encor à la famille de Sombreffe, & Guillaume de Sombreffe en estoit Seigneur qui l'a transmis à sa posterité.

Depuis Gerard vanden Dale qui avoit espousé Marie d'Aa vendit l'an 1477. ladite Seigneurie à Josse vanden Eechoute avec celles d'Aa, Hoogensteyn, Mataigne le Grand & Sart en Faigne. Apresent elle appartient au Seigneur de Maleve.

CAPVT IX.

De Dominio & Pago Linsain.

IOannes Baptista Gramaye postquam in Præfectura Orpiensi, perstrinxisset Orpium Majus, Nodebasium, Maresium, Pelania, Libertiniacum, Orpium Minus, subjungit, *Linsania* verò & *Linsemalia* & suo & familiarum suarum nomine illustres Toparchiæ. Illa quantum codices meminerunt à Merodijs possessa &c.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatur:

Linsain ou *Linsen* at cy-devant appartenu à une bonne famille qui en portoit le nom, & depuis celle de Merode l'a possedé. La Collation de la Cure appartient au Chapitre de S. Bartholomé à Liege, & comme je croy la Voüerie, car dans le Registre des reliefs se trouve escrit, Messire George *Bergoy* Chanoine xxiv. Maij 1587. pour & au prouffit des Doyen & Chapitre, par le trespas de Messire Henry *Bardoel* soubescrit &c. Tient la Voüerie avec la Seigneurie & appartenances de *Linsen* & 6. ß. & 6. chappons par an &c.



CAPUT X.



Castellum Linsmeau

De Dominio & Pago Linsemeaux.

PAtuerunt ex Gramaio, præcedente capite, *Linsania* & *Linsemalia* & suo & familiarum suarum nomine illustres Toparchiæ. Illa qnantum codices meminerunt à Merodijs possessa, hæc ante annos ferè 400. ex inclyta Molembasiorum stirpe Toparchas habuit, & quidem Arnoldum qui una cum filio castrum quod hodieque vetus ibi conspicitur extruxit. Pronuper in affines *de Davre* translatum Dominium (*Warnerus de Davre an.* 1440. *mortua matre professus est*) perseveravit donec Hermannus *Hoen* cum Maria uxore dotale obtinuit anno 1516. Tandemque Joannes *Argenteau* post matrem Evam, ejus ratione beneficium Principi professus est anno 1589. & manet, supremæ Jurisdictionis titulo honoratum ab anno 1505. Hæc Scriptor ille, ut fatetur ad marginem, ex Hemricurtio, Codice Feudorum Ducis Brabantiæ & Arscotani.

Sed quoniam, *purius ex ipso fonte bibuntur aquæ*, adeamus Hemricourt Scriptorem veterem Capite secundo Speculi Nobilium Hasbaniæ, quod scripsit sæculo xiv. obiitque anno 1403. cujus M. S. Bruxellis excusum anno 1673. cum antiqua & nova lectione columnatim, ubi pag. 16. legitur.

Messire Thibaut (d'Elzée) eut une fille nommé Agnes, qui fut marié à Jean de Molembais Seigneur de Linsmeau en Brabant, & de leur mariage nasquit un bon Chevalier qu'on appella Messire Arnoul de Molembais Seigneur de Linsmeau, qui fait à bâtir le Chasteau de ce nom. Il aquist de grands heritages, & se maria à la sœur de Monsieur de Wathi de Malpont Chevalier, dont il eut un fils qui fut aussi Chevalier, & deux filles estabelies à present dans un haut rang d'honneur, & richement pourveües. On nomme le fils Messire Jean, il est Seigneur de Linsmeau, & s'est marié depuis peu à une des filles de Messire Raes de Riviere Seigneur de Nederlinter, une de ses sœurs à espousé Raes de Rochefort Seigneur de Herimé en Haynaut, dont il a des hoirs. La troisieme à espousé Monsieur Thiry Seigneur de Moumale en Hasbaye, dont elle a de jeunes enfans. C'est tout ce que je sçay à present des descendans de Monsieur Thibaut.

Et Cap. ix. pag. 93. Raes de Rochefort, Seigneur de Herimé, & frere de Thiry est marié à la fille de Monsieur Arnoul de Molembais, Seigneur de Linsmeau, dont j'ay déja parlé dans la Genealogie du Seigneur de Dave; Il y a trois filles de ce mariage.

Il

In tabulis Cortebergentibus anni 1372. à Miræo vulgatis Dipl.Belg. lib.2.cap.98. legitur inter Barones & Milites Brabantiæ Arnoldus de Molembais, idemque apud Butkens Trophæorum lib.4. pag.493. sed cum adjectione tituli *Domini de Linchemeau.* Cujus pagi summa justitia, mihi constat penes Principem mansisse in annum 1505: quando sub Philippo Pulchro Dominia primò pignori dari cœpta. Eodemque anno alta jurisdictio huic Dominio accessit, ut benè à Gramaio notatum suprà.

Christophorus Butkens Trophæorum Brabantiæ lib. IV. pag. 537. producit Gerardum de Molembais Dominum de Linchemeau.

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ista tradit:

Linsemeau à passé plusieurs siecles appartenu à la famille de Molembais, de laquelle le plus viel que je trouve au rapport du Seigneur d'Hemricourt, fut Jean de Molembais Seigneur de Linsemeau, lequel s'allia avec Agnes fille de Thibaut d'Elzée, frere de Warnier Seigneur de Davele, & procrea Arnould de Molembais Chlr. qui fit bastir le Chasteau de Linsemeau. Il print pour espousé la sœur de Messire Wautier de Malpont, & de leur conjonction issit Messire Jean, qui vers l'an 1390. espousa la fille de Messire Raze de la Riviere Seigneur de Nederlinter. Gerard de Molembais succeda: & puis par alliance entra en la maison de *Davre* anciennement dit *Daveles*, & à present *Dave*, dont Warnier de Davre la releva l'an 1440. apres la mort de sa mere, & y continua jusques à ce que l'an 1516. elle fut donnée à Marie de Davre alliée à Herman Hoen Sr. de Hoensbrouck, d'ou sortit Eve de Hoensbrouck Dame de Linsemeaux & Pitrain, alliée à Iean d'Argenteau dont le fils portant le mesme nom, Seigneur d'Esseneux &c. espousa Anne de Paton les quels procreerent N. d'Argenteau Comte d'Esseneux Baron de Wire &c. allié l'an 1639. à Isabelle de Thienes fille aisnée de feu le Baron de Heuckelen &c. & d'Anne de Renesse, ayant ladite Eve esté presente à leur contract de mariage. Voyez Hemricourt, Gramaye & Carpentier fol.331.

Cæterum lego in Prœlio Woringano pag.145. Ioannem de Molembais Equitem Linsmaliæ Dominum duxisse Elisabetham de Bisdomme anno 1484.

Olim scribebatur *Linsmeal* ut patet in antiquis manuscriptis Hemricurtij. Augustinus Wichmans in Brabantia Mariana lib.2. cap.48. Pagus est, inquit, non ignobilis quem vernaculè *Linsmeaux*, vel *Lissemeau*, Latinè, *Lismellum* vocant. Arx in eo spectabilis & munita, Getæ fluvio adjacens: sed & sacellum Divæ nostræ dedicatum; ac juxtim hoc, Oratorium perexiguum, in quo sacra eius imago miraculis inclyta, & fidelium pia visitatione frequentata, &c. Nomen huic Deiparæ, à *Columbâ* est, vernaculè, *Nostre Dame de Colombe* &c. Hæc ibi.

In suprema Curia feudali Brabantiæ, inter feudorum Codices qui inibi asservantur, notatur quidam liber nomine *den Clapper*, inque eò legitur: *Messire Ferdinande d'Argenteau*, fils aisné de Messire Guilleaume Ulrick Baron *d'Argenteau* 4. Mars 1679. &c. hout 't huys, die goede ende Heerlijckheyt van *Linchemael.*

Exstract uyt den Hoofft leen-boeck vanden Quartiere van Loven ende Thienen, berustende ter Greffie vanden Souvereynen Leenhove van Brabant alwaer onder de Capitulatie van Linchemeal folio cxxxiiij. verso staet als volght.

IEhan d'Argenteau de Jonghe tertia Septembris 1587. midts de devolutie vander proprieteyt door 't scheyden van bedde by doode Ians d'Argenteau sijns Vaeders Heere van Esseneu.

Jouffrouwe Eva Hoen v. Septembris xv.c lxv. by doode wylen Ians Hoen huers Vaeders ondergeschreven.

Ioncker Ian Hoen viij. Aprilis xv.c lxij. naer Paesschen by overgeven de Ioncker Godefroidts Hoen sijns Brueders ondergeschreven.

Ioncker Godefroit Hoen xx. Januarij xv.c lvij. by doode wylen Jouffrouwe Marien van Davels sijnder Moeder onder geschreven.

Jouffrouwe Marie van Davels iiij. Augusti anno xv.c xvj. by doode wylen Heeren Godefroits huers Vaeders ondergeschreven.

Godefroit van Davels xiij. Martij xiiij.c lxvij. jair by doode wylen Heer Werneers van Davels Ridders sijns Vaeders.

Werneers van Davels xvj. Februarij xiiij.c xl. jaer by doode wylen vrouwen Marien van Molenbais sijnder Moeder ondergeschreven.

Vrouwe Marie van Molenbais sijn dochter mit Godefroit van Davels, hueren wettigen Man en mamboir.

Ian van Molenbais Heeren Arntssoen.

H. Arnt van Molenbais, hout 't huys die goede ende Heerlijckheyt van Lynchemeal mit allen den toebehoorten, kuren, bruecken, fourfaiten, renten, chynsen, manschappen, den xx. penn. van pontgelde ende mit eender Banmolen uytgenomen die hooge Heerlijckheyt den Hertoge van Brabant toebehoorende, palende de selve Heerlijckheyt van Linchemeal aende Heerlijckheyt van Groot Orp, ende aende Heerlijckheyt van Gheete.

Item folio ccj. recto.

Jouffrouwe Marie van Davels iiij. Augusti anno xv.c xvj. by doode wylen Heeren Godefroits huers Vaeders ondergescreven. Heer Godefroit van Davels Ridder 25. Octobris anno xv.c v. by coope gedaen tegen ondergescreven Heer den Con. van Castillien hout die hooge Heerlijckheyt mitter executien ende compositien

criminele van Linchemeal behalven die regalien, herge weyden confiscatien van oirlogen, bastaerde goeden ende dyergelijcke, om byden voorschreven Heeren Godefroide ende sijnen naercomelingen dier te gebruycken ende die vanden Hertochdomme van Brabant tot eenen vollen Leen sonder middel te houdende: totter tyt toe dat die gelost sal wesen.

Cum hîc mentio facta de familia illustri *Argenteau*, non abs re erit subnectere Gentis istius epitaphium honorificum admodum, quod in Ecclesia de Hermale me legisse memini, monumento sepulchrali incisum.

Vidit, habuitque antiquus hic Argentolij & Montisglonij Principatus, Reginaldum III. Guillelmum, Iacobumque suos olim Principes bellatores, ille pridem Leodiensium bellum potenter sustinuit & retudit, alter belligeranti consanguino Namurci Comiti auxiliaris fuit, hic vero bello aperto cum Geldriæ & Iuliæ Duce dimicavit: tandem pace Principis Præsulis Legiaci interventu composita, Reginaldus V. Iacobi filius parta majorum armis quiete potitus, cum Maria de Treisigni conjuge hoc tumulo conditur anno Christi xv.c xxx. viij. Decembris hæc vero anno xv.c lvj. Iulij xix.


Posteri nil majorum dignitati detrahi sinite & eorum animas ardentibus votis superis commendate. Ipse lector idem quod vis tibi disce precari.

Hermala Ecclesia in qua monumentum præfatum, sita est Leodium inter & Visetum, ad sinistrum Mosæ latus, & eregione in dextera Mosæ ripa, Arx *Argenteau* in edita rupe, naturâ loci munitâ, nuperis bellis à Francis capta atque demolita. Præclarum illud Dominium hodie attinet ad Ludovicum Antonium *Clarisse* Comitem de *Claramonte* Carolo II. Hisp. & Ind. Regi à Consilijs belli, &c.

PRÆFECTURÆ HANUTENSIS.

CAPUT I.

De Dominio, & Hanuti Oppido.



OCUM hunc Hasbaniæ olim, mox Lotharingiæ, nunc Gallo-Brabantiæ in Namurcæi, & Lossensis Comitatuum, & Leodinæ diœceseos confinio, *Dabor* antiquitus dictum, & annales, & indiculi veteres, & tradita per manus fides constanter affirmant. Addentes & rei & nominis vestigia, mensuræ nimirum vulgaris & ab hominum memoria oppido usurpatæ genus *Daboris* nomine, monetam etiam argenteam peculiarem Comitis, non uno loco repertam, cum inscriptione *moneta Villa Hanutensis* & equitis armati effigie signoque B. R.

Nomen porro modernum ex eo natum volunt, quod in extremis Brabantiæ finibus expositum, tribus Brabantini nominis infensissimis hostibus, primos ferè impetus excipere solitum, frequenter ab incolis desereretur.

Castrum antiquitus fuit & fuit ante urbem, illud triplici insignitum turri, ut splendidum ita potens ad quosvis subitos impetus. Ruinæ extantes testantur.

Mœnia oppidi prima sub Henrico primo Duce arbitror extructa.

Diruta autem frequentibus bellis, sub Venceslao & Ioanne IIII. Ducibus restituta. Nunc aggeres soli restant, muri demoliti sunt.

Non omittendum tamen, licet non probem, quod nonnulli astruunt, urbem olim quadruplo ampliorem fuisse, ita ut pagus & cœnobium Bertracense mœnibus concluderetur;

Nunc certè exiguis limitibus murorum eius & fossarum ductus circumscribitur. Portis tribus patens splendidè olim extructis. Quæ sunt: *Curulis* quod merces Brabantiæ in & eveherentur: *Tumbaria* à colle suburbano cognomine, Namurcum versus, ubi fortè trophæum aliquod vetus.

Hortensis sive *Hoyensis* ab oppido quò ducit, quæ sola ex tribus, cladibus superest.

Opera urbis fuerunt olim, sed fuerunt eximia. Nominatim Arx, de qua supra, in editiori urbis parte, & Prætorium in meditullio, curia denique Sombreffiensis, & D. Lamberti, omnia nupero incendio ante annos 100. absumpta, *ann.* 1503. *nocte natalis Dominici.* Repertæ autem non vano antiquitatis documento in ruderibus castri claves deauratæ quatuor, *an.* 1560. & nummi de quibus supra.

Dixi de urbe, sequitur civitas.

CUIUS Dominium penes Comitem olim fuit.

Et audio Comitis Daborensis posteros aliquot in Herkenrodiâ tumulatos.

Cæterum (an deficiente eorum stirpe, an belli an affinitatis jure incertum) firmiter mihi persuadeo Hanutum


ARGENTEAV
mosa fl.
pag.258.



nutum olim à Namurci Comite possessum. Argumento est quod bellis gravissimis quæ inter Namurcenses & Ducem nostrum pluribus annis durarunt, cum legamus & Gemblacum & Viberti montem, & ipsam immò Nivellam ferro flammaque pæne excisas, nulla tamen Hanuti aut læsi aut oppressi extet mentio, quæ utpote finitima Namurcesio primos impetus debebat excipere. Quando ergo, dices, Dux Lotharingiæ & Brabantiæ jurisdictionem quam in urbem pagosque omnem summam habet, tam in criminalibus quam in civilibus, & quo titulo obtinuit? Nisi monumenta vetera partim cum Hanutensi, partim cum Geldoniensi castro ubi asservabantur, interijssent, certiora darem. Nunc ex conjecturis hæc subijciam.

Henrico I. Duce loca quædam Namurcesij cum Thenis Hasbaniæ oppignorata pro 500. auri, eodemque anno per leges pacis Werdæ Cæsaris à Cæsare dictas ferè Duci attributa & nostri & vicinarum gentium annales fatentur, *an.* 1188.

Inter loca illa nominantur ab Historicis Thenæ (quod hodieque Brabantici juris est) & Lernutum: pro quo aliqui Ternutum legunt immò scribunt, & ego libenter Hanutum legerem, nisi *Lernutum* pagum haud procul *Parweto* extare scirem, qui nunc Comitatus Namurcensis est portio.

Quod de Comite supra dixi, probat Vice-comitis dignitas olim Hanuti usitata, cujus unicum invenio Gemblaci exemplum, ubi laudatur *Godo Castellanus Hanutensis*, Renerus Vice-comes, & Arnoldus Hanutensis Eques.

Cæterum quæ fuerit Hanutensis Reipublicæ vetus forma, ignoro; certus eam quæ nunc est à Ioanna Ducissa institutam.

Quæ & potestatem fecit eligendi pridie Natalis I. Baptistæ senatum annuatim mutandum. Constituit Prætorem qui in civilibus urbi præest, supremum enim & hîc & in territorio toto, gladij usum Magno Gallo-brabantiæ Balyvo reservavit.

Insignia Urbi dedit, castrum tribus insigne turribus, cum inscriptione *Le seel des Eschevins de Hannut*, aut confirmavit verius, cum longe ante oppidi Hanutensis insignia viderim castrum vetus.

Balivi dignitatem obtinet Gulielmus, Consulis, Ioannes, Mombeeckij fratres, Ille post honoratam armis generosæ indolem adolescentiæ, hic post decursum Lovanij utriusque juris stadium, uterque & familiæ honos & urbis columen, quorum beneficio statum & privilegia urbis tangentia consecutus sum.

Ad Senatum urbanum, pagi subjecti, controversias suas via appellationis deferunt, qui ut lege Lovaniensi ubique utuntur, ita Lovanium appellant.

Excipio Prætorium Sombreffiense quod & legem & tribunal Sombreffiæ sequitur & suum habet senatum. Sub eo autem tota ferè Hanutanæ urbis possessio sive Dominium latet. Quod beneficiario titulo à Sombreffiæ Baronibus acceptum possident Mombeekani, loco & stirpe prope Hasseletum noti ortique, possederunt antea, nisi fallor, nobiles de Serain.

Præstantior & lectior civium pars numero 36. cooptatur à Balivo in collegium sagittariorum, eoque titulo à tributis & molario vectigali eximuntur. Auxit postea Dux hoc beneficium permisitque Prætori alios 6. ex territorio assumere eadem gavisuros immunitate.

Privilegia urbi intuitu calamitatum diversis vicibus passarum, hæc dedit præcipua Dux.

Ab onere Telonij, Winagij, & mensuræ eos totâ Brabantiâ eximens.

Ne ullibi nisi coram suo senatu conveniri, bona atrestari &c.

Et si quis alterum aut læsisset aut occidisset extra patriam, tutò Hanuti agere & sine ullo vitæ aut fortunarum periculo concessit.

Forum hebdomarium frequens recurrente quolibet Saturni die, nundinas annales circa D. Iacobi idem indulsit.

Cives olim re frumentaria quæstum facere solebant ingentem.

Et ut florentem oppidi statum aliquatenus liceat colligere, invenio in bello quod contra Gloceſtrum Ducem noster gessit, ad Nivellam in armis fuisse Hanutensium 560. viros, & ex territorio pari numero.

Calamitates urbis vix opus recensere, toties enim quoties cum Namurcensi aut Leodijs bellum fuit, malo semper obnoxia fuit.

Inprimis autem cum Regis Bohemi auxilio, omnes in Brabantiam vicini Principes conspirassent, Hanutum ab eis planè exustum est.

Bello Leodiensi arx Hanuti & capta & solo æquata & urbs reparata & in parvi oppiduli formam redacta.

Bello Geldrico occupatum cum arce & portis duabus pæne totum in cineres abijt, ita ut deinceps nihil pristini decoris aut virium remanserit, & cogatur hactenus potentiorum sequi volens nolens fortunam.

Ecclesia in Urbe unica est eaque appendix Bertrayensis, nisi quod Havetius Antistes Namurci primus, ut indecens ita minus commodum videns in urbe Parochia carere, prospexit, & absolutam baptisterio & chrismate alijsque Parochiarum juribus donavit Ecclesiam.

Cujus rei in oppidis insolitæ, cogitatio me subinde invitat, credere urbem serius & fortè à temporibus Ioannæ Ducis extructam, idque occasione Arcis ibi veteris & oportunæ.

Templum per has turbas planè vastatum, sunt & alia in vicino sacra, operâ & cura Ioannis Mombeekij & Ioannis Fabri Consulum egregiè & gnaviter restituuntur.

SUburbana Hanuti amplissima olim fuerunt, ampla sunt hodieque, ager fœcundus & lætus, pulcherrimis arborum fructiferarum cujusvis generis ornatu umbratilis, & dolet militum, quibus assiduè patet tractus Hanutensis importunitate nuper tantum damni illatum. anno 1598. Alioquin ob harum, itemque domorum copiam, nulli se urbs præbet eminus aspiciendam. Inter has sunt plerequæ sacris, plerequæ nobilium, aliæ agricolarum usibus.

Primi generis Xenodocheium fidum olim tam ægris quàm peregrinis receptaculum, ubi utriusque sexus religiosos operibus misericordiæ vacasse accipio.

Secundi generis est *Turris*, re & nomine, inclytæ stirpis de *Crehen*, (*Vocantur D. de la Tour.*) Dominium denique prætorium olim Corswaremiæ, nunc per nuptias, Mombecanæ peculium familiæ, ab anno 1546. primum Ducis Albani in Brabantia hospitium anno 1567. Nuper fortuito igne anno 1578. absumptum sed magna impensa restitutum. *Hactenus Gramaius.*

CAPVT II.

De Dominijs & Pagis Lens S. Servatij & Lens S. Remigij seu Beginarum.

HIs pagis orditur Comitatum sive Præfecturam Hanutensem Ioannes Baptista Gramaius, inquiens: In omnibus hoc tractu pagis Princeps supremæ jurisdictionis honorem suo Balivo transscribit: jus dicitur ex lege Lovaniensi. Pagi autem hi sunt:

Lensium utrumque D. Servatij apud Trajectenses peculium, unde alterum retinet nomen, alterum ad distinctionem nunc Divi tutelaris Remigij, nunc, Beginarum nomen induit.

Quia nimirum vetus ibi & celebre Beginasium quod à tenuibus initijs ante annos quadringentos ibi coaluit, *Advocatus hujus est D. de Querre.*

Cæterum cum securius videretur Virginibus ad regulæ alicujus præscriptum vitam suam componere, Engelberto Marcano Episcopo, & Rogerio Archidiacono Hasbaniæ authoritatem facientibus, tertiam D. Francisci cum grysea veste professæ sunt anno 1351. per litteras utriusque datas 17. Augusti, per Priorissam mihi communicatas. Sed non multo post Joannes Episcopus anno 1372. & habitu & regula mutatis permisit Augustini Canones sequi, quod hodieque observant, Priorem suum ad sacra peragenda agnoscentes, & titulum *B. Magdalenæ de Bethania.*

Cœnobium nunc viget & disciplina & numero Religiosarum. Hactenus Gramaius.

In Repertorio Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscripto de Dominijs & Toparchijs pigneratis, repigneratis ac venditis, legitur:

Lens St. Remy ou les Begines & Lens à la Croix, demeure engagé depuis le 4. d'Aoust 1626. au Sr. de Guisort pour 4100. *flor.*

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, perstringens pagum *Lens*, ita fatur:

Eustache Sire de Lens en Brabant decedé l'an 1306. avoit espousé Clarice fille de Michel d'Antoing Sr. de Harnes Carp. fol. 93.

Une fille de Raffe de Seraing Chevalier, fut mariée à Lens en Brabant, dont sont issus ceux de Jardeignée; Clairembaut de Lens en descend aussi, & plusieurs autres encor. HEMRICOURT cap. 3. pag.43.

Christophorus Butkens Trophæorum lib. IV. producit pag. 538. Inter Nobiles qui vixerunt tempore Ducum Wenceslai & Joannæ. *Gerard de la Tour de Lens.*

CAPUT III.

De Dominio & Pago Boislens sive Abolens.

L*Ensium silvestre* eosdem cum superioribus Dominos agnoscit Canonicos D. Servatij Trajectensis; Cura incorporata monasterio Crucis Lensij. Inquit Gramaius.

Porrò Dominium *Lens à la Croix* docuimus, ex Schedis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, præcedenti capite exhibitis, transscriptum N. *Guisort* anno 1626. jure pigneratitio possidendum.

Abolens verò & *Putchey* de qua mox dicetur, pignori data fuere jussu Principis. 29. Augusti 1630. D. De Mombeke pro 1200. flor.

Venditaque in perpetuum fiduciario Domino 27. Januarij 1644. pro alijs 2300. flor.

CAPUT IV.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Villers le Peuplier.

VILLARIUM POPULARE, *ab arborum copia, peculium Abbatiæ Trudonopolitanæ, in sacris Capituli S. Pauli Leodiensis*, inquit Gramaius.

Memoratur quoque in Calendario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, his verbis:

Villers devant Hanut demeure engagé depuis le 4. *d'Aoust* 1626. *au Sr. Guisort, pour* 3200. *flor.*

Porrò an fuerit posteà cum cæteris Toparchijs in perpetuum ab alienatum inquirendum utique.

CAPVT V.

De Dominijs & Pagis Ligney seu Lignet & Moucheron.

L*igniacum & Mocheronia* Dominos excepto Principe nullos habent, scribit Gramaius.

Porrò auctor illi concinnavit opus suum initio hujus sæculi, triginta fere annis post Dominia illa à patrimonio Principis fuêre distracta atque abalienata, tempore Philippi IV. Hispaniarum & Indiarum Regis uti patet ex Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ quod ita habet:

Ligney, Crehaing, & Moucheron, furent engagez le 29. *d'Aoust* 1630 *au Sr. Monbeque pour* 1000. *flor.*

Et vendües le 9. *Septembre* 1648. *au Maistre de Comptes de Haen pour autres* 1100. *flor.*

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Crehaing.

C*rahenia*, Divi Lamberti allodium & patriæ Leodiensis pagus, hîc inserendus eò quod Balivus Hanutensis aliquid in reos juris habet, quos *Magno* loci *Advocato* vinctos tradit, ab eoque mox recepit plectendos. Hactenus Gramaius.

Magnum loci *Advocatum*, remur fuisse Brabantiæ Principem, patetque ex schedis productis capite præcedenti, Philippum IV. Hisp. & Ind. Regem abalienasse Dominium suum in *Crehaing*.

CAPVT VII.

De Dominio & Pago Putchey.

P*Vteaum*, inquit Gramaius, Merodiæ gentis peculium & Bertraeensium. Notatque ad marginem *in Registro Pucetum vocatur.*

Calendarium Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ conscriptum de Toparchijs abalienatis, ista tradit;

Putchey & Abolens furent engagez le 29. *d'Aoust* 1630. *au Sr. de Mombeque pour* 1200. *flor.*

Et vendu au Sr. gagier le 27. *Ianvier* 1644. *pour autres* 2300. *flor.*

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatur:

Pierre de Hesdigneul en ses Chroniques de Liege dit, que l'an 460. le Comte de Boden, fonda les Villages de Foz, Quemexhe, Viller, Bierset, Waleur, Othey, *Puchet* & Blaret.

Audax factum, at nescio an pari robore, ex voto meo velim stare auctori fidem; Porrò *Blondeau* ita prosequitur: *Putcey* at anciennement appartenu à la famille de Warfusée, & entra dans celle de Dammartin par l'alliance que Raes à la Barbe, cadet du Comte de Dammartin en France fit avec Alix de Warfusée. HEMRICOURT pag. 8. & seq.

Inter nobiles qui floruerunt tempore Ducum Wenceslai & Joannæ, producitur à Butkens, Hubertus de Puchey.

chey. Memoratur quoque Dominium de Puchey, in schedis productis suprà quando egimus de Toparchia *Pelaines* in Præfectura Orpiensi, & supervacuum foret rursus transcribere, sufficerit indicasse locum.

CAPUT VIII.

De Dominio, Prioratu & Pago Bertreis.

Bertriacum, tam in sacris quàm politicis à Prioratu dependens, qui ante annos 300. hîc fundatus est, appendix Abbatiæ Cluniacensis in Francia, Ordinis S. Benedicti, auctoritate Pontificia nuper Episcopatui Namurcensi incorporatus, anno 1561.

Scribit quidem prædicta Gramaius, attamen constat ex Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ conscripto de Dominijs pigneratis, repigneratis ac venditis. *Bertriaci* Dominium mansisse penes Principem in annum hujus sæculi trigesimum. Verba Diarij sunt ista:

Avernas le Baulduin & Bertreis, *furent engagez le 21. d'Aoust* 1630. *au Sr. de Mombeque pour 1000. flor.*
Et vendu au Sr. gagier le 3. *Feb.* 1644 *pour autres* 4250. *flor.*

Inter Nobiles qui floruerunt tempore Wenceslai & Joannæ, producitur à Christophoro Butkens Trophæorum lib. IV. pag. 545. *Willera de le Abbée de Biertes*, legendum arbitror, *Willeran de l'Abbaye de Biertres.*

Cæterum, Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit Bertriaci & Prioratus olim inibi fundati, his verbis:

L'an 1630. le Roy exposa Biertrais ou Bietrée en vente avec haute & basse justice. Pierre de Hesdigneul en sa Chronicque de Liege, dit, qu'a la requeste de l'Abbé de Clugny, Notger Evesque de Liege y fonda un Prieuré de cet Ordre, à l'honneur de Nostre Dame l'an 999. & que la mesme année il en fonda encor quatre autres du mesme Ordre.

Legimus in Gestis Notgeri, apud Joannem Chapeavillium pag. 207. Prioratus aliquot à Notgero conditos, his verbis:

Prædictus Abbas Cluniacensis, (*Odilo*) tàm ipse, quàm ejus successores, plures Ecclesias in Parochia Leodiensi acquisivit: in quibus religiosi monachi, ab ipso, sub nomine Prioratus, sunt statuti, qui nocte & die pro statu Ecclesiæ aures divinæ misericordiæ non cessant perpulsare. Prima est, Prioratus sancti Symphoriani in Busco. Secunda, Prioratus sanctæ Mariæ de Vertroia. Tertia, sancti Stephani in Nameka, in qua pridem fuerunt circa quatuor Prioratus. Quarta, Sanctimonialium in Hoyo, quæ dicitur sancti Victoris, Quinta, sancti Petri in Aqualia. *Hæc ibi.*

Prioratus S. Mariæ de Vertroia, quo nomine locum hunc designari, planè nobis persuasum est, & per ignaviam transcribentis aut typographi *Vertroia* expressum cum *Bertroia* scribi debeat.

Huic opinioni astipulatur Compendium Gallicum Historiæ Leodiensis, in Gestis Notgeri, ubi legitur: Il fonda aussi pendant son regne, les Priorez de S. Victor lez Huy, & de *Bertray*, comme aussi l'Eglise de Fosse.

CAPVT IX.

De Dominio & Pago Avernas Baulduin.

Demonstravimus capite præcedenti ex Schedis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, Dominium hujus pagi pignori datum N. de Mombeque anno 1630. venditumque fiduciario Domino anno 1644.

Meminit illius Gramaius, his verbis: Avernasium *utrumque* Crassi et Balduini, *hæreditas Abbatiæ S. Laurentij apud Leodios, quæ utrobique & Prætorem & Senatum juridicundo designat.* Hæc faciunt ut credam, solùm jus Gladij à Principe transcriptum, siquidem minora jurisdictionis jura à dicta Abbatia jamolim possessa, dono *Walteri* de *Trudeneris*, viri nobilis, qui prædium suum Avernense, in Comitatu *Steppensi*, Monasterio S. Laurentij tradidit, confirmante Alberone Leodiensi Episcopo anno M. CC. XXIV.

Cujus diploma vulgavit Aubertus Miræus Diplomatum Belgicorum lib. II. cap. XLIII. dignum sanè lectu, ideoque exhibendum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albero gratia Dei Leodiensis Episcopus, notum facio præsentibus & futuris Christi fidelibus.

Quia Walterus de Trudeneris liber homo, prædium quod habebat in minori Avernas in Comitatu de Steps, tradidit, pro salute animæ suæ, ad Altare B. Laurentij, ex integro tam in culturis & pratis, quàm in nemore &

re & censu & familia, quæ illo tempore in ipso manebat prædio, cum omnibus usuarijs & appendiitijs suis, cum omni decima indominicatus proprij, necnon & tota justitia ipsius prædij.

Advocatiam verò ipsius prædij liberam reliquit in manu Leodiensis Episcopi, ut ei soli de omni injustitia reclamet Ecclesia S. Laurentij, & ut nunquam eandem Advocatiam in beneficium det alicui. Nam in pretium redemptionis animæ suæ, ipsum allodium Deo & S. Laurentio obtulit, & ideo Leodiensem Episcopum Advocatum ibi esse voluit, qui specialis provisor & pastor erat ipsius Walteri, tamquam liberi hominis, sicut & cæterorum liberorum hominum principatus proprij.

Homines verò, qui de terra censuali ejusdem prædij sunt beneficiati, fundos suos ab Abbate tenebunt, sicut eo die tenebant, quo ipsum prædium S. Laurentio est traditum, nec præter simplicem terræ censum aliquod requisitionis jus, sive ullam districtionem ibi habebunt: quia omnia hæc ad Abbatem pertinentia sunt, & ei de omni injustitia est proclamandum.

Diffinitum est etiam, ut nec Walterus dum vivit, nec post eum Abbas aliquis quidquam de terra & decima indominicali, vel de censu, sive de omni reditu ejusdem prædij beneficiare aut diminuere possit; eò quòd eleemosyna Deo & S. Laurentio oblata sit.

Ipse verò Walterus usumfructum ejusdem prædij in vita sua sibi ex integro retinuit: & ideo, ne vel ab ipso dum vivit, vel ab aliquo, postquam obierit, ulla surreptione infringi possit, summam terræ ad indominicatum S. Laurentij pertinentis, summam quoque censūs, aliorumvè redituum, hîc subannotari placuit.

Primò quidem totam decimam ad indominicatum S. Laurentij pertinentem, sive in fructibus terræ cultilis, sive in fructibus domestici nutriminis: deinde viginti bonaria terræ indominicalia, & de terra censuali solidos XLI. & III. denarios, in tribus terminis, Epiphania scilicet, & Nativitate sancti Joannis, & festivitate S. Remigij. Quatuor quoque modios avenæ, in solennitate S. Martini, & XXII. capones in Natali Domini, & octo panes, cum totidem cerevisiæ picarijs.

Familia quoque ipsius prædij, id est, servi & ancillæ, singulis annis censum solvent capitis sui denarios x. unum ad Altare S. Laurentij, in festivitate S. Martini. Et cum aliquis eorum sine herede obierit XII. denarios dimittet Ecclesiæ S. Laurentij.

Quæ omnia nos rata & incolvulsa perpetuò manere decernimus, & pro confirmationis testimonio chartam hanc conscribi jussimus, & nostri sigilli impressione roboravimus, excommunicantes & æternæ maledictionis anathemate condemnantes eos, qui quovis malignitatis ingenio quidlibet horum infringere tentaverit, & Ecclesiæ S. Laurentij ullam inquietudinem aut molestiam concitaverit.

Testes fuerunt Archidiaconi omnes.
Andreas Præpositus.
Henricus Decanus.
Henricus Junior.
Alexander, Adelmanus, Seppo.
Emmo, & alij multi ex clero S. Lamberti.

De Nobilibus viris.

Godefredus Comes Namurcensis.
Arnulfus Comes Lossensis,
Gisbertus Comes de Thuerate.
Lambertus Comes de Monte acuto.
Wigerus Advocatus.
Willelmus de Lossez.
Godeschalcus de Merelevers, frater ejusdem Walteri, & alij multi de familia ecclesiæ.
Theodoricus de Ponte.
Widericus de Prato. Avelinus.
Lambertus de Hoyo, & Arnulphus frater ejus.
Albertus de Villier, & Theodoricus frater ejus, & alij multi.

Actum Leodij anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vigesimo quarto, Indictio prima, regnante Henrico V. anno regni ejus decimo septimo.

CAPUT X.

De Dominio, Baronatu & Pago Cras Avernas, sive Avernas le Gras.

Avernasium Crassum, ita dictum ad distinctionem *Avernasij Balduini*, in Baronatum erectum est à Carolo II. Hispaniarum & Indiarum Rege, tertia Januarij anno M. D. C. LXXVI. in gratiam viri nobilis Antonij *Lopez Suasso*, Hispani, magni animi dotibus exornati, non tam opibus quas longè amplissimas possidebat, quam recto earum usu laudandi, quasque sæpius in obsequium Catholici Regis impendit, magno Reip. bono. Obiit Hagæ Comitis XI. Feb. M.D.C.LXXXV. Nunc possidet Franciscus Lopez Suasso, præfati Antonij & Violantæ de *Pinto* filius unicus, Baro *d'Avernas*.

CAPUT XI.

CAPVT XI.

De Dominio & Pago Hallay le Grand.

HALERIUM *utrumque* (inquit Gramaius) *majus quidem Decani Majoris Leodiensis, & Abbatissa Lintrensis, minus familia nobilis de* WAILLET *peculium.*

Commemorant de ambobus istis Halerijs adversaria Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, primùmque de magno.

Hallay le Grand fust engagé le 4. *d'Aoust* 1626. *à Guillaume Pabeau pour* 3100. *flor.*

Et vendu absolument le 12. *de May* 1644. *à Maßin de Labbaye pour luy ou son Command pour autres* 3100 *flor.*

CAPVT XII.

De Dominio & Pago Petit Hallay.

H*Alerium* minus familiæ nobilis de *Waillet* peculium, inquit Gramaius.

Ephemerides Cameræ Rationum Ducatus Brabantiæ, conscriptæ de Dominijs & Toparchijs pigneratis, repigneratis ac venditis memorant quoque pagum hunc, his verbis :

Petit Hallay fut engagé le 16. *d'Aoust* 1630. *pour* 1600. *flor.*

Et vendu absolument le 22. *Septembre* 1645. *à Iean Streignart pour autres* 2200. *flor.*

Joannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet ista :

La haute jurisdiction de Petit Halley ou Hallet, à de tout temps appartenu au Ducq, & la famille de Waillet y at une Seigneurie fonciere.

Soub le Ducq Iean II. vivoit Renier Bordon de Halley ; & soub la Duchesse Jenne Wery de Halley.

Vers l'an 1400. Libert fils de Messire Gerard Moureau de Halley, espousa une des filles de Guillaume de Gavre dit Herimez Seigneur de Steenkercke & de N. . . fille de Pinchart de Frezin.

Vers le mesme temps vivoit Anseau de Hallet fils de Messire Baulduin de Blehem, lequel espousa la fille de Goffin Warnier de Velroux dont il avoit des enfans.

Cette famille de Hallet portoit d'argent à la bende de gueule, chargée de trois capuchons d'or, ou selon d'autres, d'argent à trois forses de sable, ce qui me fait croire qu'elle descenderoit de la famille d'Hanut.

In quibusdam tabulis Geographicis habetur non Hallay, Halley aut Hallet sed Haller.

CAPUT XIII.

De Dominio & Comitatu Falaix.

AD dexteram Mehainiæ ripam, inter Orientalem & Meridionalem Hanuti plagam, conspicitur Dominium *Fallaix*, ab Alberto Archiduce in Comitatum erectum anno M. DC. XIV. Rem narrat ad eundem annum Aubertus Miræus in Chronico Belgico, his verbis :

Si quis alius nostra ætate, Albertus certè Belgarum Princeps majestatis tuendæ ac dignitatis augendæ in gestu, cultu, aulæ pompa, nobilium procerum copia, ministeriorum varietate ac satellitio perstudiosus fuit; haud ignarus *cessante admiratione opum & potentiæ, quæ plebeijs animis hoc aspectu inseritur, vilem & contemni facilem reddi Principatum.* Hoc itaque anno Albertum de Ligne Principem de *Barbanzon*, Carolum de Trasignies, Marchionem de *Trasignies*, Philippum de Rubempré Comitem de *Vertain*, Robertum de S. Omer Comitem de *Mourbeque*, Maximilianum de Bailleul Comitem de *Bailleul*, Hermannum à Burgundia Comitem de *Falais*, Guilielmum de Hamale Comitem de *Gomignies*, & Hugonem de Noyelle Comitem de *Noyelle* creavit. *Hæc ibi.*

Gramaius in Hanuto, ita fatur. Huc adscribendum *Phallasium* Ducis nostri beneficium, in finibus Eburonum.

Ubi Arx & Palatium cui simile non habet tota Gallo-brabantia, sive situm, sive speciem, sive potentiam æstimes. Cingunt justæ latitudinis & capacitatis aqua plenæ fossæ una parte tres, altera duæ; Aquam autem

sufficit

ſufficit Mahania fluvius qui in cognomine pago ditionis Namurcenſis exortus, admiſſiſque aliquot rivulis intumeſcens caſtrum alluit & ſeſquimiliario abhinc in ſuburbano Hoyenſi in Moſam ſe exonerat. Vallant muri in ambitu craſſitie & altitudine ingenti & in eis turres aliquot ſplendido opere munitæ. Quarum una monetariam continet officinam; jus enim ſignandæ pecuniæ ab antiquo habuit Phalaſius Toparcha. Prætorium ingens & magnificum, de quo hoc dictum ſufficiat, vel ibi ſolum relucere Burgundicæ majeſtatis veſtigium.

Gaudet autem Phalaſium aſyli jure, & Dominus confugientes ad ſui nominis patrocinium tam Brabantos, quàm Leodicenſes reos à vi tuetur. *Ex communicatis mihi per ipſummet Baronem.*

Idem immunitate gaudet ampliſſimâ, nec, etiam ex quo tempore cliens fiduciarius Brabanti Ducis eſt, tamen ad belli onera aut ſubſidia in rem Brabanticam præſtanda obligatur, ne urgetur quidem.

Toparchæ, quos Leodicenſe chronicon *Barones* vocat, veteres unde orti fuerint, non ſat ſcio.

An. 1164. Invenio in diplomatibus *Odonem de Falas* militem itemque *Gerthardum de Phallaix. An.* 1180.

Et ſunt qui putent hanc primævam ſtirpem è Limburgi Ducibus eſſe, alii ex Arduennæ Principibus, quod magis credo.

Deficiente autem illa ſtirpe devenit hæreditas ad Bellefortenſes (notus eſt in ſupercilio Moſæ locus, & celebris in Namurceſio) familia ampliſſima, *Hembricurtius in cenſu nobilitatis Hasbanicæ. An.* 1274. Ex quibus Richardus ob interfectum ex ſuis furem quendam contra datam fidem à Condruſiorum Prætore, Condruſios auxilio fratrum ultus & fæda populatione omnia Cynacum uſque pervagatus, viciſſim à Leodinæ Diœceſeos interrege obſidetur, profectus ad auxilia cogenda Namurcum in itinere à Condruſiis obtruncatur. *Majus chronicom Leod. vol* 3. *ad an.* 1375. *per D. Crupetenſem mihi ſubminiſtratum.*

Filius Rigaldus imparem ſe ſentiens tanto hoſti, Joannis Brabantiæ Ducis beneficiarium ſe profeſſus, auxiliariam manum impetrat, & ſoluendæ obſidioni, & vindicandis injuriis. Vario demum Marte pugnatum, donec Franci Regis interventu res ad pacem devenit, qua definitum, *An.* 1285. *in Septemb.* ut Phalaſius ditiones ſuas à Leodino Antiſtite beneficiarias acciperet. *Codex dicta Leodicenſis per D. Carondeletum Præpoſ. Leodicenſem ſuppeditatus.*

Quod factum, licet, ut fit, levibus ex cauſis natæ ſubindè controverſiæ nonnunquam in bellum eruperint. Citò natum citò ſopitum: ita tamen ut clientelam hanc Brabantiæ Dux ad ſe iterum retraxerit. *Annales noſtri c.* 35. *Chronicon Trudonopolitanum meminit etiam.*

Quod ex eo evadit manifeſtum quod mortuo Joanne Fallaſio cum ſtirpem ex ſe maſculam non ſuſtuliſſet, Ioannes Weſemalius ratione uxoris unicæ hæredis Dominium conſecutus, **'t hoogh Gericht van Faleys** / id eſt, ſummam juſtitiam Falaſienſem à Duce accepit. Ubi licet annus non addatur, ego tamen ſcio Joannem illum *An.*1385.vixiſſe & cognominem filium habuiſſe hæredem. *An.* 1420.

Intelligo demum à Weſemaliis devolutum ad Comitem Buchanienſem, ab eoque ad Wolfardum de Polhain. Qui id Maximiliano Imperatori transſcripſit, de quorum familiis, quia obiter hic & non diu hæſerunt, nihil addo, *Liber feudorum nominat his omiſſis Joannem de Gaure ann.* 1480. de Weſemaliâ aliàs dixi. Imperator autem, quem dixi, Balduino Burgundo Philippi Ducis ex impari conjuge filio, operæ diverſis bellis navatæ præmium contulit, *An.* 1502. in cujus etiamnum hæret poſteritate.

Vir illuſtris Hermannus à Burgundia, dum hæc ſcribo præeſt, cujus beneficio nonnulla huc ſpectantia cognovi, ei tu lector gratiam habe, ego felicitatem apprecor & vitam longam.

Habet Falaſium jus municipale, forum hebdomadarium diebus jovis frequens, & annale quod jam in uſu eſſe deſijt.

Gaudent autem incolæ omnes immunitate omni quarumvis exactionum, tributorum, onerum & ſubſidiorum, non tantum in pago, ſed etiam quócunque libuerit merces convehere aut nundinari per Brabantiam aut Leodinam Diœceſim. *Hactenus Gramajus.*

Idem ſcriptor, in Antiquitatibus Comitatus Namurcenſis, ſectione 3. Balivatus Sanſonienſis, ubi agit de Comitatu Bellefortenſi, (*Beaufort*) & Abbatia *Solieres*, *Viſuntur*, inquit, *in Eccleſia tumuli veteres, Dynaſtarum Bellefortenſium, Comitum olim. Qui fuerunt antiquitus iidem cum* Falaſiæ *& Goniæ Dominis &c.*

Joannes Hocſemius Canon. Leod. in Geſtis Ioannis Enghienſis LXX. Epiſc. Leod. tradit iſta cap. XI.

Anno Domini M. CC. LXXV. cum progenies caſtri de *Belleforti* fidelis Epiſcopo, & Epiſcopatui favorabilis extitiſſet, quia Baillivus Condroſii *Jalain* Villam Domini Ioannis de *Gones*, fratris Domini de *Belloforti* & Domini Rigaldi de *Falais*, una vacca prædaverat, proinde diſcordia gravis exoritur Epiſcopatui pernociva.

Nam tribus prædictis fratribus Epiſcopatum infeſtantibus, Hoyenſes manſiunculam dicti Ioannis

nis in palude juxta *Tytantiam* destruxerunt, castrum *Gones* incendio devastantes, castrumque de *Belloforti* obsidione frustra cinxerunt. Tunc Episcopus castrum de *Falais* fecit per Baillivium Hasbaniæ obsideri; Dominus vero castri se sentiens imparem, castrum suum in feudum à Duce Brabantiæ relevavit.

Et cum Dux magnum exercitum, ut obsidionem solveret, congregasset, exercitus Episcopi relicta sede discessit.

Tunc pariter & reliqui duo fratres castra sua receperunt in beneficium à Comite Namurcensi, terram beati Lamberti martyris relinquentes &c. *Hæc ibi.*

Porrò Brusthemius notavit, sopitum tumultum occasione vaccæ prædictæ exortum, per Philippum Franciæ Regem, eâ conditione, ut Domini de *Belloforti*, *Falais*, & *Gones*, sua allodia ut prius, ab Episcopo relevarent. Vide Chapeavillium Tom.2. in Ioanne Enghienśi cap.XI. pag.310. æditionis Leod. anni 1613.

Cæterum Falaziæ castrum, nunc quidem exile, utpote nuperis bellis, maximâ sui parte, à Francis, demolitum, sed prioribus temporibus, potens, amplum ac splendidum fuit, sicut ex murorum atque operum ruderibus ac molibus adhuc restantibus contueri est.

CAPUT XIV.

De Dominio & Municipio Jemeppe, & Monasterio ad Sabim, Nobilium Canonicarum Collegio.

NOn est animus universum agrum Sabiensem perlustrare, sed ratione viciniæ pauca de *Jemeppia* & *Monasterio* ad Sabim, dicere; Illa ad sinistram *Sabis* ripam ubi *Ornus* illabitur. *Namurcum* inter & *Caroloregium*, a quibus pariter tribus milliaribus Brabantinis distat; Hoc, loco eminentiori atque ab amne remotiori situm: Utriusque meminit Gramains in Præfectura Floridi-Ruris sectione IV. hisce verbis.

Jemeppia ad Sabin S. Martinum colens, qua sacra qua civilis patet jurisdictio Præpositi & Collegii Leodicensis Dionysiani, Advocatos habuit olim Sombreffiæ Dynastas, Gisbertus de Wachtendonck ex nobilibus Gelriæ ratione uxoris Mariæ possedit, An. 1484. *Balduinus à Burgundia emptionis jure acquisivit,* An. 1503. *cedente Daniele de Miwarem filiarum Sombreffiarum hærede. Nunc possidet N. à Burgundia Zevenbusæ Dominus, sicut vicum Ultraornanum,* (Oultreono) *& castrum Frigidi montis,* (Fromont) *pulchrum illud & elegans in colle edito situm haut procul à Sabi. Vicus superior Parochiam habet vicini Monasterii ad Sabin* (Moustier sur Sambre) *pagi nobilis, qui tam in sacris, quàm in foro & tribunali à secularis collegii Canonicarum Antistita dependet. Parochia virgini matri inscribitur. Collegiata Apostolorum Principi, celebris ob translatum illuc ex Turrino prope Antwerpiam corpus B. Fredegandi. Dedicata à beato Amando Episcopo, qui ibidem congregationem monasticè viventem instituit,* Ob. an. 661.

Post Normannorum autem vastationem, sanctimoniales à tot malis vix respirantes paulatim regressæ prima collegium restituente nobili Ermengarde, An. 901. *unde frequenter quod ante cœnobium S. Fredegandi dicebatur, post vocatum est monasterium Ermengardis ad Sabin. Author & director restitutæ disciplinæ Ebroinus Abbas, fautor Stephanus Episcopus.* Ex Leodicensium chronico & Placentio.

Templum extructum cum claustro & post triennium dedicatum. An. 926. *Virgines cum velo monasticæ religionis uterentur, Henricus Episcopus concessit, ut mores & habitum canonicalem assumerent, quod Joannes successor ejus perfecit, & confirmavit.* An. 1282.

Ratione Monasterii & aliarum Villarum 16 Comes cum quatuor nobilibus Leodii Episcopo sacramentum dixit. An. 1360. *Balduinus Imperator prædicessorum suorum beneficia & donationes confirmat, addens medietatem amendarum. Unde incolæ jure civium gaudent.*

Hæc ibi, verum ætate nostra, emptionis jure, acquisivit Dominia *Froidmont*, *Han*, *Jemeppe* Peterus *Roose*, Eques, Philippo IV. Hisp. & Ind. Regi à Consiliis Status, & Sanctioris Concilii Præses, qui ea, aliaque præclara Dominia, ultimis tabulis transmisit, Petro Ferdinando *Roose*, ex fratre nepoti, filioque suo adoptivo, hodierno dictorum locorum Domino Bouchautique Baroni, de quo vide lib. 11. cap. III. *Zevenbusæ* autem Dominium nunc possidet Didericus *Duyst van Voorhaut*, creatus à Cæsare Leopoldo S. R. I. Baro, connubio junctus ~~Catharinæ~~ *Helman*, *Willebroukæ* Baronis sorori.

CA-

Pratorium
D'ni Petri Ferd:
Roose, Toparchæ de
Han, Froidmont, Je,
meppe,

in Comitatu Na,
murcensi,



A. Chasteau de Froidmont,
B. la Fermie de Han,
C. la Maison du Seign
de Han,
D. Bois de Han,
E. Jemeppe,
F. Moustier,
G. la Sambre,
H. l'Ornez,

J. F. Leonart fe.

CAPUT XV.

Dissertatio de Anulo signatorio, & de ævo quo cœperint Nobilium cognomina, & arma gentilitia esse hereditaria.

LEgitur apud Macrobium lib. 7. cap. 13. quod veteres non ornatus sed signandi causa anulum secum circumferebant, unde non plus habere quam unum licebat nec cuiquam nisi libero: porrò multis hoc modis, ut cætera omnia, luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, pro digitorum ornamento, censuque opimo digitos onerando. Anuli signatorii usum vetustissimum esse, inter eruditos nemo negat, siquidem Scriptura sacra loco non uno de illo commemorat, utpote lib. 3. Regum cap. 21. ubi legitur quod Jezabel scripserit litteras ex nomine Achab, & signaverit eas *annulo ejus*, & lib. Ester cap. 3. nu. 10. *Tulit ergo rex annulum, quo utebatur, de manu sua, & dedit eum Aman.* Ibidem nu. 12. *& litteræ signatæ ipsius annulo, missæ sunt per cursores regis ad universas provincias, ut occiderent atque delerent omnes Judæos.* In Daniele cap. 14. *claude ostium & signa annulo tuo.* Mos fuit veterum gerere anulum in digito sinistræ manus, qui est minimo proximus; causa est, quod, (ut scribit citatus Macrobius) in sectis humanis corporibus, repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo digito ad cor hominis pervenire: & ideo visum veteribus, ut ille digitus tamquam corona circumdaretur.

Alexander morti jam proximus, *detractum anulum digito, Perdiccæ tradidit:* tamquam sigillum quo uti consueverat in obsignandis mandatis.

Historiæ pater Herodotus, dum agit de Regibus Assyriorum; *Annulum, inquit, signatorium singuli gestant, & sceptrum affabre factum, cui superstat aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aquila, aut aliquid quidpiam: nam absque insigni gestare sceptrum nefas est.*

Porrò filii parentum signis non semper utebantur, quisque enim pro lubitu genio suo indulgebat in excogitandis & formandis in anulo suo signis, quæ non descendebant ad posteros.

Augustus, enim tradente Suetonio, *in diplomatibus libellisque & epistolis signandis, initio Sphinge usus est, mox imagine magni Alexandri: novissimè sua Dioscoridis manu sculpta; qua signare insecuti quoque principes perseverarunt.*

Duravit mos ille multis sæculis penes Imperatores Reges & Principes, diplomata & litteras imagine sua signandi, usque ad primam Francorum expeditionem in terram sanctam, quo ævo videntur insignia gentilitia cœpisse certa in familiis esse, quod Guilielmus Marlottus, Magnus Prior Ecclesiæ S. Nicasii Remensis lib. 2. cap. 4. firmat exemplis scutorum Navariæ & Angliæ Regum, additque, *idem possumus dicere de scutario Francorum typo; tum quia Gregorius Turonensis, Flodoardus, & Aimoinus, auctores antiqui, illum non observarunt; tum etiam propterea quod bussonum mutatio in Lilia merum est extraneorum figmentum, ex Humbaldi deliramentis haustum. Opinio itaque de Liliis è cælo missis in Clodovæi Regis inauguratione, valde est suspecta, utpote quæ fundamento ac auctoritate caret.*

Non desunt tamen qui aliter sentiunt, utpotè Joannes Beka in chronico Episcoporum Ultrajectensium & Comitum Hollandiæ, qui in actis Hungeri Episcopi XI. scribit quod *Theodoricus primus Hollandiæ Comes*, arma gesserit *aurea cum leonina rubicundi coloris imagine.* Sed Arnoldus Buchelius, qui notis historicis Bekam illustravit, *nugatur*, inquit, *hic Beka, & qui eum sequuntur, nam arma hereditaria eo tempore incognita; quamvis Fauchetus in originibus, circa tempora Ludovici Grossi Francorum Regis, id est post annum Christi Millesimum incœpisse tradat.*

Joannes *du Tillet*, in Curia Parisiensi ab actis, notusque scriptor rerum Gallicarum, in lib. cui titulus *Recüeil des Rois de France leurs Couronne & Maison.* habet fol. 330. *Inventaire des escus & armoiries des Rois, & Messieurs Fils de France. Don, fait par le Roy Philippe le Bel, à Adam de Vallemonde, d'un fief, sis à Anvers, au devoir de deux arçons de scelle, l'un aux armes de France, & l'autre aux armes du Roy Clouis, à mutation de Seigneur, en Mars 1300 registre 38 lettre 71.*

At Claudius Fauchet; Senatus monetalis Præses, scribens ad locum illum Ioannis du Tillet, innuit rem istam sibi suspectam esse, hisce verbis, *Il feroit bon voir les armoiries de Clouis, desquel, le Villemonde est tenu marquer une selle, qu'il doit à cause de son fief.*

Idemque sentit de scuto Francico cum tribus Liliis è cælo misso in Clodovei Regis inauguratione, inquiens loco citato; *Jaçoit que les anciens Autheurs disent que cet escu Royal, par un Ange fut apporté au Roy Clouis premier Roy François Chrestien, il ne s'en trouve rien en l'histoire de Gregoire de Tours: & il ne me souvient point d'avoir veu marque de fleurs de Lis, precedentes Pepin, mais depuis Louis le Gros (du temps du quel il me semble que les armoiries commencerent à estre hereditaires) elles furent plus asseurées aux familles & commencerent de passer aux maisons de pere en fils. Car pour le regard des Rois anciens, ils marquoient leurs monnoies & feelloient leurs char-*

res & lettres d'une empraınte sur or, ou cire portant leur image en pourfil. Comme l'on void en aucunes pieces de monnoye & chartes, mais principalement en une de Charles le simple, qui est au thresor de l'Eglise de Paris.

Arnoldus Wion, qui scripsit Monasticum Martyrologium, asserit S. Benedictum pro insigni gessisse leonem argenteum in campo rubro, avitis armis Anicianis relictis. Quæ quidem eodem auctore habebant turrim argenteam in campo rubro; quæ annis trecentis ante Christi nativitatem, anno scilicet ab urbe condita CCCCL. Quinto Anicio Prenestino (qui primus in historiis Anicii condecoratus est nomine) assignat. Ut Wion S. Benedicto ita etiam alii S. Gregorio arma gentilitia assignant, de quibus ita Baronius ad annum Domini DC. IV. num. VI. *Quod S. Gregorio tribuantur insignia, videntur illa esse supposititia, cum eo tempore eorum non fuerit consuetudo. Risimus autem qui Gregorio vel antecessoribus Romanis Pontificibus pro insignibus tribuunt (ut nunc moris est) diversis imaginibus & coloribus picta cum eorum usus longè sit recentior.*

Franciscus de Rosieres Archidiaconus Tullensis, scripsit elapso sæculo, septem Tomos *Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum*, excusos Parisiis anno 1580. in folio apud Guilielmum Chaudiere. Opusque suum, ita incipit.

Exemplaria diplomatum diversorum Cæsarum, Regum & Principum, ex quibus elicitur veritas rerum, quæ nonnullis in historiis capitalibus 3. 4. 5. & 6. Tomi narrantur. Ac primum Dagoberti Franciæ, ac Austriæ Regis, in gratiam Modoaldi Trevirensis Archiepiscopi, pro cella divi Hylarii, ac bonis Ecclesiæ sancti Petri. Videbit autem lector in calce cujusque exemplaris principum insignia, quæ in sigillis singulorum Diplomatum continentur, distincta & explicita notis, arte ac industria facialium Palatii Lotharingici: quamvis rudioribus & barbaris verbis concipiantur, idque ad majorem rerum gestarum certitudinem.

Et postea exhibet diploma Dagoberti, notatque ad marginem, repertum esse in monasterio sancti Hylarii Trevirensis, finis ejus talis, *Illud propria manu cum principibus nostris subterfirmavimus & annulorum nostrorum impressione signari jussimus dat. 4. Kal. Aug. anno ab incarnato Domino D. C. XXIII.*

Dagobertus Rex Francorum. (L. S.) Cunibertus Archiepiscopus Colonienfis. Abbo Episcopus Metensis. Principius Episcopus Spirensis. Arnulphus Dux Austrasiæ Mosellanicæ. Pipinus Major Domus, Dux Hasbaniæ.

Hæc charta (inquit præfatus scriptor) *sex sigillis roborata est, uno aureo, quinque cæreis, primum, quod & aureum Dagoberti est, habens insculptum scutum liliis plenum. Secundum, tertium & quartum, quæ & cærea, episcoporum sedentium figuræ. Quintum, quod & cæreum, Domini Arnulphi, in quo impressum est scutum ornatum cruce & escarbocle seu carbunculo. Sextum, quod & cæreum, Domini Pipini, in quo est impressum scutum munitum fascia.*

Porrò, nobis hoc diploma suspectum reddit, temporis ratio, siquidem constat, anno 623. non Dagobertum sed Clotarium seu Lotharium secundum, Dagoberti patrem regnasse, & anno demum 628. (tradente Sigeberto) *Lotharius Rex filium suum Dagobertum in regno adscitum, Pipino & Arnulfo committit ad Austrasiis regnandum.* Aymoinus quidem id contigisse asserit anno 626. sed antiquorum scriptorum nullus id refert ad annum 623. quo datum Rosieres affirmat citatum diploma: quod etiam refellitur, in *Deffensione Abbatiæ Imperialis S. Maximini juxta muros Trevirenses, anno M. DC. XXXVIII. edita.* In quo libro plurima sigilla Imperatorum & Francorum Regum, reperiuntur in æs incisa & publici juris facta cum diplomatibus quibus appendunt, quorum sigillorum exemplaria, subjungere hîc, operæ pretium duxi, cum rarior jam liber ille sit, & quia inter memorata sigilla quoque visitur sigillum Regis Dagoberti, quem aliqui pertinaciter asserunt sigillasse *scuto Liliis pleno* eique subsignasse Pipinum Hasbaniæ Ducem, *scuto munito fascia*, uti asserit citatus Franciscus de Rosieres à se visum, in sigillo dicti diplomatis.

Cæterum ad roborandum ea quæ diximus in hac disquisitione de origine armorum, producam etiam quid senserit *Christophorus Butkens*, qui dum refellit prælium Grimberganum in Trophæis Brabantiæ lib. IV. cap. III. hoc potissimum utitur argumento. *Enfin il adjuste si precisement les rencontres des chevaliers & les combats; & designe si puntuellement les blasons des escus & bannieres, que quiconque prenderat la peine de le lire remarquerat asses qu'il ny at chose que consiste avec la verité: certes il nous seroit bien difficil de trouver quelles armoiries les Princes mesmes portoyent en ce temps-là, puis que dans leurs seaux l'on ne trouve aucune marque ou blason, & veritablement le port des armes n'est si ancien, ny les armoiries si hereditaires comme on les imagine maintenant, & à ce qu'on peut juger des seaux, le blason en nos quartiers n'at esté en usage que peu devant l'an MC. LX. d'où l'on peut voir combien de credit merite ceste fable ornée avec tant de bannieres & escusons armoyés de blasons si particuliers.*

Hîc etiam monuerim quod fere eodem ævo, quo arma, cœperint etiam cognomina, quibus antea nobiles carebant, nam ut scribit Claudius Fauchet in Originibus armorum, *Hugues fils de Robert, ou Arnault fils de Guillaume, n'estoit cogneu qu'en son village, & pour le plus au Comté ou Bailliage auquel il resortissoit: si ce n'estoit quelque bien grand Prince ou Seigneur tres-renommé: puis que ce noms estoient communs, aussi bien en la France qu'en la Germanie: voire en une mesme contrée. Qui est la cause que nous voyons dans les Epistres d'Yvon Evesque de Chartres, tant de consultations pour les alliances & conjonctions de mariage: pource qu'en trois ou quatre descentes, quand les parents avoient changé de territoire; pour aller demeurer sus leurs partages, ou le bien de leur femmes heritieres, il ne leur restoit aucune marque de recognoissance particuliere du lieu duquel ils étoient sortis.*

Mais

ANNO XII. REGNI



A°. 965.

A°. XIV.



CAROLVS MAGNVS.
A°. XL.



A°. IX.



Anno Domini. 868.



A°. 963.

A°. 940.









A°. 974.

A°. 990.





A°. 1044.



HENRICVS. II. A°. 1023



A°. 1026.

Mais depuis que les puisnez retindrent les armes de leurs Peres avec brisure, (c'est à dire les differentant par quelque addition) à lors l'on commença de recognoître qu'ils estoient descendus de tel & tel lieu, ou maison, par la marque, Escu, ou blason, par eux retenu. Vide prætere And. du Chesne in hist. Domus de Chastillon, lib. 2. pag. 17.

Idem asserit Andreas *Du Chesne* in præfatione historiæ domus *Du Plessis de Richelieu*, hisce verbis. *L'Usage des siecles passez, qui ne donnoit aux gentils-hommes aucuns surnoms, & la perte generale des plus vieux tiltres des familles, ont envié à celle-cy, comme presque à toutes les autres, la cognoissance de ses premiers ancestres. Ou bien ce qui empesche de remonter à la source de leur extraction, ce que de tout temps l'on à ignoré les commencements de l'ancienne Noblesse.* Huic opinioni etiam assentit in sua Aspilogia Henricus Spelmannus, scriptor Anglus, quin & ipsa, *inquit*, familiarum cognomina à Normannis sunt nostratibus inchoata: prioribus (Græcorum more) simplici appellatione contentis. Quod è chronicis passim observes, & exinde quam difficilis sit sub iis seculis familiarum dirivatio.

Carolum V, omnium seculorum sapientissimum, non modò fortissimum, Imperatorem, ajunt, quorumdam irridentem interminatas genealogias, dicere solitum, nolle se, ut altiùs, quàm à *Rudolpho* Habsburgico suæ stirpis origo repeteretur; quem constaret generis claritudine, scientiâ militarium artium gerendæque Reip. longè celeberrimum, ideò ad Imperii Romani gubernacula evocatum, ab eo deinceps intaminata omnia plenaque gloriæ. Vereri se, ne si retro quis ulteriùs tendere velit, fabulas admisceat, atque optimè nata dedecoret.

Jacobus de Hemricourt, Eques S. Ioannis Hierosolimitani quos nunc Melitenses vocamus, in speculo Nobilitatis Hasbaniæ, sive *Miroir de Nobles de Hasbaye*. Quod scripsit Gallico idiomate, sæculo Christi XIV. obiitque anno 1403. cujus M. S. Bruxellis excusum anno 1673. cum antiqua & nova lectione columnatim, tradit sequentia de origine armorum in agro Leodiensi cap. 1. fol. 3. & 4.

Avant tout autre chose, il est bon de sçavoir pour le sujet que nous traitons à cause de la diversité des blasons dont je parleray dans la suite de ce discours, que quoy qu'il y ait eu de temps immemorial un nombre infini d'illustres Chevaliers dans la contrée de la Hasbaye, renomez pour leur valeur & leur grand courage, il n'y a pas 200. ans ou 240. que la pluspart des nobles de ce pays comme Chevaliers & Escuyers s'adviserent de prendre certaines armes & blasons fixes, & tels que leurs successeurs ont toûjours eu depuis, & ont encore à present, quoy que devant ce temps, & anciennement nous sçachions qu'ils avoient des armes faites à plaisir, remplies de diverses couleurs & figures differentes qui rejoüissoient la veuë & les sens, temoin l'occasion des faits d'armes de guerre, ou de Tournois ou ils paressoient une fois avec maniere d'ornement, & une sorte de blason, & une autrefois avec d'autres tous contraires, ce qui les faisoit meconnoistre entr'eux, leur ostant la connoissance des degrez de leur proximité dont quelques uns se trouvoient quelquefois éloignés jusques au 4. ou au 5. & perdoient par ce moyen le secours des services qu'ils pouvoient esperer de leurs parens.

Enfin les plus puissans, & les plus riches s'adviserent, comme je viens de dire de prendre des armes fixes, & des blasons qu'ils ne changeoient plus, qui demeuroient perpetuellement à leur successeurs, & qui avoient certain cri auquel ceux qui auroient choisi tels blasons pouroient avoir recours en tout rencontre de fait d'armes, comme il se pratiquoit en plusieurs autres pays. Il y avoit en ce temps-là un honneste homme, considerable pour sa prudhommie, qui s'estoit ètably à Visé sur la Meuse où il faisoit sa demeure, il s'exerçoit à faire des selles & des brides, & à peindre des blasons de touttes manieres, les personnes de qualité de ce pays luy rendoient de frequentes visites à cause du service & de la satisfaction qu'ils recevoient de son talent, ceux qui desiroient avoir des blasons fixes, dont j'ay parlé cydessus, s'adressoient à luy, & choisissoient ce que leur agreoit d'avantage, mais d'une façon si estrange que deux freres souvent avoient des blasons tout-à fait contraires par leurs divises & par leurs couleurs. Je ne sçaurois dire quel motif leur faisoit faire ce choix extraordinaire, si ce n'est peût-estre que chacun d'eux vouloit être chef de sa branche, & independant l'un de l'autre, ce que vous poures conoître par le chapitre qui fait mention de Monseig: Hugue de Lexhy, c'est pourquoy nous n'en dirons rien icy.

Sed ut augustior prædictis sit fides, ipsa Principum monumenta intueamur: interque illa Henrici I. Brabantiæ Ducis ac Marchionis S. R. I. nostratium antiquissimum, quod illæsum in hodiernum diem permansit, ast nullis gentilitiis insignibus decoratum; extat Lovanii in æde S. Petri uti docuimus lib. I. cap. VI. iconismum ejus exhibet Christoph: Butkens in Trophæis Brabantiæ lib. IV. cap. IV. fol. 201. Porrò, objiciet aliquis extare in Gallia monumentum Caroli simplicis, quod solium exhibet Liliis interstinctum: id statim à morte ejus editum non opinor, cum & è regno ejectus, & in carcerem detrusus miser & contemptus moreretur. Quærendus igitur undè recentior hic cultus in quorundam antiquorum Regum & Principum monumentis? legimus certè Divum Ludovicum majorum suorum tumulos instaurasse & ornasse: quod & alios alias fecisse, quidni existimemus, idemque patrasse memoria patrum nostrorum, Albertum Archiducem, diximus lib. I. cap. VI. quod deceptionis genus, multos incautos & in historia non satis firmos, seduxit.

His ita deductis, consideret lector qualem fidem mereantur insignia gentilitia quæ *Joannes le Feron* armorum Regulus, & post eum *Claudius Morel* publici juris fecit & excudit Parisiis anno M. DC. XXVIII. in libro cui titulus *Les Armoiries des Connestables, Grands Maistres, Chanceliers,*

Ad-

Admiraux, Mareschaux de France. Idque à Clotario primo qui obiit anno D. LXIV. sicque quinque sæculis ante, quam gentilitia arma cœperint.

Libro primo, Capite XXXIX. prætermissum fuit subjunctum denombramentum Dominii *Facuwez.*

Extraict hors du chef Registre du quartier Wallon Brabant, reposant au Greffe de la souveraine Cour Feodale de Brabant, ou soubz la capitulation de Facuwez folio 34. verso & sequenti recto, se trouve ce que s'ensuit:

MEssire Philippe de Herzelles le 13. Novembre 1656. par tiltre de donation, fait entre Messire François Charles de la Viville *(Vieuville)*, Sr. de Faucquez soubz escript:

Messire François Charles de la Viville le dernier de Septembre 1638. par le trespas de feu Messire Louis de la Viville, Sr. de Faucquez son Pere soub escript.

Louys de la Viesville 22. Augusti 1623. la proprieté a luy devolue par le trespas de feu Messire Anthoine de la Viesville son pere.

Damoiselle Marguerite de Faucquez xvj. January xvc. lxvij. stylo Brabantiæ, par le trespas de Dionys de Faucquez son pere soubz escript.

Dionys de Faucquez xij. February xvc. lvj. par le trespas de feu Messire Louys son pere soubz escript.

Louys d'Engien le xe. jour d'Octobre l'an xvc. xxviij. par le trespas de Damoiselle Marguerite d'Engien sa mere.

Damoiselle Marguerite d'Enghien, fille naturelle de feu Messire Englebert Denghien, Sr. de Hameskercke &c. Chevalier avecq Maistre Paul Ooge son futur mary le vje. jour d'Apvril l'an xiiijc. xx. iiij. par transport fait par ledit Messire Englebert ensuivant le traicté de mariage fait entre ledit Maistre Paul Ooghe & Damoiselle Marguerite d'Enghien.

Englebert d'Enghien le vije. jour de Mars l'an xiiijc. lix. par transport de feu Messire Englebert d'Engien son pere.

Englebert d'Enghien fils jadis Messire Engelbert d'Enghien par succession de son dit pere.

Messire Englebert d'Enghien.

Dame Katherine sœur a Gerard de Steenkercke tient la maison terre & Srie. de Faucuwez avecq les Justices haultes moyennes & basses garenes des Conins, des Perdrix, Poissonneries sur la Riviere de Saine, dedans la ditte terre de Facuwez, D'yttre, du Sart & du Samme, la collation des benefices de la ditte Paroche d'Ittre, avec le tiers des offrandes, les menues dixmes & plusieurs aultres droits y appartenans; Item dependent de la ditte Seigneurie de Faucuwez la terre, & Seigneurie du Sart, avecq toutte Seigneurie, la Seigneurie de la terre de Samme, les mortemains par toutte la Seigneurie de Faucuwez, & les trois parts de mortemains de la ditte Seigneurie & Terre de Samme, avecq plusieurs hommages tenus dudit fief, appartiennent encoires a la ditte Seigneurie de Faucuwez plusieurs Cens & Rentes Seigneuriaux congies du dixiesme denier; Item environ quarante bonniers de bois appellé le bois de Faucuwez; Item quarante & demy bonniers de pretz gisant dessoubz le Chasteau & maison de Faucuwez.

Item encores cincq journaulx joindant audit pretz appellé le Sanchoit; Item encore cincq journez de pretz gisant d'aultre part de la Riviere de Samme avecq le Hayette, joindant a la Terre de Ronkieres, & trois bonniers de pretz appellé les Flasses; Item quatre bonniers de bois appellé le Viel Court qui souloit estre Terre Labourable; Item sept bonniers de Terre gisent sur le Champ de Famaul, devant ledit Chasteau; Item un bonnier de Terre gissant sur le Champ de Coustimot; Item cincq journaulx de Terre joindant remanans Lysken Folemprise; Item trois & demy bonniers de pretz gissant a le Vail a Yttre, sur quoy souloit estre un moulin; Item le pretz de Roche brune, contenant environ un bonnier; Item un journal de pré gisant dessoub le Mont; Item trois journaux au grand pré de communs de Faucuwez; Item deux bonniers de Terre appellé le Bourdons; Item six journaux de Terre & un demy bonnier de pré dessoubz appellé Secq pré, & encore neuf bonniers de Terre appellé Lor Jeh: :

Libro primo, Capite LV. addendum subsequens denombramentum Trasiniaci Marchionatus.

Extraict hors du chef Registre du quartier Roman Pays, reposant au Greffe de la souveraine Cour Feodale de Brabant, ou soubz la capitulation de Treseignis folio xxvij. verso se trouve ce que s'ensuit.

Messire Otto Gillon de Traisignies, Baron de Silly xvij. Decembris 1630. a tiltre de transport fait a son profit par Messire Charles, Marquis de Traisignies son pere soubz escript.

Damoiseau Charles de Traisignies xvij^a. Martii lxxix. par le trespas de feu Messire Charles de Traisignies son pere soubz escript.

Charles de Traisignies le vj^e. jour de Septembre l'an xv^e. & xlix. par transport a luy fait par Messire Iehan son pere soubz escrit.

Iehan de Hamel le xiiij^e. jour d'Aoust l'an xv^e. & xiij. par le trespas de feu Messire Iehan son pere.

Messire Iehan de Hamel Chevalier xij^a. Septembris l'an xiiij^e. lxiij. par transport a luy fait par Messire Anseaul de Hamel, Chevalier, son pere soubz escrit.

Anseaul de Hamel fils de feu Messire Ernoul de Hamel, S^r. d'Elderen &c. Chevalier xvij^a. Decembris l'an xiiij^e. xxxv. par transport a luy fait par Dame Anne de Traisignies sa mere soubz escripte.

Dame Anne de Traisignies avecq Messire Ernoul de Hamel son mary & mambour.

Messire Anseaul de Traisignies.

Messires Ottes ses fils.

Messires Ottes sires de Traisignies, tient le chasteau entreprinse & toutte la Terre & Seignourie de Traisignies des Francsfiefs de Roignon & les appendances d'icelle, avecq les justices haultes moyennes & basses, avec les censes, Moulins, Bois, Preitz, Pasturaiges, Viviers, brasserie, & ardoir, terraige Rentes de Bled, d'avaine, d'argent, en trois cens, soixante onze chappons demy, le sixiesme part d'un & soixante douze Poulles, mortemains, bourgesies, congies & services d'adheritaige du dixiesme denier de main ferme vendus, malletottes, afforaiges, forfaitures, confiscation & amandes, a laquelle Terre & Seigneurie appartiennent plusieurs plains & autres petits fiefs tenus & mouvans d'icelle terre.

Denique; Quoniam toto hoc opere complura Nobilium stemmata & successiones familiarum produximus, non abs re erit, hîc addere considerationem notatu dignam, quam ex Hemricurtio desumpsit Gramajus, exprimitque in Genappia pag. 28. inquiens, *observa fatalem, si dicere liceret, familiarum Nobilium esse periodum annos trecentos. Et docet Hemricurtius ex D. CCC. tota Hasbania nobilissimis stirpibus, quæ ante tria secula fuerant & floruerant, suo tempore LXXX. non superfuisse.* Quod equidem mirandum; sed num fato aut casui rerumque vicissitudini adscribendum ambignum, nam in disceptationem quæstionemque inter viros eruditos vocatur, fatone res mortalium & necessitate immutabili, an forte volvantur. Quippe sapientissimos veterum, quique sectam eorum æmulantur, diversos reperies. Curtius lib. v. num. XI. *Eludant licet*, inquit, *quibus forte ac temere humana negotia volvi agique persuasum est: equidem æterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium, & multo ante destinatarum, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere.* Chrysippus, referente Gellio, definit fatum esse *sempiternam quandam, & indeclinabilem rerum seriem.* Quidquid sit, ardua & obscura quæstio est, nec multum speculando, enodabitur ab humano ingenio, sed hîc, non est sedes istius, ideoque ab ulteriore dissertatione abstinebo, dum dixero cum Teophrasto; *Usque ad aliquid quidem possumus per causam speculari, principia a sensibus sumentes: quando autem ad ipsa extrema & prima transierimus, non amplius possimus scire, sive quia non habemus causam, sive propter intellectus nostri infirmitatem.*

Pro captu Lectoris habent sua fata libelli. *Hor.*

FINIS.

IN-

INDEX
TOPOGRAPHICUS.

Z z z Diel-

INDEX TOPOGRAPHICUS.

INDEX

Nominum & familiarum, quæ hoc opere continentur.

A.

B.

C.

D.

E.


F.

G.

H.


Huyn-

Ambo hi elenchi feſtinanter confecti, idcircò haud ambigimus quin in iis nonnulla prætermiſſa.












SPECIAL 88-B
Folio 8304
THE GETTY CENTER
LIBRARY

